



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>





$$\begin{array}{r}
 12: \\
 \underline{3: 4} \\
 36 \\
 \underline{2: 8} \\
 38: 8 \\
 \underline{27:} \\
 65: 8 \\
 \underline{24:} \\
 89: 8
 \end{array}$$

$$\begin{array}{r}
 38: 8 \\
 27: \\
 24: \\
 3: 4 \\
 10: \\
 16 \\
 4 \\
 6
 \end{array}$$

$$\underline{\$ 02.18:}$$

pp 22

T. PETRONII

ARBITRI, EQVITIS 400620

ROMANI

SATYRICON,

CVM

PETRONIORVM

FRAGMENTIS.

*Noviter recensitum, interpolatum
& auctum.*

Accesserunt seorsim NOTÆ & OBSER-
VATIONES variorum.



LVGDVN1,
APVD PAVLVM FRELLON.

CID IDCXV.

Cum Privilegio Regis.

Getiti

Aeternitatem cogito





TITVS. PETRONIVS. ARBITER.
BITHYNIAE. PROCONSUL.
AVLÆ. CÆSAREÆ. PRINCEPS.
DOMESTICVS. ET. ARCANO-
RVM. CONSILIARIVS.
VIR. INGENIO. VERE. AVLICO.
SUMMA. DOCTRINA. ET. ACRI.
IUDICIO. PRAEDITVS.
NERONE. CLAVDIO. IMPERA-
TORE. VOLENTE.
AD. MORTEM. ACTVS.
A. C. N.

Anno
Christi
67.

LXIIIX.

C. SVETONIO. PAVLINO. L.
PONTIO. TELESINO. COSS.
BIENNIO. ANTEQVAM. PETRVS.
ET. PAVLVS. APOSTOLORVM.
PRINCIPES. PATERENTVR.

* 2 PROLE

PROLEGOMENA vsum lectionis Petronianæ demonstrantia.	pag. 1.
T. PETRONII ARBITRI Satyricon.	41
EIVSDEM Fragmenta auctiora.	152
EIVSDEM Eufcius	160
P. PETRONII Rhetoris Declamatio.	ibid.
PETRONII Grammatici Fragmenta, quæ videntur esse B. PETRONII BONONIENSIS EPISCOPI.	ibid.
PETRONII AFRANII Epigrammata	161
PETRONII INDICII Epigramma.	166
M. PETRONII VENVSTIANI Epigramma.	ibid.
PETRONII ANTIGENIDIS PISAVRENSIS Epigrammata.	ibid.
C. PETRONII HILARI PISAVRENSIS Epigramma.	168
PETRONII APOLLODORI Pontificis Romani Epigramma.	169
PETRONII ARBITRI Pseudepigrapha Epigrammata, auctoribus suis rescripta.	170
Alia ex PETRONIO relata, quæ in superioris Satyrici Fragmentis non exstant.	172
Veterum Poëtarum Catalecta.	185
LILII GREGORII GYRALDI Ferrariensis de PETRONII vita.	239
P. G VIRANDI A LOSIANI Iurisconsulti epistola.	241
Ex ROBERTI TITII Burgensis prælectione II. in Catullum, superiori epistolæ opponendâ.	243
PETRI PITHOEI IC. Coniectanea de Petronio Arbitro .	245

I. PHI

I. PHILIPPI PAREI

INTVERGI.

M E L O S

Ad Nobil. & Clarissimum virum MELIOREM
HAIMINSFELDVM GOLDASTVM.

*Cum PETRONII ARBITRI Satyricon in
lucem ederet suis aliorumque NOTIS
castigatum.*

ANTIQUA quisquis vulnera marmorum.

Exesa blattis seu tineis malis,

GOLDASTE, sollerti labore

Vindicat à tetricis tenebris:

Næ dignus ille est, quem colat vltima.

Aetas atiorum; non minus ac dein.

Sæclis futuris prænepotes

Huic meritos tribuunt honores:

Quis non perennem donet adoream.

Illi, decorem Castalidum choro

Qui reddit, assertumque quondam.

A Stygiâ cohibet cohorte?

Iam iam cadebat Mercurialium

Flos litterarum, iam quoque nannas.

Luctusque turpes vniuersas

Gentis Apollineæ Senatus

Edebat atram Barbariem suis.

Questus parari ciuibus optimis.

Obluionemque æternam.

Artibus ingenuis creari.

Quando ecce Diuorum auspiciis bonis.

Natura finxit dædala pectora,

Queis curæ & est cordi anxiosæ

Pristina restituisse sacra.

Quotquot sepulti merfi Acherusii.

Forent latebris de veterum libris?

Miseria pridem ni tulisset

Gens operata nouem Deabus.

Opem recentem apud Palladis,

Mendâsque leui pumice foetidas
 Aeruginatâ de papyro
 Expoliisset. ica alma Pœbi
 Lux actuosâ lampade discutit
 Cœlo notharum corpora nubium,
 Luménque clarum pòst reducit
 Substituens geniale sidus.
 O te beatum Musica iudicet
 Corona doctum quòd veterum libros
 Luci redonas perpolitos
 Multiplici variâque dextrâ!
 Sermonis Umbo tu cluis Ausonum,
 Graiæque Peithûs perpetuum decus.
 Tu das Poëtarum, simulque
 Historiæ monumenta prisce
 Deterfa amussim viribus ingenij,
 Oculisque cernis singula Lynceis
 Errata patrum negligenti
 Segnitie (ah pudet id fateri!)
 Pereruditis illita chartulis.
 Quæ dira, amabo, pestilientia luis
 PETRONIANAM vexat vnam?
 ARBITER heu maculis onustus
 Nunc virginalem penè licentiam
 Salésque castæ nequitiz æmulos
 Occultat, haud vlli legendus,
 Tu nisi Philyrides peritus
 Sinceriores particulas ope
 Præuis recisis peruigili tuâ
 Integritati tradidisses
 Deposita modo & inuenisset.
 Sic dena PLAVTVS Pegæsidum additus
 Camena turbæ laudibus haud suis
 Pererrat Orbem, pædagogum
 Victimæ, vulneribus notatus,
 Piæque dorsum stigmatibus suam.
 Proh fertis istæc Numina SARSIÆ
 An fertis istæc ô Sorores
 Numina Thessaliæ Hippocrenes?
 GOLDASTINA gestiat ARBITER
 Legi Mineruâ. Debeat vnice
 Pater iocorum risuûmque
 Iam fugientem animam PARBO!

AD

AD NOBIL. ET CLARISSIMVM
virum D. Meliorem Haiminsfeldium Gol-
dastum, acclamatio.

Melpomene ut vidit, GOLDASTVM scripta Petroni
Apta legi doctis reddere velle viris;
Infit; ehem quid agis? paucis tentata, parare
Audes; quam doctum hinc, quam grane surget opus!
Quod colis ingenio, & purgas sædæ tot annos
Arua, quibus cultos vix prius aptus erat:
Gloria magna tibi debetur, adorea magna,
Qua valeas seros post superesse rogos.
Perge faciem veterum meliorem accendere scriptis,
Aureus exurget furculus inde tibi.
M. Gotardus Arthufius Dantiscanus.

ELENCHVS
MSS. ET EXEMPLARIVM,
QVIBVS IN HOC AVCTORE
emendando vsi sumus.

Membraneus Codex M S. optimæ quidem notæ, sed
miam Pithæis quoque visus & cellatus. Ex Biblio-
theca Amplissimi & Nobilissimi Iacobi Bongarsij Lega-
ti Regij.

Chartaceus Codex M S. ex membraneo illo expres-
sus. Ex eiusdem Bibliotheca.

Chartaceus Codex M S. Carminis de Bello civili, in-
signiter bonus. Ex Bibliotheca Pauli Stephani Geneuen-
sis Typographi.

Editio Lipsiensis Thuringica eiusdem Carminis, cui
Merman. Buschius præfuit, in officina Iacobi Thanneri,
Anno 1500.

Editio Parisiensis prima Reginaldi Calderij Anno
1520. procurata. Ex Bibliotheca Bongarsiana & nostra.

Fragmenta veterum Poëtarum ab Henrico Stephano
collecta Anno 1563.

Editio Antuerpiana Christophori Plantini, cum No-
tis Sambici, Anno 1564.

Editio Lugdunensis Sequanica Ioannis Tornæsi Anno
1575.

Editio Picaniensis Epigrammatum Cl. Bineti. Ex
Bibliotheca Galli Olympij I. C. 1579.

Editio

Editio Lugdunensis Batauca Ioannis Paetsij, cum
Præcidaneis Doufz, Anno 1583.

Editio Parisiensis quarta Mamerti Patiffonij, cum No-
tis & Collectaneis, Anno 1587. Ex Bibliotheca Bongar-
siana.

Editio Lugdunensis Batauca secunda Francisci Ra-
phelengij, cum Animaduersionibus VVouuereni, An-
no 1596.

Editio Parisiensis quinta Christophori Beyfij, Anno
1601. Subministrata à Philologo præstantis ingenij &
literaturæ, Gothofredo Iungermannno.

Editio Lugdunensis Batauca tertia Francisci Ra-
phelengij Iunioris, Anno 1604.

MATTHIAS SCVRERIUS
Heluetensis, Artium Doct or,
Lectori.

*Amatoria sunt hæc & subobscena, inquires. Est id tamen
obticere nolo, quemadmodum optimis rebus abuti licet, ita
res leniores etiam sapientibus prodesse. Dissuadebat hoc
BEATVS RHENANVS, non quod eloquentissi-
mum vetustissimūq; poetam non plurimum commenda-
ret, sed quod timeret permultos inde plus lascinia quàm e-
ruditionis imbibituros. Quare ego Lectorem moneo, ut cum
hunc legeris, è spinis rosas decerpas. Vergiliū Maronem
imitans, qui cum Ennium legeret, rogatus quid ageret, au-
rum se ex stercore colligere respondit. atque id pari (ut aiūt)
fælo conuenit. Quod enim in Ennio rude, asperum, incultum,
id in nostro molle, amatorium, lasciuum. Vale.*

Idem sub calcem libelli.

*Tu verò, Amice Lector, vide ne hæc sermonum blandicia
te in libidinis perniciem trahant. Quamobrem pueris neque
legi neque interpretari debent. Ad malum enim cum hu-
mana conditione sumus admodum propensi, fugienda sunt
longè, quæ ad vitium irritant. Argentoraci mense Iulio M.
D. VIIII. Imp. Caf. Maximiliano Austriæ P. F. Aug. PP.
Rom. Imperium gubernante.*

IVSTVS

IUSTVS LIPSIUS COMMEN-
tario ad Lib. 16. Annalium Taciti.

De C. Petronio] *Quem viri docti cum censent, cuius
fragmenta hodie purissima impuritatibus. De quo etiam deli-
bero sicut et de prænominibus: quod apud Plinium lib. 37. cap. 2.
Titus est; itemque Plutarchum libello Πρώς ἀν τῆς διακοχίας τῆς
ἀόλακα τῆς φίλα.*

MATTHÆVS RADERVS
Iesuita Comment. in Martial. Epi-
gram. 3. lib. 8.

Musa ad Martialem:

At tu Romano lepidos sale tinge libellos:

Agnoscat mores vita legatque suos,
*quis tamen ita describit, ut parcat personis, exponat vitia.
Hoc Petronius fecit, petulantius tamen.*

ELOGIA.

*Reliqua pro Petronio Arbitro Apologetica, L. Gyraldi,
P. Pithæi, Richardi, F. Pithæi, H. Stephani, Sambuci, Giphani,
Danielis, Tornasij, Bineti, Donsarum, Lipsij, Vulcanij,
Blyenburgij, VVouuereni, et aliorum, quæ in sequentibus
Prolegomenis studio præterita sunt, apud huius Satyrici In-
terpretes sparsim leguntur. Ea hoc loco iterare, id vero esse
non nostrum, sed honesto otio abstantis.*

INDEX



INDEX INTER- PRETV M.

Afteriscus adiectus notat *avindde*.

HERMANNI BVSCHII
PASIPHILI MONASTE-
RIENSIS Annotationes in Epos de
bello ciuili. Pag. 253

* IOANNIS ALEXANDRI
BRASSICANI IC. & EQVITIS
AVRATI Scholia in Satyras. apud
Oporinum, cui excudenda miserat,
perierunt.

HADRIANI IVNII HOR-
NANI MEDICI Observationes. 257
INCERTI AVCTORIS Conie-
cturæ. Ex Bibliotheca Amplissimi &
Nobilissimi Iacobi Bongarsij Legati
Regij. 263

HENRICI STEPHANI PA-
RISIENSIS Emendationes in Pe-
tronij Epigrammata, ex Fragmentis
veterum Poëtarum transcripta. 267

INNOMINATI AVCTORIS
Emendationes. Ex Bibliotheca Bon-
garsiana. 270

IOANNIS SAMBVCI TVR-
NOVIEN

NOVIENSIS PANNONII, CON-
 SILIARII CÆSAREI Notæ. 273
 FRANCISCI DANIELIS
 AVRELII IC. Notæ. Ex Biblio-
 theca Bongarsiana. 282
 ANONYMI AVCTORIS No-
 tæ. Ex eadem Bibliotheca. 290
 PETRI DANIELIS AVRELII
 IC. Notæ, quas ipse viuus sub nomine
 PIERII AVRELIIANIEDERE de-
 stinauerat. Ex eadem Bibliotheca. 297
 * MARCI ANTONII MVRE-
 TI LIMOVICIS IC. & PRES-
 BYTERI ROMANI Annotationes.
 * THEODORI PVLMANNI
 CRANEVURGII Annotationes.
 IOANNIS TORNESII Lug-
 dunensis Variarū lectionū libellus. 318
 ANONYMI Variæ lectiones. 335
 GERMANI COLLADONII
 IC. Notæ in Epos de bello ciuili. 350
 CLAVDII BINETI Bellouacensis
 IC. Notulæ in Epigrammata. 355
 * IANI PASSERATII PRO-
 FESSORIS REGII Notæ. 350
 CHRISTOPHORI RICHARDI
 BITVRICIS Notæ: quas nonnulli Cri-
 tici PASSERATIO adscripserant. 358
 FRANCISCI PITHOEI IC.
 Colle

Collectanea. Huic enim à plerisque Criticis publicè adscribitur.	374
Variorum in PETRONIVM ARBITRVM Observationes.	410
IANI DOVSÆ NORDOVICIS Præcidaneorum libri III.	447
* PETRI ARNAVDI PROPÆFECTI PROVINCIAE in Sede FORTALQUERIANA Notæ. CONRADI RITTERSHVSI ic. Notæ.	598
IANI DOVSÆ IVNIORIS Spicilegium.	604
IOANNIS A WOVWEREN HAMABVRGII Animaduerſiones.	610
* GASPARIS SCHOPPI FRANCI Elegantiores ex Petronij Satyrico Phraſes.	
* IOHANNES ISACI PONTANI Notæ.	
GASPARIS BARTHII Racemationes.	711
* MELCHIORIS HAIMINSFELDII GOLDASTI Impométa in Satyricon & Fragmenta: in quibus deſperatiſſima quæq; loca feliciffime aut emendantur aut illuſtrantur.	
GEORGI ERHARDI FRANCI Symbolæ.	741
PROLE	



PROLEGO- MENA,

CAP. I.

ΟΜΟΛΟΓΟΥΜΕΝΑ,
SIVE DE T. PETRONIO
ARBITRO elogia &
testimonia.

*C. Plinius Secundus Natural. Hist. lib.
XXXVII. Cap. II.*

Titus Petronius Consularis moriturus, in-
uidiâ Neronis Principis, vt mensam eius ex-
heredaret, trullam murrhinam CCC. H. S.
emptam fregit.

*Terentianus Maurus de Metris, de
Iambico dimetro claudio:*

*Et condere inde carmen
Multi solent Poeta.
Horatium videmus
Versus tenoris huius
Nusquam locasse iuges.
At ARBITER disertus*

A

Libris



2 PROLEGOMENA.

Libris suis frequentat.

Agnoscere hac potestis,

Cantare qua solemus.

*Idem eodem libro, in V I. tomo hende-
casyllaborum:*

Munc diuisio, quam loquemur, edet,

Metrum, quo memorant Anacreonta

Dulces composuisse cantilenas.

Hoc Petronius inuenitur usus,

Musicum lyricum refert eundem

Consonantia verba cantitasse;

Et plures alij. —

*Plutarchus Charoneus lib. Πῶς αὖτις δια-
κρίνῃς τὴν κόλακα τὴν φίλῃς:*

*Ἡ τὰς ἀσώτους ἐ πολυπλῆεις εἰς μικρολογίαν
ἐρυπαλίαν ὀνείδιζωσιν, ὥσπερ Νίρωνα Τίτῳ
Πιτρώνι.*

C. Cornelius Tacitus Annal. lib. XVI.

C. SVETONIO, L. TELESINO COS.

*Paucos intra dies, eodem agmine Æneus
Mella, Cerialis Anicius, Rufus Crispinus, ac
C. Petronius cecidere.*

*Et paucis interiectis de Petronij
morte subycit.*

*De C. Petronio supra pauca repetenda sunt.
Nam illi dies per somnum, nox officiis, & ob-
lectamentis vitæ transigebatur: Utque alios
industria, ita hunc ignauia ad famam protu-
lerat; habebaturque non ganeo & profligator,
ut plerique sua haurientium, sed erudito lu-
xu. Ac dicta factaque eius quanto solutiora,
& quandam sui negligentiam præferentia,
tanto gratius in speciem simplicitatis acci-
piebantur,*

piebantur. Proconsul tamen Bithyniæ, & mox Consul, vigentem se ac parem negotiis ostendit: dein reuolutus ad vitia, seu vitiorum imitationem, inter paucos familiarium Neroni assumptus est, elegantia ARBITER, dum nihil amœnum & molle affluentia putat, nisi quod ei Petronius approbauisset. Vnde inuidia Tigellini, quasi aduersus æmulum, & scientia voluptatum potiozem. Ergo crudelitatem Principis, cui ceteræ libidines cedebant, aggreditur, amicitiam Sceuii Petronio obiectans; corrupto ad indicium seruo, ademptaque defensione, & maiore parte familiae in vincla rapta. Forte illis diebus Campaniam petiuerat Cæsar, & Cumas vsque progressus, Petronius illic attinebatur. Nec tulit vltra timoris aut spei moras: neque tamen præceps vitam expulit, sed incisas venas, vt libitum obligatas, aperire rursus, & alloqui amicos, non per seria, aut quibus constantia gloriam peteret. Audiebátque referentes, nihil de immortalitate animæ, & sapientium placitis, sed leuia carmina & faciles versus. Seruorū alios largitione, quosdam verberibus affecit. Inijt & vias, somno indulxit, vt quanquam coacta mors, fortuitæ similis esset. Ne codicillis quidem (quod plerique pereuntium) Neronem aut Tigellinum, aut quem alium potentium adulatus est: sed flagitia Principis sub nominibus exoletorum foeminarumque, & nouitate cuiusque stupri perscripsit, atque obli-gnata misit Neroni, fregitque anulum, ne mox vsui esset ad facienda pericula. Ambigenti Neroni, quonam modo noctium suarum ingenia notescerent, offertur Silia ma-

4 PROLEGOMENA.

trimonio Senatoris haud ignara, & ipsi ad omnem libidinem adscita, ac Petronio perquam familiaris, agitur in exsilium, tanquam non siluisset quæ viderat pertuleratque, proprio odio.

*Seruius Maurus Honoratus Commen.
in lib. III. Aeneid.*

Hoc autem in Petronio lectum est.

Idem Comment. in XII. Aeneid.

Nomina in T O R communia sunt, vt hic & hæc balneator: licet Petronius vsurpauerit, balneatricem dicens.

*Lucretius Placidus Comment. in Statij
Thebaid. lib. II.*

Primus in orbe Deos] Vt Lucanus; Quæ finxere timent. Et Petronius Arbiter istum secutus, &c.

*B. Hieronymus Stridonensis epist.
ad Demetri.*

Cincinnatulos pueros & calamistratos, & peregrini muris olentes pelliculas, de quibus illud Arbitri est; Non bene olet, qui bene semper olet, quasi quosdam pestes & venena pudicitiae virgo deuitet.

*Aurel. Macrobius Theodosius libr. I.
Comment. in Somn. Scipionis.*

Fabulae, quarum nomen indicat falsi professionem, aut tantum conciliandae auribus voluptatis, aut adhortationis quoque in bonam frugem repertae sunt. Auditum mulcent, velut Comediae, quales Menander eiusve imitatores agendas dederunt: vel argumenta fictis casibus amatorum referta, in quibus vel
multum

PROLEGOMENA.

multum esse Arbitrum, vel Apuleium nonnunquam lufisse miramur. Hoc totum fabularum genus, quod solas aurium delicias proficitur, è sacrario suo in nutricum cunas sapientiæ tractatus eliminat.

Furius Publius Fulgentius libr. I.

Mytholog.

Licet mulierum verbalibus vndis & caufidici cedant, nec Grammatici mutant, Rhetor taceat, & clamorem præco compescat, sola est Satyra, quæ modum imponit furentibus. Scilicet Petroniana subit Albutia: hac enim adludente & Plautinæ Saureæ dominatus obdormit, & Sulpicillæ Aufonianæ loquacitas deperit, Sallustianæque Sempronianæ, quamvis præfens sit melos raucescit.

Idem ibidem.

Denique huius rei non immemor Petronius ait.

Idem lib. II. in Tantalos.

Hanc fabulam Petronius breuiter exponit, dicens, &c.

Idem lib. de continentia Virgiliana.

Vnde & Petronius in Euscio ait.

Cl. Marius Victorinus Afer Artis Grammat. lib. III. de duobus Ionicis Sotadeo & Sotadico.

Huius tenoris ac formæ quosdam versus Poëtas lyricos carminibus suis indidisse cognouimus, vt & apud Arbitrum inuenimus, cuius exemplum, &c.

Idem lib. IV.

Metrum erit Anacreontion; siquidem eo

A 3,

frequen

6 PROLEGOMENA.

frequentissimè vsus sit, sed & apud nos plerique, inter quos Arbiter Satyrico ita, &c.

Fabius Fulgentius Planciades de

Prisco sermon.

Vnde & Petronius Arbiter ait, &c.

C. Sollus Sidonius Apollinaris Arvernorum Episcopus Carm.

IX. ad Magnum Felicem.

Non Licinius hic, Lucretiusq; est,

Non Furnus, Memor, Ennius, Catullus,

Stella, & Septimius, Petroniusq;.

Idem in Narbone.

Et de Massiliensium per hortos

Sacri stipitis Arbiter colonum

Hellepontia o parem Priapo.

Isidorus Episcopus Hispalensis Etymolog.

lib. V. cap. XXXVII.

Petronius aliter existimat, dicens, &c.

Iulius Romanus in Epigram.

Petronij carmen diuino pondere currit.

Quo iuuenum mores arguit, atq; senum.

Quare illo pra se gaudet lasciuia puella.

Ac quoq; delicias frigida sentit anus.

Nam iter diri scripsitq; Neronis amictu

Arbiter arbitrio dictus & ipse suo.

Diomedes Artis Grammat. lib. III.

Et illud hinc est comma, quod Arbiter fecit tale, &c.

Sergius in Donati Artem secund.

Cuius nominatiuus erit hic Quirites, ut dicit Petronius.

Priscianus Casariensis lib. VIII.

Commu

Communia verò esse defendit, tum natura ipsius sensus, tum veterum non improbanda auctoritas: à qua quæ potuimus è diuersis colligere libris, exempla proferamus. Petronius, &c.

Idem lib. XI.

Multa ex huiusmodi verbis inueniuntur apud antiquissimos participia præteriti temporis, tam actiuam quàm passiuam significationem habentia, vt meditor, &c. Sic etiam amplector, amplexus. Petronius, &c.

Helenius Acron Comment in Horatii Epod. V.

Petronius, vt monstraret furem: Pollicem, ait, &c.

Pompeius in Arte.

Ait Petronius, hic Quirites, numero singulari.

Ioannes Episcopus Saresberiensis in Polycrat. siue de Nugis Curial. lib. III. cap. VII.

Hoc ipsum Arbiter noster ingemiscit, etsi alterius videatur induisse personam.

Idem eod. lib. cap. VIII.

Ferè totus mundus ex Arbitri nostri sententia mimum videtur implere, ad * comædiam suam quodammodo respiciens.

* An
Satyri-
cam
hanc?

Idem lib. VIII. cap. XII.

Non quidem solus est in mulierum incertiis ridendis aut exprimendis Petronius. Scribit B. Hieronymus, quia totæ Euripidis tragiæ in mulieres maledicta sunt, &c.

Bartholomæus Vicecomes in lib. Desfloratorum, Petronij fragmenta ita inscribit:

Petronij Arbitri Afranij Satyrici, &c.
M. Conradus de Mure Canonicus Thuri-
censis in Fabulario.

Philosophus est sapientiæ amator, natura-
 liumque rerum & secretorum dilectator, &c.
 Hic quoque Poëtarum scriptoribus historia-
 rum, nomina multorum quoque miscet phi-
 losophorum, &c. Plautus, Pedius, Pedito, Phere-
 cides, Periander, Persius, Petronius, &c.

B. Vincentius Episcopus Beluacensis,
*Specul. histor. lib. * XX.*

* Vet.
 edit.

XXI.

cap. XXV.

Eodem tempore fuit Petronius Bononien-
 sis * Italiae Ecclesiae Episcopus, vir sanctus vi-
 * For. tæ & monachorum studiis ab adolescentia *
 Gallia. excitatus. Hic scripsisse putatur vitas Patrum
 * For. monachorum Aegypti, quem velut speculum
 exerci- ac normam professionis suæ monachi ample-
 tatus. ctuntur. Legi, inquit Gennadius, sub eius no-
 mine in ordinatione Episcopi ratione & hu-
 * Pro, militate plenum tractatum, quem lingua ele-
 AV- ganter ostendit non ipsius esse, sed, ut quidam
 CTOR, dicunt, patris eius Petronij, eloquentissimi &
 it est, eruditissimi in secularibus litteris viri. Nam
 ipse & Praefectum praetorij se fuisse in ipso tracta-
 Vinc- tu designat. Mortuus est Theodosio & Placi-
 dius, ut do Valentiniano regnantibus. * ACTOR. De
 ex ope- quodam libro Petronij partim metrico, par-
 ris eius tim prosaico, pauca hæc moralia, quæ se-
 prefa- quuntur, excepta notavi. PETRONIVS.
 tione patet.

Quid

*Quid faciunt leges, ubi sola pecunia regnat,
Aut ubi paupertas vincere nulla potest?
Iam nunc iudicium nihil est nisi publica mer-
ces.*

Tutius est paruo ære rem perditam recu-
perare, quàm in ambiguam litem descêdere.
Periculosum est alienis interesse secretis.

*Non bibit inter aquas, poma aut pendentia
carpit*

Tantalus infœlix, quem sua vota premunt.

Diuitis nec magni facies erit, omnia cernens.

Qui tenet, & sicco conquirir ore famem.

*Heu heu nos miseros, quàm totus homuncio
nil est,*

*Nil erimus cuncti, postquam nos auferet
orcus.*

Ergo viuamus, dum licet esse bene.

Omnes opertis oculis bona sua compu-
tant.

Cùm fortuna manet, vultum seruatq; amici,

Cùm cecidit, turpi vertitis ora fuga.

Raram facit mixturam cum sapientia for-
ma. Ego sic semper & vbique vixi, vt vltimam
quamque lucem, tanquam reddituram, con-
sumem. Quid non commune est, quod natura
optimum fecerit? Nescio quò modo bonæ
mentis est soror paupertas. Nihil tam arduum
est, quod non improbitas extorqueat. Inge-
niosa gula est.

*Ad pradam strepitumque lucri suffragia
vertet.*

• *Venale populus, venalis Curia primum,*

Ipsaq; maiestas auro corrupta iacebit.

Quarit se natura, nec inuenit, omnibus ergo

Scorta placent, fractiq; nerui serpere gressus,

*Et laxi crines, & tot noua nomina vestis.
 Quisquis habet nūmos, secura nauigat aura,
 Fortunámq; suo temperat arbitrio.*

*Carmina componit, declamat, concrepat,
 omnes*

*Et peragit causas, sitq; Catone prior.
 Parua loquor, quiduis nummos præbentibus
 opto.*

Eueniet, clausum possidet arca Iouem.

——— *O maxima rerum,*

Et meritò pietas homini mitissima virtus.

B. Antoninus Archiepiscopus Florentinus in Summa Historiar.

Huius liber ad manum non est. Adducit & ipse Petronium, sed in eo lapsus, quòd Bononiensem Episcopum cum Vincentio constituerit.

Jacobus Magni Eremita S. August. Antisiodorensis, Sopholog. lib. V. cap. XIII. & lib. VI. cap. XVIII.

Iuxta illud Petronij.

Idem lib. VI. cap. XII.

Nam, teste Petronio, Ingenuosa gula est.

Pomponius Sabinus Comment. in Virgilij Cirin.

Post eum Diuus Claudius quatuor mansuefactas (scil. tigres) in caueis aureis, in circo: quarum meminit Petronius cum ait, &c.

L. Domitius Brusonius Lucanus

Rer. memorabil. lib.

IV. cap. I.

Quartilla

PROLEGOMENA. II

Quartilla apud Arbitrum Petronium, ait
&c.

Editor Lipsiensis in frontispicio.

Petronius Arbitr Poëta Satyricus.

Et deinde.

Petronij Arbitri Satyra, in qua vitia Romanorum reprehenduntur, incipit.

In fine.

Finis Petronij Arbitri in Satyra integra.
Impressum Liptzck per Iacobum Thanner
Herbipolensem, anno salutis nostræ 1500.

Petrus Crinitus de Honest. discipl.

lib. IV. cap. XLIII.

Legebamus nuper Veneriis ego & Ioannes
Venerus Petronij Arbitri Satyricon opus
contra declamatores: in quo cum alia multa nos magnopere affecerunt, tum illud præcipue carmen, in quo de pavone & ciconia ludens, &c.

Joannes Baptista Pius Commentar.

in Fulgentij Mytholog.

Petronius festivus Poëta, elegantissimusque Satyras Varronis more scripsit, quarum fragmentum versa & prorsa oratione scriptum, nostro in armario continetur.

Idem Annotat. Posterior.

cap. XLIIIX.

Petronij Arbitri opusculum aureum manus eruditiorum versant, imò fragmenta operis aurei, in quo contendit Petronius effugere ab omni verborum vilitate, sumereque saragit voces à plebe semotas, ut fiat illud.

Odi profanum vulgus, & arceo.

Hunc auctorem plura scripsisse quam existent, ostendit Fulgentius Placiades, quædam in Mythologiis suis aduocans, quæ non comparent. In his, Dij boni, reliquiis quanta sit librariorum incuria, quiuis vel mediocriter editus noscere potest.

*Editor Parisiensis Reginaldus Chalderius
in frontispicio.*

Petronij Arbitri, quatenus extare comperitur, Satyræ fragmentum, cuius vel hoc vnum distichon, quod nemini doctiorum non est in ore, æstimationem indicat & pretium.

*Quisquis habet nummos, securo nauiget
aura,*

Fortunamque suo temperet arbitrio.

Et in calce.

* *An* Hæc ad * exemplar, quod vnicum habui-
Medio- mus, excusa sunt. Quisque pro suo arbitrio &
lanen- eruditione, quod sibi displicet, restituat. Pari-
se, quod siis pridie Cal. Maias, anno M.D.XX.
hanc &

Ger- *Conradus Gesnerus Tigurinus, Medicus*
mani- *ac Philosophus, in Biblio-*
cam e- *theca.*
ditio-
nē pra-
cessit.

Petronius Arbitr, Massiliensis à plerisque existimatur, Satyricum opus varium composuit, cuius licet fragmenta ad nos tantum peruenerint, eademque parum castigata, multæ tamen eruditionis hominem fuisse facile cognoscimus, &c. Vide plura apud Lil. Gyraldum de Poëtis Latinis. Ioannes Alexander Brassica us emendauit, & Annotationibus illustrauit, pauloque antea, quam obiret,
Ioanni

Ioanni Oporino excudendum transmissit.

Idem ibidem.

Ioannes Alexander Brassicanus, vir de bonis literis optimè meritus, multos ante id tempus nusquam excusos auctores typographis publicandos exhibuit, quorum plerisque præfationes suas adiunxit: vt, opera Eucherij, Græca Geoponica Constantini, Saluiani Episcopi librum de vero iudicio & prouidentia Dei, Petronij Arbitri Satyras, quibus etiam Scholia adiecit.

*Adrianus Turnebus Aduersarior. lib. II.
cap. XX.*

Hæc ego è Petronio Memmij V.C. descripsi, quem domi sub sera & claustro habet, ne quem foris obscœnus & lasciuus scriptor impura sua petulantia contaminet.

Idem lib. XIX. cap. VI.

Petronius Arbiter venustatem orationis suæ inquinauit spurcissimis amoribus.

Idem lib. XXVI. cap. V.

Expurgare mendas Petronij, id esset, omnes littoris algas legere, omniâque maris eiectionta.

*Gerardus Falkenburgius Noniomagus
Epist. ad Doufam.*

Pulmannus remittit tibi Petronium cum scœnore, quem quando Plantino visum erit recudere, fiet in eo honorifica tui mentio, interea de carmine illi præfigendo cogitabis.
Antuerpiæ, iv. Kal. April. cio. io. LXX.

*Ianus Doufa P. ad Falkenburgium
Responsione.*

Ad

Ad Petronium quod attinet, gratulor nobis aliquod fuisse opellæ illius pretium; ita eum pulchre mihi & quidem cum fœnore remisit Pulmannus tuus, ut nihil iam ultra ipsi ad summum fœlicitatis cumulum deesse existimem, præter typos Plantini nostri, & Gallicanum Memmianæ Bibliothecæ exemplar, quod utinam Pithœus nobis inuidere abstineat diutius. Interim de carmine illi, uti postulas, præfigendo operam dabimus, ne editionem moretur.

*Obertus Gifanius I.C. Ind. Lucretian.
in C A S V S.*

Proferam vnum ex Petronio, in quo superioribus mensibus operam aliquam posuimus, non eam tamen, quam cuperemus; in eo igitur ut alia multa, ita & hoc restituendum puto.

*Jacobus Turantius Casellius I.C. Variar.
lect. lib. I. cap. V.*

Apud Petronium Arbitrum multa sunt impudica, fateor, & quæ ipse iniquis oculis animoque legeret iniquo. At ipsum idcirco dari æternis tenebris obliuionisque sempiternæ, qui fieri potest? Illum Venus ab obliuionis periculo sartum tectumque facias, qui in te ornanda nullas dicendi verneret, nullas prætermisit elegantias. Væ Gothico sæculo! quo non modo capite minatum est Romanum Imperium, verum etiam literæ ad internecionem occisæ. Per hocce

hocce tempus liberales artes velut nube quadam obductæ sunt, non solum Bibliothecarum ritu sepulchrorum clausæ, verum etiam incendio flammisque consumptæ. Væ quoque Cassianis quibusdam Monachis ! qui cum sine lentiginæ ac pruriginæ Petroniæ dare operam non possent, illi lasciuiienti & luxurianti penem sustulerunt. Vellem quidem ipse prætextatis verbis abstinuisset, & rebus aliis conscribendis capitale ingenium, & graphicam eloquentiam occupasset, famè disertorum apud Latinos familiam duceret. At Neronis sæuitiæ adscribo, cuius vlciscendi causa sub exoletorum & cynædorum spurcis figmentis incestas & execrabiles libidines palam fecit. Qui hoc non intellexêre, illi velut impudico & propudioso nebuloni fibulam imposuerunt, quasi ille Iuvenale fuerit impudicior, qui easdem res eodem ore prosequutus est. Desiderabatur ipse non ita diu, sed P. Pithæus & Cl. Binctus Romanæ Maiestatis optimi vindices fecêre, ne ipsum vel amissum desideraremus, vel corruptum & inquinatum contemnere-
mus, &c.

*M. Antonius Delrio Iesuita Com-
mentar. in Seneca Medeam,
vers. 14.*

Petronius Arbitr obsecenus alioquin & paganus ; quem nollem Diu. Antonium in Summ. Histor. & alios quosdam cum S. Petronio Episcopo confudisse: nam refellit Sartyra Arbitri, Sambuci & Pythæi studio edita,
in

in qua versus illi, quos homini huic beato adscribunt errore graui.

*Iosephus Scaliger Commentar. in
Priapeia.*

Hoc distichon est singulare epigramma. Neque dubito, quin ex Satyrico Menippeo Petronij acceptum fuerit. Nam alia ad huius intelligentiam opus sunt, quæ, vt verisimile est, in prosa sua tractabat Petronius.

*Iosias Simlerus Canonicus Tigurinus
in Additionibus ad Biblioth.
Gefneri.*

Petronij Arbitri Massiliensis Satyrici fragmenta restituta & aucta è Bibliotheca Ioannis Sambuci Antuerpiæ Plantinus. Extant etiam eius Satyrarum fragmenta in Bibliotheca Petri Pithœi.

*Ianus Gulielmus Plautin. quest. in
Epidic. cap. V.*

Non de nihilo Petronium amas, P. Pithœe, vernulæ & Latinæ urbanitatis putissimum fontem. Nam floralia sacra quod celebrat sine fuco atque fallaciis, more Romano, non tam seueri esse debemus, vt quod in aliis ferimus, quia necesse est, in hoc vno damnemus, qui illis apertior fortassis est, at non inhonestior. Recte tu, qui huic Arbitro æquissimus arbiter fuisti, & sententia tua vitam illi, salutemque reddidisti, &c.

• *Idem in Mostellar. cap. IV.*

Te consulo, A. Oisele, quem arbitri studiosum opinor, vel quia mundissimi in sermone nitoris est, vel quia ab amicissimo tibi homi-
ne

ne (scil. P. Pithœo) in lucem & cognitionem
eruditorum retractus.

Iustus Lipsius Antiquar. lect.

lib. I. cap. IIX.

Petronij Arbitri fragmenta pauca habemus, scriptoris terſi & venuſti, &, niſi quod in re illa voluptatum nimis Latine interdum loquatur, cætera laudati. Eius pro parte emendandi caput hoc ſcripſimus.

*Idem lib. III. quo conuiuiorum ritus
proponuntur.*

Prodeat & teſtis Petronius, in cuius amœniſſimis Satyris ſiginti locis Gyton quidam Frater Olenij nominatur.

Idem Epistolice. question. lib. III.

Epist. II.

Vt in vita, ſic in ſtudiis iuuat ſeueritati adſperſa comitas. Ea cauſſa frequenter ſoleo à grauioribus libris animum quaſi in ludum mittere ad ſcriptores amœniores. Quo in numero Petronium repono. Quidquid dicant iſti frontis ſeueræ. Et tua fide, P. Pithœe, vi-diſtin' quidquam venuſtius, argutius, poſt natas Muſas? Non ego; abeſſet tantum nuda illa nequitia: qua tamen nihil offendor; ioci me delectant, vrbanitas capit: cætera nec in animo, nec in moribus meis magis labem relinquunt; quàm olim in flumine veſtigium, cymba. Vt vina appoſita vinoſum mouent; inuinium, vt antiqui loquebantur, non mouent: Sic iſta animum iam ante improbum fortalle incient; caſto & caſtigato non adhærent. Et ſunt tamen inter Muſæos homines
qui

qui hunc scriptorem fuisse veliat; quibus nos certè, mi Pithœe, dissentimus. Meæ sententiæ testes has Notas do; quæ cuicunque illæ, non nisi ab eo qui cum cura legerit, eruantur.

Idem lib. V. Epist. XI X.

Immensum tibi, Pythœe, Petronius debet: liceat & mihi, si fas est, venire in partem nominis tui, &c.

Robertus Titius Brugensis Assertionum lib. VII. cap. I V.

Nam Petronius multo potior auctor inquit.

Ioannes Iacobus Frisius, Canonicus Tugurinus in Biblioth. Chronolog.

A. D. 490.

Terentianus Maurus contemporaneus Alphio Auito, Septimio, Petronio, & Aurelio Apollinari.

Hieronymus Commelinus Catalogo suorum libror. manuscript.

* Forte Petronius de Mida Rege, & * ænigmata versibus conscripta.

*Petronij A-
frani.*

Conradus Rittershusius I C. Notis in Phædrum.

Eadem causa, &c. Petronij Arbitri elegantissimum Satyricon ita nobis laceravit ac detruncavit, ut vix Orpheum mulieres Thraciæ, vel Pentheum Bacchæ discerpserint miserabilis.

Ulysses Aldrouandus Medicus Ornitholog. lib. XIV. cap. XVII.

Haud

Haud me latet, capum à Petronio Poëta antiquissimo Gallum dici.

Albericus Gentilis I C. in Virgilian. lect.

locum ex Petronio citans ad

Filium ait:

Audi virum acrem, & stomachi Lycidæ nostri.

Isaacus Casaubonus de Satyra lib. II.

cap. I I.

Petronius Arbiter cur opusculum suum, quo Neronis & aliorum Procerum flagitia horrenda, non minore flagitio publicavit, Satyricon potius quàm Satyram inscribere maluerit, frustra fortasse quæsierimus: neque est tanti.

Idem lib. II. cap. IV.

Petronij libellus mera est Saturia Varro-
niana, ut suo loco dictum; ipse tamen Saturicum siue Satyricum maluit inscribere: quomodo Commentarium dicitur pro Commentario libro; Apologeticus pro Apologetico libro: at qui Satyricon titulum Petronij libris imposuerunt, ij sine dubio Græcam vocis Satyræ originem spectant; cuius rei nunquam auctori venisse in mentem pro certo habeo.

Guilhelmus Barclaius Pater in Euphormionis Lusinini Satyrico.

His elementis instructus adolescens, ut primum ingrata Romanæ linguæ initia euasit, statim ad amœnitatem Ciceronis traducendus est. Mox in omnes passim auctores euagetur licentius studium, nec Petronio,
Liuius,

Liuius, Sallustius, &c. pigeat miscuisse Ciceronianam dictionem.

*Franciscus Raphelengius iunior in prefat.
sua editionis Petronianae.*

Nos commoditati tuae consulendum rati, persuaderi nos passi sumus, ac proinde tantum non iustum Commentarium in amoenissimae eruditionis, & eruditissimae festiuitatis auctorem tibi damus.

*Michaël Piccartus Philosophus Al-
torphinus Periculor. Criticor.*

cap. 17.

Verè Arbitr elegantiarum est Petronius, quicquid Catones contradicant, & bonorum manibus terendus: licet Hellepontiaci par sit Priapo, ut ille cecinit.

*I. R. in Confutatione Fabula Burdo-
niana, pag. 305.*

Primum illud in numerum procedat: Petronium Iosephi delicias. Magnum sanè crimen; quod tamen adeo verum est, ut Iosephus postquam abhinc annos xxxvii. Valentiae Cauarum illum auctorem ex membranis Cuiacij descripsit, vix vnā paginam illius inspexerit. Quo modo ergo deliciae eius liber ille fuerit, quem post tam longinquum tempus reuiscere dignatus non sit? Et tamen eum isti amphitheatrici latratus non adeo deterrent, ut, si totus Petronius in membranis exstaret, pigeret eum describere. Si enim is scriptor indignus est, qui tenerae aetati committatur, at non dignus, qui percat tamen. Quare non obiecerunt Martialem,

Iem, Catullum, alios, apud quos

Nomen adest rebus, nominibusq; pudor?

Quis veterum Poëtarum plus obscœnitatis, impuritatis, flagitiorum, professus est, quam docet POENITENTIALE BURCHARDI? Quot sunt, qui ignorarent multa, quæ ibi leguntur, nisi ex ipso didicissent? Ridicula magis an impudens contumelia? Quot possent huc adferri, nisi hæc rideremus potius, quam in illis confutandis vel momentum temporis terere vellemus?

Erycius Puteanus Melchiori Haiminsfeldio Goldasto, serio amico, S. D.

.... In Petronio quoque cum fructu publico eris: emacula, & florem illum Latini oris purum putumque repræsenta. Scena quædam scelerum, non nego, in hoc scripto: sed quam intueri, cum fructu certe virtutis sit; vibex, ipse titulus, quo tam enormem eluuiem seuerus Arbiter proscribit. Plerumque mortales ab oculis auribusque remouemus, quæ peccamus. Atqui ista alieni æui vitia sunt, tunc quoque repræhensa: quid si & nostri?

Morum maculas Christiani videant,
ad quas redierunt: si reprehendi
nolint, saltem in schemate corrigantur. Ego
sic censeo.

CAPVT



CAPVT II.
 ANTIÆTOMENA,
 SIVE
 AVCTORITATVM,
 QUÆ PETRONIANIS
 EDITORIBVS
 obiectari solent,
 resolutio.

Produximus testimonia , quibus Petronius non tam veniam meretur, quam innocentiam ab intētatis criminibus vindicat : neque nos aduocationem eius apud quemuis competentem iudicem porro subterfugimus. Quanta enim putes in illo confidentia sit , in quem illud elogium vnicum complurima consentiunt hominum sæcula, & omnium gentium consciscunt erudita oracula , elegantix Latinæ primarium fuisse Arbitrum, & morum Romanorum disertissimum censorem? At propter immemorabilem obscœnitatem, inquit isti simulators, viri grauissimi eum damnandum iudicarunt. Quinam autem isti? Augustinus, aiūt, Patres Concilij Tridentini, Beza, Guirandus, alij. Agite sultis, quamuis iam & priores editores, viri nec ipsi non grauissimi. Sambucus, Pythœus , Binetus , Douza , Vvovverius; & quos

& quos modo in testimonia citauimus, abunde responderint, nominatos tamen testes, Prætor sic volente, propius examinemus.

D. Augustini verba sunt lib. I. Confession. cap. xvi. *Non omnino per hanc turpitudinem verba ista commodius discuntur, sed per hæc verba turpitudine ista confidentius perpetratur. Non accuso verba quasi vasa electa atq; pretiosa, sed vinum erroris, quod in eis nobis propinabatur ab ebris doctoribus, &c.* Hæc purissimus ille Pater post bene multam in lasciuos Poëtas inuectiuam: quibus non tam Petronium petit, quem mihi vnquam in scholis prælectum non quicquam euicerit, quam Plautum, Terentium, Ouidium, Iuvenalem, Persium, Statium, quos pueris proponi ab impuris magistris non ferendum esse ait. Ite nunc simulatores, & fite iudicio vestro impuri, qui hos Poëtas; quos sanctissimus iste Doctor perpetuo exilio à scholis relegauit, pueris vestris adhuc nascentibus instillare consueuistis.

Concilij Tridentini decretum nihil aliud vult, quam id genus scripta pueris esse interdicens. Idem & nos volumus; quin iubemus ac decernimus. Quid enim pueris cum Petronio? cuius illi scopum non magis attendent, quàm plebeius idiota Aristotelis Metaphysica. Et ad vitia hæc ætas quàm virtutes prœior non ducenda est ad hos scopulos, ne temere & infrunitè illisa à Sirenibus suffocetur. Equidè scelestissimus sit oportet, qui Petronium pueris sumat interpretandum: nequissimus, qui proponat legendum:
pharma

pharmacus, cuius magisterio pudor illorum periclitetur. Nec iniuriâ Emundus Riche-rius, Sorbonæ Theologus, in obstetrice ani-morum, cap. 17. num. 4. conqueritur: *Vt iam non mirari oporteat, quare iuventus ad libidi-nem prona, sed quamobrem non longe vitiosior sit: quippe quæ Poëtarum quorundam carmini-bus, & Petronij operibus igni aeterno deuouen-dis, quasi Diuorum Pauli Epistolis, Ambrosij Officijs, vel Augustini Confessionibus impune, libere, gloriose utatur.* Verum opportunè com-modèque subiicit: *Sed me censere dico, Poëtas illos & auctores emungendos, non mutilandos: mundandos, non euiRANDOS: velandos, non ca-strandos esse: hoc est, ut à Concilio Tridentino est sanctissime constitutum, viris ad legendum, non pueris ad interpretandum esse conceden-dos, &c.*

Petri Guirandi I C. hæc sunt verba: *Hei mihi! quam pessimo exemplo talia luce donan-tur: & quam carissimo precio hæc vetustatis re-liquia, & cineres nobis emuntur. Quotus enim quisque est, qui eiusmodi ne quidem antea co-gitata, semel tantum lecta, stupefactus non ad-miretur: & inter admirationē & incredulita-tem fluctuans ad aliquid turpe caca quadam cogitatione ebruius non pelliciat? Erubescant igitur, qui talia legenda exhibent.* Cui meam vicem respondeat vir & iudicio & verecun-diâ Guirando multo præstantior. Is est Iust. Lipsius, qui super Petronio in hæc verba, quæ tamen etsi supra posuimus, placet heic repe-tere, P. Pithæo I C. rescripsit: *Nudâ illâ nequi-tiâ nihil offendor, ioci me delectant, urbanitas capit: cætera neq; in animo, nec in moribus meis*
magis

magis labem relinquunt, quàm olim in flumine vestigium, cymba. Vt vina apposita vinorum mouent, inuinium non mouent: sic ista animum iam ante improbum fortasse incient; casto & castigato non adherent. Et sunt tamen inter Musæos homines, qui hunc scriptorem fuisse velint, à quibus nos certè dissentimus.

Theodorus Beza Vezelius præfat. Homil. de Resurrect. Domini, ad Ordines Belgij scribit: Duo sunt, de quibus peto etiam atq; etiam, ut mihi fas sit pro animi vestri aequitate vobiscum agere. Vnum, ut in tanta & nunquam satis laudanda cura, quam excitandis Ecclesia seminariis impenditis, diligenter prospicere velitis, ut quàm accuratissimè fieri poterit, maximà cum fide & diligentia lingua illa sancta doceatur. Deinde ut impurissimorum illorū & abominandorum spurcissimorum scriptorum, veterum & recētiū, lectio seuerissimè interdicator, & in omnib. vestris ditionibus quàm lōgissimè à bonarum artium & disciplinarum scholis repellatur. Sūt enim illa iuuentuti in vera pietate crudēda, & sanitati morum à teneris etiam annis haurienda propriè consecrata. Constat autem, & experientia ipsa iam pridem ostendit, illorum scriptorū turpissimorum lectione, quibus vel ipsa virtus contaminatur, iuuentutem ad turpissimā quauis cogitanda excitari, & ita sensim ad ea tandem exercenda impelli, haud secus ac si in ganeis & mediis luparū lustris educarentur: & fortasse nulla re magi. ira Dei in Christianum orbem excitatur; quàm huiusmodi fordium impurissima tractatione; & tamen istud tam turpe dictū & factū, longo iam abusu passim non inualuit modo; sed etiam maximè excolitur & commendatur, nescio quo peruestiganda omnis

antiquitatis prae-textu: cum tamen earum verum memoriam, qua non modo nihil nos adiuvât, sed à contrario deteriores nos efficiunt, iam pridè obductam, oblitam & abolitâ esse oportuerit. Quibus verbis sunt qui putât Scaligerum & Douzam designari; quorum ille amatorios Poëtas, hic etiam Petronium, notis illustrarunt. Sed ignoscât mihi verecundissimi viri manes, nonne ipse Beza est, qui Martialè, Petronio nihil castiorè, Poëtam, *mel merum* dictitare solitus est: asserit Raphaël Eglinus eius discipulus in ea, quam selectis Catulli carminibus præfixit, epistola. Et quam avidè lubentèrque mel illud linnerit, res eloquitur. Nemo enim existimatur ad honestatè carminis Bilbilitanè propius accessisse. Vnde liquidò constare videtur, non aliam Bezae mentem fuisse quàm illis, quos minùs dudum diximus: nimirum Milesios auctores ut viris permixtos, ita adolescentulos eorum lectione esse prohibendos.

Nec aliud D. Basilij iudicium fuit de scriptis Gentilium; quæ in nostrum vsum quomodo vertenda, tanquam spolia Ægyptiaca, vel D. Augustinus rectè ritèque te monuerit. Et oppidò quam eleganter D. Hieronymus in ea ad Oratorem Roman. *Quæris, inquit, cur in opusculis nostris secularium interdum literarum exempla ponamus, cædor' inque Ecclesia Ethnicorum sordibus polluamus?* responsum breviter habeto. Nunquam hac quæreres, nisi te Tullius totum possideret: s; scripturas sãctas legeres, & earum interpretes obmisso Vulcacio evolveres. Nam & in Moyse, & in Prophetarum voluminibus, & epistolis Pauli quædam de libris Gentiliis assumpta sunt. In Deuteronomio quoque Domini voce
præcipi

precipitur, mulieris captiva radendum esse caput
 & supercilia, omnesq; pilos & ungues corporis
 amputandos, & sic eam habendam coniugio. Quid
 ergo mirum, si ego etiā sapiētiam propter eloquiū
 venustatē & membrorū pulchritudinem de an-
 cilla atq; captiva Israëlitidem facere cupio? Et
 si quod mortiferū est idololatria vel voluptatis,
 erroris & libidinum praeido & abrado, mixtus-
 que purissimo corpori immaculatos Domino
 Sabbaoth filios ex ea genero? Cui Ioan. Saresbe-
 riensis Ep̄s cōgruentissimis hisce verbis insigni-
 ter acclamat: * Quod si hoc ipsū patienter ad- * Poly-
 mittitur, ea qua à Philosophis gentium publica ^{crat. l. 3.}
 utilitatis gratiā scripta sūt, audiri quid prohi- ^{cap. 8.}
 bet? Quacūq; enim scripta sūt, inquit Apostolus,
 ad nostram doctrinā scripta sunt; ut per patien-
 tiā & consolationē Scripturarū spem habeamus.
 Similiter Martin. Bucerus, vir singularis pie-
 tatis, ingenij vnicuique, & dexterrimi iudicij Enar-
 ration. in D. Matth. Euangel. extremo cap. xi.
 De ea parte prophetia, qua per omnia secula, &
 apud quālibet identidē sese exeruit gentes, tum
 per insomnia, tum per portēta, tum per instinctū
 quendam & afflatum diuinum, deniq; de impo-
 sturis & fallaciis in his, tā hominum quā da-
 monū, praestiterit legere M. Tullij libros de Diui-
 natione; nihil enim negligendum, quod Domini
 donum esse liquidò constat. Eximia autem Dei
 dona esse tot egregios libros, quibus multa adeo
 rerum, hoc est, operū Domini, cognitio cōtinetur,
 qui dubitat, is parua indubiē ratiōnem habet
 prouidentia Dei: sine cuius singulari beneficio
 haud factum est, quod hi libri per tot secula, &
 infinitos casus seruati ad nos usq; peruenēre. Et
 iterū Comm. in Ps. i. Neq; profana omne genu.

*scripta; quum locus & tempus fuerit, lectiense de-
dignabimur. Si enim verè ille scripsit, non esse li-
brum tam malum, ex quo non possit aliquis fru-
ctus percipi, & fructum nullum nisi Dei verba
adferant: certè Dei verba contempserit, qui vel
Ethnicorum Poëtarum scripta in totum repudiet:
quanquam utiliora ex his deligi conveniat, qua
nimirum Dei in creaturis suis bonitatem certius
indicant, & de virtutibus purius præcipiunt. Au-
din' tu harum Satyrarum indemnatum fru-
ctum? & quæ ex illis delibanda, excerptaq; ad
Christianam institutionem cōferenda sint? At
enimvero obiciunt illi rursus, Petronium
non de virtutibus purè, sed de vitiis impurè,
spurciticè & flagitiosè præcipere. Bona verba,
quæso. Petronius Satyricus flagitia atque faci-
nora hominum Satyricè perstrinxit.*

*Id isti vituperant factum, atq; in eo disputāt,
Contaminari non decere fabulas:*

*Faciunt ne intellegendo. ut nihil intellegant,
Qui cū hunc accusant. ———*

Lucilium, Varronem, Horatium, Iuvenalem,
Përsium, Sulpitium, Lucianum, Apuleium, ac-
cusant, quos hic noster partim auctores ha-
buit, alios æmulatores. Verumtamen * *quas*
illi nobis obscœnitates narrant?

* Verba
sunt
Marki-
ni Hæc-
neccij
in epist.
Teren-
tia præ-
posita.

*Vtinam ne in nemore Edeno, obscœnitatibus
Infectum ab imo, humanum cecidisset genus.
Vtinam ne in vita, in hominum usu ac consuetu-
dine uniuersa, in adibus, in vicis, in compitis no-
stris, obscœnitatum plena omnia! Vtinam ne in a-
nimis nostris, in præcordiis omnium obscœnitatum
stabulum! cur non lernam potius dico & sentinam
perennem? Hic, hic, expurgato opus est. Hic plenis
cadis exhausto opus. Nam quid politura, quæso te,
speculi*

speculi agas, ubi in facie fœditas insedit? Speculũ expurgas: ab ore maculas, verrucas, lentiginem, lepram quin amoues? inspiciẽdo in speculum temet, ut es, vides: formosus formosum, deformis deformem. Spectari, audire talis, qualis es, non vis? Deformitatem è corpore elue; fœditatem expelle animo. Hæc magistrorum honestissimĩ simul atque doctissimi ad mascarpiones Iesuitarum non inidonea responsio fuit, quam hoc loco repeteremus. Cui paribus ferè tibiis concinit Laurentius Ramirez de Prado Nobilis Hispanus, in Hypomnem. ad Martialis Amphitheatr. epigr. xxv. ad Raderum Iesuitam eius Poëtæ castratorem; Age, vir honestissime, quĩ sciebas ea esse inhonestas quod legeram, inquis. cur legisti vir tãta sanctimonia: & si legisti, cur nobis inuides eam lectionem? Ego verò pati non possum superciliosos istos censes, qui nequitias Martialis nobis adimunt, sibi relinquunt. Satius fuisset, sanctissime vir, ut totum Martialcm intactum reliquisses, ne scilicet purissima manus deligendis epigrammatib. & interpretandis inquinaretur, &c. Ioannes Gerson, Cancellarius Parisiensis, & in Sanctis à nonnullis repositus, quum in sermone, habito in Concil. Remensi, de impudicitia perorans in hæc verba exclamat: Credite, quia providendum esset omnino cū effectu & discretione contra tantam familiaritatem in cubilibus & alibi, quam exercēt parentes utrique cum utraq; progenie, & affines affinibus in adolescẽtia, senesq; cum iunioribus tam in * Religione, quàm in Scholis & alibi. Dubitauerim prorsus, si nõ deteriores mores trahunt aliquando pueri & puella hac occasione in parentum domiciliis, & Religio- num & scholarum contuberniis, quam facturi*

* Do-
minica
secunda
post Pa-
scha
partit.
2. consi-
derat. 3.
promis.
4.
* Id est
Monas-
teriu.

erant in prostibulis lenonum vel meretricū. Sed quæ obscœnitates in Petronio? Meretricemne ducere, ad scortumne alludere? aut heram adulterari? anne medium puerum amplecti? an virginem defforare? Credo hæ sunt obscœnitates istis; quas vulgo fieri solitas ita pudenter, audè & simpliciter reprehēdit Petronius, ut mihi videatur quasi pœnitentiam agere sermonis sui secreto, quæ rubore perfudi, quod ea vitia infectetur, quæ ne ad cogitationem quidem admittere seuerioris notæ homines debeant: ita studiosè & cum industria cauit, ne oblitus verecundiæ suæ non abstineret à spurcis & turpibus earum partium appellationibus, quas ne nominare quidem inter res serias fas est. Quid ergo peccauit, si prauos populi mores & consuetudines vitio turpissimi DOMINI fordas & inquinatas redarguit? Nūnam non præoccupauit ipse, & sagacissimo ingenio contumelias vestras odoratus his elegantissimis versibus elusit?

Quid me restricta spectatis fronte Catones,

- Damnatuq; mea simplicitatis opus?

Sermonis puri non tristis gratia ridet:

Quodq; facit populus, candida lingua refert.

An Neronis, Domitiani, Eliogabali facinora honestioribus verbis circumloquuntur Suetonius, Dio Cassius, Lampridius, B. Orosius,

* Verba sunt Xiphilinus Patriarcha Constantinopolitanus?

Henrici * De vitiiis dissertio siue disputatio duplex est. V-

Lorui na, qua ad vitia homines allicimus suasionibus,

Gla- exhortationibus ac lenociniis: ut qui amare do-

reani cent nostra atate, pro dolor! etiam potare, qui

præfat. amatoria ludunt, ut iuuenū mētes veluti inebriēt, quales impudici Poëta. Ea dissertio vitiosa

in Sue- est et

ton.

est ac detestanda, maximè homini Christiano, plus etià illis, qui iuventuti ut magistri præsunt. Altera est dissertio de vitiis, ut ea detestemur ac execremur: imò quoties de eis fit mētio, ut ab iis deheritemur, ab iis abstineamus, & execremur. Hac dissertio ne utiquā reprehendenda est; multi enim sancti viri ac Doctores quemadmodum de virtutib. scripserūt, ita è regione de vitiis copiosè disseruerūt. Ita qua Caesarū refert vitia Suetonius, in odiū illorum monstrorū id facit, ut ea scilicet fugiamus ac evitemus: imò cogitemus in quāta cacitate fuerint perditī illi nebulones: & multò magis in quanta stupiditate mūdus, qui talia portenta dignatus est ullo honore, cū nihil illis tetrus ac magis abominabile fuerit. Hæc Glareanus pro Suetonio, qui Cæsarū flagitia libero dicendi genere exsecutus est. Cur non nos eadem pro Petronio, qui gemina nūppinā Neronianorū turpitudines insecutus est? Cur non pro ipso D. Paulo Apostolo, qui eadē pari libertate cōmemorat & inculpat? Ioannes Saresberienſis Episcopus de Nugis Curial. li. III. cap. XII. longū de lenonibus ac mollibus, vsuque formosorum sermonē his verbis excusat: Verūm hac abominatio, non tam ostendenda est quā conspuenda, puderētq; eā Nugis nostris esse insertā, nisi eādē Apostolus Romanis scribens verbis manifestius, expressisset dicens: quia scēmina eorum immutauerunt naturalē vsū in eum, qui est contra naturam, & masculī relicto naturali vsu scēmina, exarserunt in desideriis suis in inuicē, masculī in masculos, turpitudinē operantes, ut darentur in sensum reprobū, facerentq; quod minimè cōueniret, & vitiis vniuersis obnoxij indignationē Dei, & omnium pœnarum

rum in se aculeos prouocarent. Et tunc quidem in auribus Romanorum hoc tuba Apostolica conclamabat, quando impiissimus Imperator Nero luxuria sauiantis puerum Sporum exectis testiculis in muliebre naturam transformare conatus est. Et Fratres Ordinis Prædicatorum, qui cum apud Christianos locum inuaserunt, quem olim apud Gentiles obtinuerant Poëtæ & Satyrici, in tracta. de Turcis: *Quasitum* extitit de graui infectione populi Christiani, quoad prædicta vitia (Sodomitica) an videlicet tam grauis infectio ex negligentia officij prædicationis contingeret, dum ipsi Prædicatores grauitatem huius vitij fidelibus n. n. proponerent? *Quasitumq;* ulterius extitit, an propter simplices & innocentes expediret Prædicatoribus sub silentio pertrāsire de huiusmodi vitiis differendo? Responsum fuit, quod quia officium prædicationis est præcipuum in Ecclesia ad extirpationem vitiorum & plantationem virtutum, si grauitas huius vitij fidelibus ardentè proponeretur, ut quia videlicet pro vindicta clamat ad cælum, &c. Ad secundum quasitum responsum fuit, quod omnino sub silentio pertransire non expediret, etiam propter quoscunq; innocentes, multiplici ratione. Primo, quia videmus quod tales innocentes etiam ex diabolica suggestionē continuè seducuntur absq; auditione verbi Dei, & declaratione illorum vitiorum. Vnde utrisq; tantis quàm innocentibus expedit talis declaratio verbi Dei. Secundo ad hoc nos admonet Scriptura, prout est illud; Si non annunciaueris iniquo iniquitatē eius, sanguinem eius de manu tua requirā. Et iterum; Clama, ne cesses: annuncia populo meo scelera eorum. Ratione etiam concludebatur. Nam Apostolus Paulus expressissimè loquitur ad Roman. i. de huiusmodi

PROLEGOMENA. 33

huiusmodi vitiiis, & sicut cuncta alia scripta ipsius necessario predicatur, ita & presens hac materia, cum non sit data distinctio inter suas doctrinas, quare videlicet una magis debeat esse predicabilis quam altera. Ad hoc est Gregorius in Moralibus; Sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiscretum silentium in errore relinquit. Et hæc pro Petronio brevis quædã veluti apologia esto, quæ necessario præmunienda fuit, ut & iudicii præcipitationi caueremus, & maleuolorum simul maledictis respondemus. Nunc videamus, cuius Philosophi rationem opinionemque Petronius sit secutus.



CAPVT III.

CVI SAPIENTIÆ

STVDIO PETRONIVS

fuerit deditus.

SUNT qui Petronium adserant disciplinæ Stoicæ sectaneum fuisse, quibus cum hæc fragmenta, tum alia quæ memoraturus sum, bonâ fide refragatur. Quid enim sibi velle dicent illos versus, quos in Stoicorum auaritiâ aperte fudit?

*Ipsi qui Cynicâ traducunt tempora scanæ,
Nominumque numis vendere verba
solent.*

Mihi videtur non oblique Senecam carpere, cuius suspectum in gubernatione Cæsaris regimen, tãquam venale & ambitioni peruium; sed Aulicorum, uti fas existimare, calumniis.

Quis enim has in tanta potentia vnquam effugit? Nec ambigo, quin scribisculum ex inuidia inter vtrosque extiterit, quòd Petronij mentionem in suis officiosis Seneca scriptis, nec illiberalis aut parcus in amicis collaudandis, suppresserit. Ego existimo, nec opinione fallor, Petronium sectâ Epicureum fuisse. Idq; ita esse, vti autumo, rebus necessariis euincam. Principiò dum Epicurum vocat *patrem veri*, id est, auctorem & doctorem veritatis, seu veræ iustæq; rationis & disciplinæ institutorem.

Ipse pater veri doctus Epicurus in arte

Iussit, & hanc vitam dixit habere Deos.

Quam adorâ, nisi discipulus & sectator, haud temere Epicuro tribuisset. Tû deinde ex præceptis atque doctrinis Epicureis passim interspersis, quòd genus dogmatis amplexus fuerit, assarim elucet. Contendens Epicuri dicta, quæ ab Diogene Laërtio & Auctore Vitæ Philosophorum referuntur, cum Petronianis istis fragmentis, & diceas hæc verum dicere. Ego verba pono ad compendium, & longiores logos alibi eadæm. Quos verò errores accepit

— *Epicuri de grege porci,*

nobisque imbibendos propinauit, consilium est silentio nō præterire. Notavi mihi tria præcipuè, quæ in erroribus Epicuri recensentur. Primum est, Deos res humanas non curare, sed otiosos residere in cælis, valde occupatos in nihil agendo, vt ille ait. Hinc ab Epicureis falsè ridentur superstitiosi, qui Deum timore, tanquam pueri nocturnis terculamentis & occuraculis afficiantur. In quos superstitiosos & Petronius panxit epigramma non illepidum.

Primum

*Primus in orbe Deos fecit timor: ardua cœlo
Fulmina cùm caderent.* — — —

Alterum, in voluptate summum bonum esse
situm. Quò pertinet illud,

Ergo vivamus, dum licet, estq; bone:

& huic similia. Tertium, animas cum corpori-
bus interire. Cuius erroris quamvis non supe-
ret ullum in his fragmentis manifestum vesti-
gium, satis in morituro apparuit. Nulla ei cu-
ra animæ, nullum à sophorum placitis allo-
quium, sed contra ea immortalitatis irrisio &
contemptus. Capió & interpretor ita Tacitum
extertim scribentem. *Audiebatque referen-
tes, nihil de immortalitate anima, & sapien-
tium placitis, sed levia carmina & faciles ver-
sus.* Scilicet ut se masculum Epicureum esse
probaret, motus illos & ægritudinem tempe-
rans, constantem animi quietem & volupta-
tem, in qua summum bonum collocasse modò
memorauimus, dissimulauit. Et hæc tibi ex tri-
pode dicta puto. Atque nunc meâ comitate ac
virtute fiat, ut T. Petronius Arbiter T. Lucretio

Caro in ciuitate Epicuræâ, quam vs-

que solus oberrauit in Latio, co-

mes & inquilinus ciuis ex

decreto detur. Nos de

summâ Satyrici por-

ro videamus.

B 6 CAPVT



CAPVT IV.
ARGVMENTVM ET
MYTHOLOGIA
huius Satyrici.

PETRONIVS, auctore Tacito, in his Satyris vitia gentis togatæ sub nominib. exoletorū fœminarūq; perscripsit & notauit, præcipuè autē flagitia Neronis Imperatoris incessit, cuius ad exemplū orbis tum Romanus erat compositus, vt verum experiamur q̃ vulgo dici amat; *Qualis Rex, talis grex.* Petronio, qui præcipuū in Aula Cæsaris inter domesticos principes locū tenuit, coæuus existit (haud scio an non & notus) D. Paulus Apostolus admirandæ illius & diuinissimæ epistolæ ad Romanos auctor. ex cuius principio quæ verba videntur summā totius huius Satyrici cōplecti, ea verba iuuat appingere. *Fœmina eorū (inquit) immutauerūt naturalē vsum, in eum qui est contra naturam. Similiter autem & masculi, relicto naturali vsum fœmina, exarserūt in desideriis suis in inuicē, masculi in masculos turpitudinē operantes: & mercedē, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut nō probauerūt Deū habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobū sensum, vt faciāt ea quæ nō conueniūt, repletos cū iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuētores malorū, parentibus non obediētes, insipiētes, incompósitos, sine affectione, atq; fœdere, sine misericordia. Qui cū iustitiam*

scitiam Dei cognouissent, non intellexerunt; quoniam qui talia agunt, digni sunt morte: & non solum qui ea faciunt, sed etiā qui consentiunt faciētibz. Hæc ille: quibz. verbis qui volet plenum & perspicuū habere interpretem, ei ego vnicum hunc Petronium dederō. nec omnino vanum est magni cuiusdā Theologi dictum, caput primum ad Romanos sine Petronij Satyra intellegi nō posse. Addo etiā caput XIII. in quo à cōmemoratis vitiis Romanos in hūc modum dehortatur: Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abiciamus ergo opera tenebrarū, & induamur arma lucis. Sicut in die honestè ambulemus; nō in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibz & impudiciis, non in contentione & amulatione: sed induimini Dominum Iesum Christū, & carnis curam ne feceritis in desideriis. Nec Romanorū tantū scelera Petronius, sed & Græcorum tangit & exagitat, dū more palliatorū Comitorum pleraq; in Græca vrbe gesta confingit. Eriam idem Apostolus eadem quoque ipsissima in Græcis notauit. Sic enim ad Galat. c. 5. scribit; Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immūditia, impudicitia, luxuria, idolorū seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, amulationes, ira, rixa, dissensiones, secta, inuidia, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniā qui talia agūt, regnum Dei nō consequentur. Et 1. epist. ad Corinth. cap. VI. Iā quidem omnino delictum est in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniurias accipitis? quare nō magis fraudē patimini? Sed vos iniuriā facitis, & fraudatis: & hoc fratribz. An nescitis quia ini qui regnum Dei non possidebūt?
Nolite

Nolite errare: neq; fornicarij, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum cōcubitores, neq; fures, neque auari, neq; ebrii, neq; maledici, neque rapaces, regnū Dei possidebunt. Et hac quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati estis, in nomine Domini nostri Iesu Christi, & in Spiritu Dei nostri. Porro in Petronij fragmentis (nā optimam partē desideramus) primū bonarū artium professores mordet, tanquam ingenui & liberalis inuentutis corruptores. Deī procuratorum forensium & aduocatorum calumnias & rapacitatem taxat. Tum in Sacerdotum infandas libidines inuectus, transitum ad luxum conuiuiorū facit, quē sub Trimalcionis nomine ac lautitiis perstringit. Hinc de sceleratā pædagogorum nequitia parentes seriō monens, acculatā artificum inertia præhædie publicarum balnearū turpitudinem. Postmodum negotiatorum mercatorūque, hoc est, eorum qui solas extruere diuitias curant, fortunas exponens, obiter animaduertit in feminarum leuitatem. Tandē castigato lasciuarum mulierum infano amore, quo peregrinos adulescentes ambire vltro & donis cōsueſcunt lacessere, in imposturas ac fraudes exulum & natale solum vertentium, quibus hospites suos & creditores, dum amplius peregrini census & partita iactitant vectigalia, circumſcribunt, stylum exæuit. Infaniam denique testatorum notat, qui turpes, impudentes & nefarias testamentis adiiciunt conditiones, quorum flagitij flagrantia à Iureconsultis etiam improbatut. Et hæc tantū reliqua sunt huius Satyrici capita: cætera iniuria temporum nobis inuidit.



CAPVT V.

SATYRARVM INTER-

LOCVTORES.

Encolpius,	ἐγκόλπῳ,	fabularum Dux.
Ascyltos,	ἄσκυλτῳ,	adulescens.
Agamemnon,	ἄγαμέμνων,	scholasticus.
Gnytho,	γνύθῳ,	puer.
Quartilla,	*	Priapi sacerdos.
Psyche,	ψυχῇ,	ancilla.
Paunychis,	παννυχίς,	puella.
Embasciortas,	ἐμβασικώτης,	cynædus.
Trimalchio,	τριμάλχιον,	diues.
Carpus,	*	seruus.
Menelaus,	μενέλαῳ,	scholasticus.
Lycurgus,	λυκῦργῳ,	
Eumolpus,	εὐμόλπῳ,	Poëta.
M. Manicius.	*	
Bargates,	βεργάτης,	seruus.
Lycas,	λυκάς,	mercator.
Tryphæna,	τρυφαινα,	uxor.
Aclius,	αἰσιῳ,	
Corax,	κόραξ,	tonfor.
Chrysis,	χρύσις,	ancilla.
Circe,	κίρκη,	amica.
Doris,	δωρίς,	amica.
Proscelenos,	προσίλλῳ,	anus.
Polyenus.	πολύαιῳ,	idē qui Encolpi.
Enorhea,	εινόρεια,	Priapi sacerdos.
Endymio.	ἐνδύμιον,	puer.
Philumena,	φιλυμένη,	meretrix.
Gorgias,	γόργιας,	advocatus.
Albutia,	*	amica.

Nominum

40 PROLEGOMENA.

Nominum rationes in notis traduntur. Id enim quam studiosissimè obseruauit Petronius, ut, quas personas introduxit, earundem conuenientes exprimeret mores, notásque similitudines, & ut Rhetores vocant, τὸ πρέπον diligenter ubiq; persequeretur. Porro quæ in his fragmentis nullas dicendi partes habent, non puto fuisse ἐξώσθη, sed earum interlocutiones temporum iniuria periisse.

T. P E





T. PETRONII

A R B I T R I

SATYRICON.



NVM alio genere furiarum de-
clamatores inquietantur, qui
clamant, Hæc vulnera pro li-
bertate publica excepi, hunc
oculum pro vobis impendi: date mihi du-
cem, qui me ducat ad liberos meos: nam
succis poplites membra non sustinent.
Hæc ipsa tolerabilia essent, si ad eloquen-
tiam ituris viam facerent: nunc & rerum
tumore, & sententiarum vanissimo strepi-
tu, hoc tantum proficiunt, vt cum in fo-
rum venerint, putent se in alium terrarum
orbem delatos. Er ideo ego adulescentu-
los existimo in scholis stultissimos fieri,
quia nihil ex iis, quæ in vsu habemus, aut
audiunt, aut vident: sed piratas cum cate-
nis in litore stantes, & tyrannos edicta
scribentes, quibus imperent filijs, vt patrum
suorum capita præcidant, sed responsa in
pestilentia data, vt virgines tres aut plures
immolentur; sed mellitos verborum glo-
bulos, & omnia dicta factaque quasi papa-
uere & sesamo sparsa. Qui inter hæc nu-
triantur, non magis sapere possunt, quam
bene.

42 PETRONII ARBITRI

bene olere qui in culina habitant. Pace
 vestra liceat dixisse, primi omnium elo-
 quentiam perdidistis. Leuibus enim atque
 inanibus sonis ludibria quædam excitari
 do effecistis, ut corpus orationis enerua- 5
 retur & caderet. Nondum iuuenes decla-
 mationibus continebantur, quum Sopho-
 cles aut Euripides inuenerunt verba qui-
 bus deberent loqui. Nondum umbraticus 10
 doctor ingenia deleuerat, quum Pindarus
 nouemque Lyrici Homericis versibus ca-
 nere rimuerunt. Et ne Poetas quidem ad
 testimonium citem, certe neque Platona,
 neque Demosthenem ad hoc genus exer- 15
 citationis accessisse video. Grandis, & ut
 ita dicam, pudica oratio non est maculo-
 sa, nec turgida, sed naturali pulchritudine
 exsurgit. Nuper ventosa isthaec & enor-
 mis loquacitas Athenas ex Asia commi- 20
 grauit, animosque iuuenum ad magna
 surgentes veluti pestilenti quodam sode-
 re adflauit, simulque corrupta eloquentiæ
 regula stetit, & obmutuit. Quis postea
 ad summam Thucydidis, quis Hyperidis 25
 ad famam processit? ac ne carmen quidem
 sani coloris enituit: sed omnia quasi eo-
 dem cibo pasta, non potuerunt usque ad
 senectutem canescere. Pictura quoque
 non alium exitum fecit, postquam Ægy- 30
 ptiorum audacia tam magnæ artis com-
 pendia iam inuenit. Non est passus Aga-
 memnon me diutius declamare in porti-
 cu, quam ipse in schola sudauerat: sed Adu-
 lescent, inquit, quoniam sermonem ha- 35
 bes non publici saporis, &, quod rarissi-
 mum

*Ag-
 me non.*

mum est, amas bonam mentem, non frau-
 dabo te arte secreta. Minimū in his exer-
 citationibus doctores peccant, qui neces-
 se habent cum insanientibus furere. Nam
 5 ni dixerint quæ adulescentuli probent, ut
 ait Cicero, *soli in scholis relinquuntur*; si-
 cut ficti adulatores cum cœnas diuitum
 caprant, nihil prius meditantur, quàm
 quod putant gratissimum auditoribus fo-
 10 re (nec enim aliter impetrabunt quod pe-
 tunt, nisi quasdam insidias auribus fece-
 rint) sic eloquentiæ magister nisi, tanquam
 piscator, eam imposuerit hamis escam,
 quam scierit appetituros esse pisciculos, si-
 15 ne spe prædæ moratur in scopulò. Quid er-
 go est? parentes obiurgatione digni sunt,
 qui nolūt liberos suos seuera lege profice-
 re. Primū enim, sicut omnia, spes quoque
 suas ambitione donant: deinde quum ad
 20 vota properant, cruda adhuc studia in fo-
 rum propellunt, & eloquentiam, qua nihil
 esse magis confitentur, pueris induunt ad-
 huc nascentibus. Quid si paterentur labo-
 rū gradus fieri, ut studiosi iuuenes lectione
 25 seuera mitigarentur, ut sapientiæ præceptis
 animos componerent, ut verba atroci sti-
 lo effoderent, ut quod vellent imitari, di-
 audirent, sibi nihil esset magnificum quod
 pueris placeret: iam illa grandis oratio ha-
 30 beret maiestatis suæ pondus. Nunc pueri
 in scholis ludunt, iuuenes ridentur in fo-
 ro, & quod utroque turpius est, quod quis-
 quis perperam discit, in senectute confi-
 teri non vult. Sed ne me putes improba-
 35 se schedium Lucilianæ humilitatis, quod
 sentio

44 PETRONII ARBITRI

sentio & ipse carmine effingam:
Artis seuera si qui hamat effectus,
Mentemq; magnis applicat, prius morem
Fragilitatis lege polleat exacta:
Nec curet alto regiam trucem vultu, 5
Cliensque cœnas impotentium captet:
Nec perditis addictus obruat vino
Mentis calorem, néve plausor in scana
Sedeat redemptus histrionia addictus.
Sed siue armigera rident Tritonidis arces, 10
Seu Lacedamonio tellus habitata colono,
Sirenúmque domus, det primos versibus
annos,
Mæoniúmque bibat felici pectore fontem,
Mox & Socratico plenus grege, mittat ha- 15
benas
Liber, & ingentis quatiat Demosthenis
arma.
Hinc Romana manus circumfluat, & modo
Graio 20
Exonerata sono mutet suffusa saporem:
Interdum subducta foro det pagina cursum,
Et fortuna sonet celeri discincta meatu.
Dein pugnas, & bella truci memorata ca-
nore: 25
Grandiâque indemiti Ciceronis verba mi-
netur.
His animû succinge bonis. sic flumine largo
Plenus, Pierio defundes pectore verba.
 EN-
 COL-
 PIVS. Dum hæc diligentius audio, non notavi 30
 mihi Ascyli fugam:& dum in hoc dicto-
 rum æstu totus incedo, ingens scholasti-
 corum turba in porticum venit, vt appare-
 bat, ab extemporali declamatione nescio
 cuius, qui Agamemnonis suasoriam exce- 35
 perat.

- perat. Dum ergo iuvenes sententias rident, ordinemque totius dictionis infamant, opportune subdixi me, & cursum Ascylton persequi cœpi. Sed nec viam diligenter tenebam, nec quo loco stabulum esset, sciebam. Itaque quocumque ieram; eodem reuertebar. donec in cursu fatigatus, & sudore iam madens, accedo aniculam quandam, quæ agreste olus vendebat:
- 10 Te rogo, inquam, mater, numquid scis ubi ego habitem? Delectata illa vrbani-
tate tam stulta: &, Quidni, sciam? inquit, consurrexitque, & cœpit me præcedere. Diuinam ego putabam. at subinde vt in locum
- 15 secretiorem venimus, centonem anus vrbana reiecit: &, Hic, inquit, debes habitare. Quum ego negarem me cognoscere domum, video quosdam, inter titulos, nudasque meretrices furtim conspiciantes.
- 20 Tardè, immò iam serò intellexi me in fornicem esse deductum. execratus itaque aniculæ insidias, operui caput, & per medium lupanar fugere cœpi in aliam partem: cùm ecce in ipso aditu occurrit mihi
- 25 æquè lassus ac moriens Ascyltos. putares ab eadem anicula esse deductum. Itaque vt ridens eum consalutauit, quid in loco tam deformi faceret, quæsiui. Sudorem ille manibus deterfit, &, Si scires, inquit, quæ
- 30 mihi acciderunt. quid noui? inquam ego. ASCYL-
at ille deficiens, Quum errarem, inquit, per totam ciuitatem, nec inuenirem quo loco stabulum reliquissem, accessit ad me paterfamilias, & ducem se itineris humanis-
- 35 sumè promisit. per amfractus deinde ob-
fcurissi

46 PETRONII ARBITRI

scurissimos egressus, in hunc locum me perduxit, prolatoque peculio cœpit rogare stuprum. Iam pro cella meretrix assem exegerat, iam ille mihi iniecerat manum, & nisi valentior fuisset, dedissem pœnas;
* adeò ubique omnes mihi videbantur satyrion bibisse *

EN- iunctis viribus molestum contempsimus *
COL- quasi per caliginem vidi Gnythona in cre-
PVS. pidine semitæ stantem, & in eundem lo- 10
cum me conieci. Quum quærerem, num-
quid nobis in prædium frater parasset, con-
sedit puer super lectum, & manantes la-
crymas pollice extersit. Perturbatus ego
habitu fratris, quid accidisset, quæsiui. at 15
ille tardè quidem & inuitus, sed postquam
precibus & iracundiâ miscui: Tuns, inquit,
iste frater, seu comes, paulo antè in con-
ductum accucurrit cœpitque mihi velle
pudorem extorquere. Quum ego procla- 20
marem, gladium strinxit; & Si Lucretia es,
inquit, Tarquinium inuenisti Quibus ego
auditi, intentavi in oculos Ascylti manus:
& Quid dicis, inquam, muliebris patientiæ
scortum, cuius ne spiritus purus est? Inhor- 25
rescere se finxit Ascyltos; mox sublati for-
tius manibus, longè maiore nisu clama-
uit: Non taces, inquit, gladiator obscœne,
quem de ruina arena dimisit? Non taces
nocturne percussor, qui ne tum quidem, 30
quàm fortiter faceres, cum pura muliere pu-
gnasti? cuius eadem ratione in viridario
frater fui, qua nunc in diuersorio puer est?
Subduxisti te, inquam, à præceptoris col-
loquio. Quid ego, homo stultissime, facere 35
debui,

debui, quum fame morerer? an videlicet
audirem sententias quid est, vitrea fracta,
& somniorum interpretamenta? Multo
me turpior es tu hercule, qui, ut foris coe-
nares, Poëtam laudasti. Itaque ex turpissi-
ma lite in risum diffusi, pacatiùs ad reliqua
secessimus. * Rursus in memoriam reuo-
catus iniuriæ, Ascylte, inquam, intellego
nobis convenire nō posse. itaque commu-
nes sarcinulas partiamur, ac pauperratem
nostrā priuatis quæstibus temtemus expel-
lere. Et tu literas scis, & ego, ne quæstibus
tuis obste, aliquid aliud promittam, alio-
qui mille causæ nos quotidie collident,
& per totam urbem rumoribus differant.
Non recusauit Ascyltos, & Hodie, inquit,
quia tanquam scholastici ad cœnam pro-
misimus, non perdamus noctem. cras au-
tem quia hoc libet, & habitationem mihi
prospiciam, & aliquem fratrem. Tardum
est, inquam, differre quod placet. * Hanc
tam præcipitem diuisionem libido facie-
bat. Iamdudum enim cupiebam amoliri
custodem molestum, ut veterem cum Gny-
thone meo rationem diducerem. * Post-
quam lustravi oculis totam urbem, in cel-
lulam redij, osculisque tandem bona fide
exactis, alligo artificissimis complexibus pue-
rum, fruorque votis usque ad inuidiam
foelicibus. Nec adhuc quidem omnia erant
facta, quum Ascyltos furtim se foribus ad-
mouit, discussisque fortissimè claustris, in-
uenit me cum fratre ludentem. risu itaque
plausuque cellulam impleuit, opertum me
& amiculo euoluit. & Quid agebas, inquit,
frater

frater sanctissime? quid vesti contubernium facis? nec se solum intra verba continuit, sed lorum de pera soluit, & me cœpit non perfunctoriè verberare, adiectis etiam petulantibus dictis, Sic diuidere 5 cum fratre nolito. * * *

EN- Veniebamus in forum deficiente iam die,
COL- in quo notauimus frequentiam rerum ven-
PIVS. nalium, non quidem preciosarum, sed ta-
men quarum fidem malè ambulanti ob- 10
scuritas temporis facillime regeret. Quum
ergo & ipsi raptum latrocinio pallium de-
tulissemus, vti occasione opportunissima
cœpimus, atque in quodam angulo laci-
niam extremam concutere, si quem fortè 15
emptorem splendida vestis posset adduce-
re. Nec diu moratus rusticus quidam fa-
miliaris oculis meis cum muliercula co-
mite propius accessit, ac diligentius con-
siderare pallium cœpit. inuicem Ascyrtos 20
iniecit contemplationem super humeros
rustici emptoris, ac subito exanimatus
conticuit. ac ne ipse quidem sine aliquo
metu hominem conspexi. nam videbatur
ille mihi esse, qui tuniculam in solitudine 25
inuenerat. planè is ipse erat. Sed quum
Ascyrtos timeret fidem oculorum, ne quid
temerè facerè, prius tamquam emptor
propius accessit, detraxitque humeris la-
ciniam, & diligentius tenuit. O lusum, 30
fortunæ mirabilem! Nam adhuc nec futu-
ræ quidem attulerat rusticus curiosas ma-
nus, sed tamquam mendici spoliū etiam
fastidiosè venditabat. Ascyrtos postquam
depositum esse inuiolatum vidit, & per- 35
sonam

sonam vendentis contemptam, seduxit me paululum à turba:&, Scis, inquit, frater, rediisse ad nos thesaurum de quo querebar? Illa est tunicula, adhuc, vt apparet, intactis aureis plena. Quid igitur facimus? aut quo iure rem nostram vindicamus? Exhilaratus ego, non tantum quia prædam videbam, sed etiam quod fortuna me à turpissima suspitione dimiserat, negavi circuitu agendum, sed planè iure ciuili dimicandum, vt si nollet alienam rem domino reddere, ad interdictum veniret.

Quid faciant leges, vbi sola pecunia regnat.

Aut vbi paupertas vincere nulla potest?

15 *Ipsi qui Cynica traducunt tempora cœna,*

Nonnunquam numis vèdere verba solent.

Ergo iudicium nihil est nisi publica merces,

Atq; eques in causa qui sedet, empta probat.

Contrà Ascyltos leges timebat;& Quis, aiebat, hoc loco nos nouit? aut quis habebit dicentibus fidem? Mihi planè placet emere, quamuis nostrum sit, quod agnoscimus, & paruo ære recuperare potius thesaurum, quàm in ambiguam litem descendere. Sed præter vnum dispondium, sicilicetque, quibus lupinos destinaueramus mercari, nihil ad manum erat. Itaque ne interim præda discederet, vel minoris pallium addicere placuit, vt pretium maioris compendij leuiorem faceret iacturam. Quum primum ergo explicuimus mercem, mulier operto capite, quæ cum rustico steterat, inspectis diligentius signis, iniecit vtramque laciniam manum, magnâque vociferatione, latrones tenere clamauit. Contrà, nos perturbari, ne

C

videre

videremur nihil agere, & ipsi scissam & sordidam tenere cœpimus tunicam, atque eadem inuidia proclamare, nostra esse spolia quæ illi possiderent. Sed nullo genere par erat causâ nostra, & conciones, quæ ad clamorem confluxerant, nostram, scilicet de more, ridebant inuidiam, quod pro illa parte vindicabant pretiosissimam vestem pro hac pauciam ne centonibus quidem bonis dignam. Hinc Ascyltos bene risum discussit: 10
 qui silentio facto, Videremus, inquit, suam cuique rem esse carissimam, reddant nobis tunicam nostram, & pallium suum recipiant. Etsi rustico mulierique placebat permurtio, aduocati tamen iam pœnè nocturni qui 15
 volebant pallium lucri facere, flagitabant uti apud se vtraque deponerentur ac postero die iudex querelam inspiceret. Neq; enim res tantum, quæ viderentur in controuersiam esse, sed longè aliud quæri, in vtra parte 20
 scilicet latrocinij suspicio haberetur. Iam sequestri placebant, & nescio quis ex concionibus caluus tuberosissimæ frontis, qui solebat aliquando & ad causas agere, inuaserat pallium, exhibiturumque crastino die 25
 affirmabat. Cæterum apparebat nihil aliud quæri, nisi ut semel deposita vestis inter prædones strangularetur, & nos meto criminis non veniremus ad constitutum. Idem planè & nos volebamus. Itaque vtriusque partis 30
 votum casus adiunxit. Indignatus enim rusticus, quod nos centonem exhibendum postularem, misit in faciem Ascylti tunicam, & liberatos querela iussit pallium deponere, quod solum litem faciebat. Ergo re- 35
 cuperato,

cuperato, ut putabamus, thesauro, in diuerso-
rium præcipites abimus, præclulisque foribus
ridere acumen non minus conc onum, quam
calumniantium cœpimus, quod nobis in-
5 gēti calliditate pecuniam reddidissent.

Nolo, quod cupio, statim tenere,

Nec victoria mi placet parata.

* *

Sed ut primum beneficio Gnythonis præpa-
10 rata nos impleuimus, cœna, ostium satis au-
daci strepitu impulsu exsonuit. Cum & ipsi
ergo pallidi rogaremus, quis esset, Aperi, in-
quit iā scies. Dum loquimur, fera sua sponte
delapsa cecidit, reclusæque subito fores ad-
15 miserunt intratē. Mulier autem erat oper-
to capite, illa scilicet, quæ paulò antè cum
rustico steterat: & Me derisisse, inquit, vos
putabatis. ego sum ancilla Quartillæ, cuius
vos sacra ante cryptam turbastis ecce ipsa
20 venit ad stabulum, petitque ut vobiscum li-
ceat loqui. nolite perturbari. nec accusat er-
rorem veltrum, nec punit. immò potius mi-
ratur quis deus iuuenes tam urbanos in
suam regionem detulerit. Tacentibus ad-
25 huc nobis, & ad neutram partem assenta-
tionem flectentibus, intrauit ipsa vna comi-
tata virgine, sedensque super torum meum,
diu fleuit. ac ne tunc quidem nos vllum ad-
iecimus verbum, sed attroniti exspectauimus
30 lacrymas ad ostentationem doloris paratas.
Ut ergo tam ambitiosus detonuit imber, re-
texit superbum pallio caput & manibus in-
ter se usque ad articulorum strepitum con-
tritis, Quænam est, inquit, hæc auda-
35 cia: aut vbi fabulas, & antecessura latrocinia
didicistis?

C 2

didicistis?

52 PETRONII ARBITRI

didicistis? misereor medius fidius vestri: ne-
 que enim impunè quisquam, quod non li-
 cuit, aspexit. utique nostra regio tam præ-
 sentibus plena est numinibus, ut faciliùs pos-
 sis Deum quàm hominem inuenire. ac ne
 me putetis ultionis causa huc venisse, ætate
 magis vestra cômoueor, quàm iniuria mea.
 Imprudentes enim, ut adhuc puto, admisistis
 inexplabile scelus. Ipsa quidem illa nocte ve-
 xata, tam periculoso inhorui frigore, ut ter- 10
 tianæ etiam impetum timerem. & ideo me-
 dicinam somno petij, iussaque sum vos per-
 quirere, atq; impetum morbi monstrata sub-
 tilitate lenire. Sed de remedio non tam val-
 de laboro. maior enim in præcordiis dolor 15
 sæuit, qui me usq; ad necessitatem mortis de-
 ducit, ne scilicet iuuenili impulsu licentia,
 quod in sacello Priapi vidistis, vulgeris, deo-
 rumq; cõsilia proferatis in populum. Proten-
 do igitur ad genua vestra supinas manus, pe- 20
 tóq; & oro, ne nocturna religiones, iocum
 risumque faciatis, néve traducere velitis tot
 annorum secreta, quæ mystæ vix omnes no-
 uerunt. Secundùm hanc deprecationē lacry-
 mas rursus effudit, gemitibusque largis con- 25
 cussa tota facie ac pectore torum meū præ-
 fit. Ego eodem tempore & misericordia tur-
 batus & metu, bonum animum habere eam
 iussi, & de utroque esse securam. Nam neque
 sacra quemquam vulgaturum, & si quod præ- 30
 terea aliud remedium ad tertianam deus illi
 monstrasset, adiuuaturos nos diuinam pro-
 uidentiam vel periculo nostro. Hilarior post
 hanc pollicitationem facta mulier, basiauit
 me spissius, & ex lacrymis in risum mo- 35
 ta descen-

EN-
 COL-
 PIVS.

ta descēdentes ab aure capillos meos tenta-
 ta manu duxit : & , Facio , inquit , indu- QVAR
 cias vobiscum , & à constituta lite dimitto : TIL-
 Quòd si non adnuissetis de hac medicina LA.

5 quam peto , iam parata erat in crastinum
 turba , quæ & iniuriam meam vindicaret , &
 dignitatem.

Contemni, turpe est, legem donare, superbum.

Hoc amo, quòd possum qualibet ire via.

10 Nam sanè sapiens contemptus iurgia flectit?

Et, qui non iugulat, victor abire solet.

Compositis deinde manibus in tantum re- EN-
 pentè risum effusa est , vt timeremus. idem COL-
 ex altera parte & ancilla fecit , quæ prior ve- PIVS.

15 nerat. idem virguncula quæ vnà intrauerat.

Omnia mimico risu exsonuerant , quum in-
 terim nos quæ tam repentina esset mutatio
 animorum facta , ignoraremus , ac modò
 nosmetipsos , modò mulieres intueremur. *

20 Ideo vetui hodie in hoc diuersorio quem- QVAR.
 quam mortalium admitti , vt remedium TIL-
 tertianæ sine interpellatione à vobis acci- LA.

perem. Vt hæc dixit Quartilla , Ascyltos EN-
 quidem paulisper obstupuit : ego autem fri- COL-

25 gidior hyeme Gallica factus , nullum potui PIVS.

verbum emittere. Sed ne quid tristius ex-
 spectarem , comitatus faciebat. Tres enim
 erant mulierculæ , si quid vellent conari , in-
 firmiissimæ , scilicet contra nos , quibus si

30 nil aliud , virile sexus esset , quod auxiliare-
 tur. Et præcincti certè altiùs eramus : immò
 ego sic iam paria composueram , vt , si depu-
 gnandum foret , ipse cum Quartilla consi- EN-
 sterem , Ascyltos cum ancilla , Gnythoncum COL-

35 virgine. * Tunc verò excidit omnis PIVS.

constantia attonitis, & mors non dubia miserorum oculos cepit obducere. Rogo, inquam, domina, si quid tristius paras, celerius confice, neque enim tam magnum facinus admisimus, ut debeamus torti perire. *

Ancilla, quæ Psyche vocabatur, lodiculam in pavimento diligenter extendit. * Sollicitavit inguinea mea mille iam mortibus frigida. * Operuerat Alcyltos pallio caput, ammonitus scilicet, periculosum esse alienis interuenire secretis * duas institas ancilla protulit de suris: alterâque pedes nostros alligauit, altera manus. ** Alcyltos iam deficiente fabularum contextu, Quid ergo, inquit, non sum dignus qui bibam? Ancilla risu meo prodita complosit manus, &, apposui quidem, inquit, adolescens. solus tantum medicamentum ebibisti? Itane est, inquit Quartilla, quicquid satyrii fuit Encolpius ebibit? * non indecenti risu latera commouit. * Ac ne Gnythron quidem ultimum risum tenuit, utique postquam virguncula ceruicem eius inuasit, & non repugnantem puero innumerabilia oscula dedit. * Volebamus miseri exclamare, sed nec in auxilio erat quisquam, & hinc Psyche acu comatoria cupienti mihi inuocare. Quiritium fidem, malas pungebat; illinc puella penicillo, quod & ipsum satyrio tinxerat, Alcylton opprimebat. *

Ultimo cinædus superuenit myrtea subornatus gausapila, cinguloque succinctus, modo extortis nostris clunibus cecidit, modo basibus olidissimis inquinavit, donec Quartilla ballenatiam tenens virgam, altèque succincta, iussit

æta, iussit infœlicibus dari missionem. *

Vterque nostrum religiosissimis iuravit verbis, inter nos periturum esse tam horribile secretum. * *.

- 5 Intrauerunt palæstricæ quamplures, & nos lecitino perfusos oleo refecerunt. Vt cumque igitur lassitudine abiecta, cœnatoria repetimus, & in proximam cellam ducti sumus; in qua tres lecti strati erant, & reliquus lautiorum apparatus splendidissime expositus.
- 10 Iussi ergo discubuimus, & gustatione mirifica initiati, vino etiam falerno inundamur. excepti etiam pluribus ferculis quum laberemur in somnum, Ita ne est inquit Quartil-
- 15 la, etiam dormire vobis in mente est, cum sciatis Priapi genio peruigilium deberi? Quum Ascyrtos grauatius tot malis in somnum laberetur, illa, quæ iniuria depulsa fuerat, ancilla totam faciem eius fuligine longa perfricuit, & non sentientis labra humerosque sopitis titionibus pinxit. Iam ego etiam tot malis fatigatus minimum veluti gustum hauseram somni: idem & tota intra forisque familia fecerat: atque alij circa pedes discumbentium sparsi iacebant, alij parietibus appliciti quidam in ipso limine coniunctis marcebant caputibus: lucernæ quoque humore defectæ, tenue & extremum lumen spargebant, cum duo Syri expilaturi
- 30 lagenam, triclinium intrauerunt: dumque inter argentum quidiùs rixantur, diductam fregerunt lagenam. cecidit etia mensa cum argento, & ancillæ super torum marcentis excussum fortè altius poculum, caput fregit.
- 35 ad quem ictum exclamauit illa, pariterque &

C 4

fures

fures prodidit, & partem ebriorum excitauit. Syri illi qui venerant ad prædam, postquam se depræhensos intellexerunt, pariter secundum lectum conciderunt, vt putares hoc conuenisse, & stertere tamquam olim dormientes cœperunt. Iam & Tridiniarches experrectus, lucernis occidentibus oleum infuderat, & pueri deterfis paulisper oculis redierant ad ministerium, quum intrans cymbalistria & concrepans aëra, omnes excitauit. Refectum igitur est conuiuium, & rursus Quartilla ad bibendum reuocauit, adiuuit hilaritatem comissantis balistria. ** Intrat cinædus homo omnium insulsiſſimus, & planè illa domo dignus, qui vt infractis manibus congemuit, eiusmodi carmina effudit:

*Huc huc conuenite nunc spatolocinædi,
Pede tēdite, cursum addite, conuolate planta,
Femore facili, clune agili, & manu procaces,
Molles, veteres, Deliâci manu recisi.*

Consumptis versibus suis, immundissimo me basio conspuat: mox & super lectum venit, atque omni vi detexit recusanteis. Super inguina mea diu multumque frustra moluit. Perfluebant per frontem sudantis acaciæ riui, & inter rugas malarum tantum erat cretæ, vt putares detectum parietem nimbo laborare. Non tenui ego diutius lacrymas: sed ad vltimam perductus tristitiam, Quæso, inquam, domina certè Embasicœtam iusseras dari. Composuit illa tenerius manus. & O, inquit, hominem acutum, atque vrbانيتatis verniliæ fontem! Quid? tu non intellexeras cynædum Embasicœtam vocari?

cari? Deinde ne contubernali meo melius succederet, Per fidem, inquam, vestram Ascyltos in hoc triclinio solus ferias agit? Ita? inquit Quartilla, & Ascylto Embasicortas
5 detur. Ab hac voce equum cynædus mutauit, transitumque ad comitem meum facto, clunibus eum basibusque distriuit. Stabat inter hæc Gnythron, & risu dissoluebat ilia sua. Itaque conspicata eum Quartilla, cuius esset
10 puer diligentissima sciscitatione quaesuit. Quum ego fratrem meum esse dixissem, Quare ergo, inquit, me non basiauit? vocatumque ad se in osculum applicuit: mox manum etiam demisit in sinum, & pertracta-
15 to vasculo tam rudi, Hoc, inquit, bellè cras in promulsæ libidinis nostræ militabit: hodie enim post asellum, diaria nō sumo. Cum hoc diceret, ad aurem eius Psyche ridens accessit & cum dixisset nescio quid, Ita, ita, in-
20 quit Quartilla, bene admonuisti: cur non, quia bellissima occasio est, deuirginetur Pānychis nostra? Continuòque producta est puella satis bella, & quæ non plus quam septem annos habere videbatur, & ea ipsa quæ
25 primum cum Quartilla in cellam venerat nostram. Plaudentibus ergo vniuersis, & postulantibus, nuptias fecerunt. Obstupui ego, & nec Gnythron verecundissimum puerum sufficere huic petulantiæ affirmari, nec puel-
30 lam eius ætatis esse, ut muliebris patientiæ legem posset accipere. Ita? inquit Quartilla; minor est ista quam ego fui, cum primum virum passa sum? Iunonem meam iratam habeam, si umquam me meminerim virginem
35 fuisse. nam & infans cum paribus inquinata
C 5 sum,

58 PETRONII ARBITRI

sum, & subinde prodeuntibus annis, maioribus me pueris adplicui, donec ad hanc ætatem perueni. Hinc etiam puto prouerbum natum illud, ut dicatur, Posse taurum tollere quæ vitulum sustulerit. Ig tur ne maiorem & iniuriam in secreto frater acciperet, confurrexi ad officium nuptiale. Iam Psyche puellæ caput inuoluerat flammeo coloriam Embassicetas præferebat facem: iam ebriæ mulieres longum agmen plaudentes fecerant, thalamumque ingesta exornauerat veste. Tum Quartilla iocantium quoque libidine accensa, & ipsa surrexit, correptumque Gnythona in cubiculum traxit. Sine dubio non repugnauerat puer, ac ne puella quidem tristis expauerat nuptiarum nomen. Itaque, quum inclusi iacerent, consedimus ante limen thalami, & inprimis Quartilla per rimam improbe diductam applicuerat oculum curiosum, lusumque puerilem libidinosam speculabatur diligentia. Me quoque ad idem spectaculum lenta manu traxit: & quia considerantium hæserant vultus, quicquid à spectaculo vacabat, commouebat valgitèr labra, & me tamquam furtiuus subinde osculis

verberabat. *
Abiecti in lectis, sine metu reliquam exegimus noctem. * * *
Videmus senem caluum tunica vestitum rufesca, inter pueros capillatos ludentem pila. Nec tam pueri nos, quamquam erat operæpretium, ad spectaculum duxerant, quam ipse paterfamilias, qui soleatus pila sparsiva exercebatur; nec eam amplius repetebat quæ terram contigerat, sed follem plenum habebat.

habebat seruus, sufficebátque ludentiſſus.
 Notauimus etiam res nouas. Nam duo ſpa-
 dones in diuerſa parte circuli ſtabant, quo-
 rum alter matellam tenebat argenteam, al-
 5 ter numerabat pilas, non quidem eas, quæ
 inter manus luſu expellente vibrabant, ſed
 eas quæ in terram decidebant. Cùm has mi-
 raremur lautitias, Trimalchio lautiffimus
 homo digitos concrepuit: ad quod ſignum
 10 matellam ſpado ludenti ſuppoſuit. Exonera-
 ta ille veſica, aquam popoſcit ad manus, di-
 gitosque paululum aſperſos, in capite pueri
 terſit. Longum erat ſingula excipere. Itaque
 intrauimus balneum, & ſudore calefacti
 15 momento temporis ad frigidam eximus.
 Iam Trimalchio vnguento perſuſus terge-
 batur, nō linteis, ſed palliis ex molliffima la-
 na factis. Tres interim iatraliptæ in conſpe-
 ctu eius ſalernum bibebant. Hinc, inuolutus
 20 coccina gauſapa, lecticæ impoſitus eſt. præ-
 cedentibus ſaleratis curſoribus I I I I. & chi-
 ramaxio, in quo deliciæ eius ferebantur,
 puer vetulus lippus, domino Trimalchione
 deformior. Quum ergo afferretur, ad caput
 25 eius cum minimis ſymphoniacis tibiis ac-
 ceſſit, & tamquam in aurem aliquid ſecreto
 diceret toto itinere cantauit. Sequimur nos
 iam admiratione ſaturi, & cum Agamemno-
 ne ad ianuam peruenimus. In aditu ipſo ſta-
 30 bat oſtiarius praſinatus, ceraſino ſuccinctus
 cingulo, atque in lance argentea piſum pur-
 gabat. Super limen autem cauea pende-
 bat aurea, in qua pica varia intrantes ſalu-
 tabat. Cæterum ego dum omnia ſtu-
 35 peo, penè reſupinatus crura mea fregi. ad
 C 6 ſiniftram

60 PETRONII ARBITRI

sinistram enim intrantibus non longè ab
 ostiarij cella, canis ingens catena vinctus, in
 pariete erat pictus, superque quadrata litera
 scriptum, CAVE. CAVE. CANEM. Et col-
 legæ quidem mei riserunt. Ego autem colle- 5
 cto spiritu, non destitui totum parietem per-
 sequi. Erat autem venalitium titulis pictum,
 & ipse Trimalchio capillatus caduceum te-
 nebat, Mineruæque ducente tenia intrabat.
 Hinc quemadmodum ratiocinari didicisset, 10
 dein dispensator factus esset, omnia diligen-
 ter curiosus pictor cum inscriptione reddi-
 derat. In deficiente verò iam porticu leua-
 tum mento in tribunal excelsum Mercurius
 capiebat. Præstò erat Fortuna cornu abun- 15
 danti copiosa, & tres Parcæ aurea pensa tor-
 quentes. Notavi etiam in porticu gregem
 cursorum cum magistro se exercentem. Præ-
 terea grande armarium in angulo vidi, in cu-
 ius ædícula erant Lares argentei positi, Ve- 20
 nerisque signum marmoreum, & pixis aurea
 non pusilla, in qua barbam ipsius conditam
 esse dicebant. Interrogare ego atriensem cœ-
 pi, quas in media picturas haberent. Iliada,
 & Odysseam, inquit. Iam ad triclinium ve- 25
 neramus. in cuius parte prima procurator
 rationes accipiebat: & quod præcipuè mira-
 tus sum, in postibus triclinij fasces erant cum
 securibus fixi, quorum imam partem quasi
 embolum navis æneum finiebat, in quo erat 30
 scriptum, G. POMPEIO. TRIMAL-
 CHIONI. VI VIRO. AVGVSTALII.
 CINNAMVS. DISPENSATOR. Sub
 eodem titulo, etiam lucerna bilychnis de
 camera pendebat, & duæ tabulæ in utroque 35
 poste



poste defixæ; quarum altera, si bene memini,
hoc habebat inscriptum.

III. ET FRIDIE KAL. IAN.

G. NOSTER FORAS CENAT.

- 5 altera Lūnæ cursum stellarumque VII. ima-
gines pictas, & qui dies boni, quiq̃ue incom-
modi essent distinguente bulla notabantur.
Cæterum vt mouimus dextros gressus, ser-
uus nobis dispoliatus procubuit ante pedes,
10 & rogare cœpit vt se pœnæ eriperemus:
nec magnum esse peccatum suum, propter
quod periclitaretur. Subducta enim vesti-
menta sibi dispensatoris in balneo, quæ vix
fuisent X. H S. Retulimus ergo dextros
15 pedes, dispensatoremque in prætorio aureos
numerantem deprecati sumus seruo remit-
teret pœnam. Superbus ille sustulit vultum,
&, Non tam iactura me mouet, inquit, quàm
neglegentia nequissimi serui. Vestimenta ac-
20 cubitoria perdidit, quæ mihi natali meo do-
nauerat cliens quidam, Tyria, sine dubio, sed
iam semel lota. quidquid ergo est, dono vo-
bis. Obligati tam grandi beneficio cùm in-
trassetus tricliniū, occurrit nobis ille idem
25 seruus pro quo rogaueramus, & spississima
basia stupentibus impegit, gratias agens hu-
manitati nostræ. Ad summam, statim scietis,
ait, cui dederitis beneficium. Vinum domi-
nicum ministratoris gratia est. Tandem er-
30 go discubuimus, pueris Alexandrinis aquam
in manus niuatam infundentibus, aliisque
insequentibus ad pedes, ac paronychia cum
ingenti subtilitate tollentibus. Ac ne in hoc
quidem tam molesto tacebant officio, sed
35 obiter cantabant. Ego experiri volui, an tota
familia

familia cātare. Itaq; potionem poposci:pa-
 ratissimus puer, non minus me accido canti-
 co excepit: & quisquis aliquid rogatus erat
 vt daret. pantomimorum non patrisfamilie
 triclinium crederes. Allata est tum gustatio 5
 valde laudata. Nam iam omnes discubue-
 rant præter ipsum Trimalchionem, cui locus
 nouo more primus seruabatur. Cæterum in
 promulsidari asellus erat Corinthius cum
 bisaccio positus, qui habebat oliuas in altera 10
 parte albas, in altera nigras. Tegebant asel-
 lum duæ lances in quarum marginibus no-
 men Trimalchionis inscriptum erat, & ar-
 genti pondus. Fonticuli etiam ferruminati,
 sustinebant glires melle & papauere sparsos. 15
 fuerunt & tomacula supra craticulam fer-
 uentia argenteam posita: infra craticulam,
 Syriaca pruna cum granis punici mali. In
 his eramus lautitiis, quum ipse Trimalchio
 ad symphoniam allatus est, positusque in 20
 cervicalia minutissima expressit impruden-
 tibus risum. Pallio enim coccino adrasum
 incluserat caput: circæque oneratas veste cer-
 tices laticlauiam immiserat mappam, sim-
 briis hinc atque illinc pendentibus. habebat 25
 etiam in minimo digito sinistræ manus an-
 nulum grandem subauratum, extremo verò
 articulo digiti sequentis minorem, vt mihi
 videbatur, totum aureum, sed planè ferreis
 velut stellis ferruminatum. Et ne has tan- 30
 tum ostenderet diuitias, dextrum nudauit
 lacertum armilla aurea cultum, & eboreo
 circulo lamina splendente connerum. Vt
 deinde spina argentea dentes perfodit, Ami-
 ci, inquit, nondum mihi suaue erat in tricoli- 35
 nium.

nium venire, sed ne absētius essem, omnem voluptatem mihi negavi. Permittitis tamen finire lusum. Sequebatur puer cum tabula terebintina & crystallinis tesseris : notauique rem omnium delicatissimam. Pro calculis enim albis, aut nigris, aureos, argenteosque habebat denarios. Interim dum ille omniū* testorum inter lusum consumit, gustantibus adhuc nobis repositorium allatum est cum
10 corbe, in qua gallina erat lignea patentibus in orbem alis, quales esse solent quæ incumbunt oua. Accessēre continuo duo serui, & symphonia strepente serutari paleam cœperunt, erutæque subinde pauonina oua diuisēre conuiuis. Conuertit ad hanc cœnara vultum Trimalchio : & Amici, ait, pauonis oua gallinæ iussi supponi. Et mehercules timo ne iam concepta sint. temptemus tamen si adhuc forbilia sunt. Accipimus nos
20 cochlearia, non minùs sex libras pendentia, ouaque ex farina pingui figurata pertundimus. Ego quidem penè proieci partem meam : nam videbatur mihi iam in pullum coisse. Deinde ut audiui veterem conuiuiam,
25 Hic nescio quid boni debet esse, persecutus puramen manu, pinguis simam sicedulam inueni piperato vitellio piperatam. Iam Trimalchio eadem omnia lusu intermisso poposcerat, feceratque potestatem clara voc
30 ce. si quis nostrum iterum vellet, mulsum sumeret, quum subito signum symphonia datur, & gustatoria pariter à choro cantante rapiuntur. Caterùm inter tumultum, cum fortè parapsis excidisset, & puer iacētem sus
31 tulisset, animaduertit Trimalchio, colaphisque

64 PETRONII ARBITRI

phisque obiurgare puerum ac proicere rur-
sus parapsidem iussit. Insecutusque est su-
pellecticarius, argentumque inter reliqua
purgamenta scopis cepit verrere. Laudatus
propter elegantias dominus, Equum, inquit, 5
Mars amat: itaque iussit senex suam cuique
mensam assignari. * obit ei perditissimi
serui minorem nobis æstum sua frequentia
facient: Statim allatæ sunt amphoræ vitreæ
diligenter gipsatæ, quarum in ceruicibus pit- 10
tacia erant affixa, cum hoc titulo, F A L E R-
NVM. O P I M I A NVM. A N N O RVM. CEN-
TVM. Dum titulos perlegimus, complosit
Trimalchio manus, & Heu, inquit ergo diu-
tius viuit! verum esse vinum Opimianum 15
præsto; heri non tam bonum posui, & multo
honestiores cœnabant. Potantibus ergo, &
accuratissimas nobis lautitias mirantibus,
laruam argenteam attulit seruus sic aptam,
ut articuli eius, vertebræque locatæ in om- 20
nem partem flatterentur. Hanc quum super
mensam semel iterumque abiecisset, & cate-
natio mobilis aliquot figuras exprimeret,
Trimalchio adiecit;

Heu, heu nos miseros, quā tot⁹ hominūcio nil est! 25
Sic erimus cuncti, postquam nos auferet Orcus.

Ergo viuamus, dum licet esse bene.

Laudationem ferculum insecutum est, planè
non pro exspectatione magnum. Nouitas
tamen omnium conuertit oculos. Reposito- 30
rium enim rotundum, duodecim habebat
signa in orbe disposita, superque proprium
convenientemque materiæ structor impo-
suerat cibum: super arietem, cicer arietinum:
super taurum, bubale frustum: super gemi- 35
nos,

nos, testiculos, ac renes : super cancrum, coronam: super leonem, ficum Africanam : super virginem, stericulam : super libram, stateram, in cuius altera parte stribilita erat, in
 5 altera placenta : super scorpionum * super sagittarium, odopetam : super capricornum, locustam marinam : super aquariū, anserem: super pisces, duos mulos. In medio autem cespes cum herbis excisus fauum sustinebat.
 10 Circūferebat Ægyptius puer clibano argenteo panem, atque ipse etiam teterrima voce de laerpiciatio mimo canticum extorquet. Nos ut tristiores ad tam viles accessimus cibos, Suadeo, inquit Trimalchio, cœnemus;
 15 hoc est ius cœnæ. Hæc ut dixit, ad symphoniam IIII. tripudiantes procurrerunt, superiorēque partem repositoriij abstulerunt. quo facto videmus infra, scilicet in altero ferculo, altilia & sumina, leporēque in
 20 medio pinnis subornatum, ut Pegasus videretur. Notauimus etiam circa angulos repositoriij Marsyas IIII. ex quorum vtriculis garum piperatum currebat super pisces qui in Euripo natabant. Damus omnes plausum à
 25 familia cœptum, & res electissimas ridentes adgredimur. Non minùs & Trimalchio eiusmodi methodio lætus, Carpe, inquit. Processit statim scissor, & ad symphoniam ita gesticulatus lacerauit obsonium, ut putares Darium hydraule cantante pugnare.
 30 Ingerebat nihilominus Trimalchio lentissima voce, Carpe. Ego suspicatus ad aliquam urbanitatem totiens iteratam vocem pertinere, non erubui eum, qui supra me
 35 accumbebat, hoc ipsum interrogare. at ille, qui

66 PETRONII ARBITRI

qui sæpius eiusmodi ludos spectauerat, Vi-
des inquit, illum qui obsonium carpit? Car-
pus vocatur. itaque quoriescumque dicit,
Carpe, eodem verbo & vocat, & imperat.
Non potui amplius quicquam gustare. sed
conuersus ad eum vt plurima exciperem,
longè arcessere fabulas cæpi, sciscitarique
quæ esset illa mulier, quæ huc atque illuc
discurreret. Vxor, inquit, Trimalchionis,
Fortunata appellatur, quæ numos modio 10
meritur. Et modò quid fuit? Ignoscet mihi
Genius tuus, noluisse de manu eius panem
accipere. Nunc nec quid, nec quare, in cœ-
lum abiit, & Trimalchionis topanta est. ad
funnam, mero meridie si dixerit illi tene- 15
bras esse crederet. *

*Cœnam Trimalchionis, si potes ingredi, &
porcum sic grauidari posse miraberis, nisi for-
tè admirationem multiplex, ignota, & inau-
dita luxuria tollat.* * * * 20

Comprobamus factum, variòque sermone
garrimus, & poëtarum cœpit esse mentio,
diuque summa carminis penes Mopsum
Thracem memorata est: donec Trimalchio,
Rogo, inquit, Magister, quid putes inter 25
Ciceronem, & Publium interesse. Ego al-
terum puto disertorem fuisse, alterum ho-
nestiorē. Quid enim his melius dici potest?

Luxuria rictu Martis marcent mœnia,

Tuc palato clusus pauo pascitur,

Plumato amictus aureo Babylonico:

Gallina tibi Numidica, tibi Gallus spado:

Ciconia etiam grata, peregrina, hospita,

Pietaticultrix, gracilipes, crotalistris,

Anis exul hyemis, titulus tepidi temporis,

Nequitia

30

35

Nequitia nidum in cacabo fecit tuo.

Quo margarita chara tibi, bacca Indica?

An ut matrona onerata faleris pelagius

Tollat pedes indomita in strato extraneos?

5 Smaragdum ad quam rem viridem, pretiosum vitrum?

Quo Carchedonios optas ignes lapideos,

Nisi ut scintillent? probitas est carbunculos.

Aequum est induere nupta ventum textilem?

10 Palam prostare nudam nebula lineas?

* * *

Fabrum fuisse, qui vitrea vasa fecerit tene- TRI-
citatis tanta, ut non magis, quam aurea vel MAL-
argentea, frangerentur. Quum ergo phialam CHIO.

15 huiusmodi de vitro purissimo, & solo, ut putabat, dignam Casare fabricasset, cum munere suo, Casarem adiens admissus est. Laudata est species muneris, commendata manus artificis, acceptata deuotio donantis. Faber, ut

20 admirationem intuentium verteret in stuporem, & sibi plenius gratiam conciliaret Imperatoris, petitam de manu Caesaris phialam recepit, eamque validius proiecit in pavimentum tanto impetu, ut nec solidissima & con-

25 stantissima aris materia maneret illaesa. Caesar autem ad haec non magis stupuit, quam expauit. At ille de terra sustulit phialam, qua quidem non fracta erat, sed collisa, ac si aris substantia vitri speciem induisset. Deinde martiolum de sinu proferens, vitrum correxit aptis-

30 simè, & tamquam collisum vas aeneum crebris ictibus reparauit. Quo facto se calum Iouis tenere arbitratus est, eò quod familiaritatem Caesaris, & admirationem omnium se promeruisse credebatur. Sed secus accidit. Quae-

fuit

*fuit enim Cæsar, an alius sciret hanc condituram vitrorum? Quod quum negaret, eum decollari præcepit Imperator, dicens, quia si hoc artificium innotesceret, aurum & argentum vilescerent quasi lutum. * * **

EN- Neque fax vlla in præsidio erat, quæ iter
COL- aperiret errantibus, nec silentium noctis
PIVS. iam mediæ promittebat occurrentium lumen. Accedebat huc ebrietas & imprudentia locorum, etiam interdiu obscura. Itaque 10 cum hora pene tota per omnes scrupos gastrorûmque eminentium fragmenta traxissemus cruentos pedes, tandem expliciti acumine Gnythonis sumus. Prudens enim pridie, quum luce etiam clara timeret errorem, 15 omnes pilas columnâsque notauerat, certaque liniamenta euicerunt spississimam noctem, & notabili candore ostenderunt errantibus viam. Quamuis non minus sudoris habuimus etiam, postquam ad stabulum 20 peruenimus. Anus enim ipsa inter diuersitates diutius ingurgitata, ne ignem quidem admotum sensisset: & forsitan pernoctassemus in limine, ni tabellarius Trimalchionis interuenisset x. vehiculis diues. Non diu 25 ergo tumultuatus stabuli ianuam effregit, & nos per eandem fenestram admisit. * * *

Qualis nox fuit illa dij deaque,

Quàm mollis torus! hæsimus calentes,

Et transfudimus hinc & hinc labellis

Errantes animas. valete cura:

Mortalis ego sic perire cœpi,

Sine caussa gratulor mihi. Nam quum solutus mero amissem ebrias manus, Ascyltos 35 omnis iniuriæ inuentor subduxit mihi no-

cæte

- Et puerum, & in lectum transtulit suum,
 volutatusque liberiùs cum fratre non suo;
 siue non sentiente iniuriam, siue dissimulan-
 te, indormiuit alienis amplexibus oblitus
 5 iuris humani. Itaque ego vt experrectus
 pertrectaui gaudio dispoliatum torum, si
 qua est amantibus fides, ego dubitauì an
 vtrumque traiicerem gladio, somnùmque
 morti iungerem. Tutius demum secutus cõ-
 10 filium, Gnythona quidem verberibus exci-
 tauì: Ascylton autem truci intuens vultu;
 Quoniam, inquam, fidem scelere violasti, &
 communem amicitiam, res tuas ocyùs tol-
 le, & alium locum quem polluas, quære.
 15 Non repugnauit ille, sed postquam optima
 fide partiti manubias sumus: Age, inquit,
 nunc & puerum diuidamus. Iocari putabam
 discedentem, at ille gladium parricidali ma-
 nu strinxit, &, Non frueris, inquit, hac
 20 praeda, super quam solus incumbis. Partem
 meam necesse est vel hoc gladio contentus
 abscondam. Idem ego ex altera parte feci,
 & intorto circa brachium pallio composui
 ad præliandum gradum. Inter hanc misero-
 25 rum dementiam infœlicissimus puer tange-
 bat vtriusque genua cum fletu, petebátque
 suppliciter, ne Thebanum par humilis ta-
 berna spectaret, neve sanguine mutuo pol-
 lueremus familiaritatis clarissimæ sacra.
 30 Quòd si vtrique, proclamabat, facinore opus
 est, nudo ecce iugulum, conuertite huc ma-
 nus, imprimite mucrones: ego mori debeo,
 qui amicitia sacramentum deleui. Inhibui-
 mus ferrum post has preces: & prior Ascyl-
 35 tos, Ego, inquit, finem discordia imponam.
 Puer

Puer ipse quem vult, sequatur, ut sit illi saltem in eligendo fratre salva libertas. Ego vetustissimam consuetudinem putabam in sanguinis pignus transisse, nihil timui, immo conditionem præcipiti festinatione rapui, commisiq̃ iudici litem: qui ne deliberauit quidem, ut videretur cunctatus, verum statim ab extrema parte verbi confurrexit, fratrem Ascyllon elegit. Fulminatus hac pronunciatione, sicut eram sine gladio, in lectulum decidi, & attulisssem mihi damnatas manus, si non inimici victoriæ inuidissem. Egreditur superbus cum præmio Ascylltos, & paulò antè castissimum sibi commilitonem, fortunæq̃ etiam similitudine parem in loco peregriuo destituit abiectum.

Nomen amicitia, si quatenus expedit, hæret,

Calculus in tabula mobile ducit opus.

Quum fortuna manet, vultū seruatis amici,

Quum cecidit, turpi vertitis ora fuga. 20

Grex agit in scena mimū, pater ille vocatur,

Filius hic, nomen diuitis ille tenet:

Mox ubi ridendus inclusit pagina partes,

Vera redit facies, dissimulata perit.

Nec diu tamen lacrymis indulsī, sed veritus ne Menelaus etiam antescholanus inter cætera mala solum me in diuersorio inueniret, collegi sarcinulas, locumq̃ secretam & proximum littori mœstus conduxī. Ibi triduo inclusus redeunte in animum solitudine atque contemptu, verberabam ægrum planctibus pectus, & inter tot altissimos gemitus frequenter etiam proclamabam: Ergo me non ruina terra potuit haurire? non iratum etiam innocentibus mare? Aufugi iudicium,

iudicium, harenæ imposui, hospitem occi-
 di, ut inter audaciæ nomina mendicus, ex-
 sul, in diuersorio Græcæ vrbis iacerem de-
 sertus? Et quis hanc mihi solitudinem im-
 5 posuit? Adulescens omni libidine impurus,
 & sua quoque confessione dignus exilio:
 stupro liber, stupro ingenuus, cuius anni ad
 telleram venierunt, quem tamquam puellam
 conduxit etiam qui virum putauit. Quid il-
 10 le alter, ô dii! qui tamquam togæ virilis
 stolam sumpsit, qui ne vir esset à matre per-
 suasus est; qui opus muliebri in ergastulo
 fecit, qui postquam conturbauit, & libidinis
 suæ solum vertit, reliquit veteris amicitiae
 15 nomen, & pro pudor! tamquam mulier se-
 cutuleia, vnius noctis pactu omnia vendi-
 dit? Iacent nunc amatores obligati noctibus
 totis, & forsitan mutuis libidinibus attriti
 derident solitudinem meam. sed non impu-
 20 nè. nam aut vir ego liberque non sum aut
 noxio sanguine parentabo iniuriæ meæ. Hæc
 locutus gladio latus cingo, &, ne infirmi-
 tas militiam perderet, largioribus cibis ex-
 cito vires; mox in publicum profilio, furen-
 25 tisque more omnes, circumeo porticus. Sed
 cum attonito vultu efferatoque nil aliud
 quam cædem & sanguinem cogito, frequen-
 tiusque manum ad capulum, quem deuoue-
 ram, refero, notauit me miles siue ille pla-
 30 nus fuit, siue nocturnus grassator: &, Quid
 tu, inquit, commilito, ex qua legione es,
 aut cuius centuriæ? Cum constantissime &
 centurionem, & legionem essem euentus:
 Age ergo, inquit ille, in exercitu vestro phe-
 35 casati milites ambulant? Cum deinde vultu
 atque

72 PETRONII ARBITRI

atque ipsa trepidatione mendacium prodidisse, ponere iussit arma, & malo cauere. Despoliatus ergo immò præcisa vitione, retro ad diuersorium tendo, paulatimque temeritate lassata corpori grassatoris audaciæ gratias agere. *

Non bibit inter aquas poma, aut pendentia carpit

Tantalus infelix quem sua vota premunt.

Diuitis hac magni facies erit, omnia cernens 10

Qui timet, & sicco concoquit ore famem.

* *

Nequaquam rectè faciet, qui citò credit. *

Nemo cælum putat, nemo iusiurandum seruat, nemo Iouem pluris facit: sed omnes opertis oculis bona sua computant. *

Quod hodie non est, cras erit: sic vita traditur. *

Quod non expectas, ex transuerso fit, & super nos Fortuna negotium curat. *

20

Apes ideo pungunt, quia ubicumque dulce est, ibi & acidum inuenies. * *

Semper hac in re qui vincitur, vincit. *

Nemo nostrum non peccat; homines sumus, non dij. *

25

Non multum oportet consilio credere, quia suam habet fortuna rationem. * * *

In pinacothecam perueni vario genere tabularum mirabilem. nam & Zeuxidos manus vidi nondum vetustatis iniuria victas, & Protogenis rudimenta cum ipsius naturæ veritate certantia, non sine quodam horrore tractaui. Iam verò Apellis, quam Græci monocromon appellât, etiam adoraui. Tanta enim subtilitate extremitates imaginum 35
erant

erant ad similitudinem præcisæ, vt crederes
etiam animorum esse picturam. Hinc aqui-
la ferebat cælo sublimis deum. Illinc can-
didus Hylas repellebat improbam Naiada.
5 Damna- bat Apollo noxias manus, lyramque
resolutam modo nato flore honorabat. In-
ter quos etiam pictorum amantium vul-
tus, tamquam in solitudine exclamaui, Er-
go amor etiam deos tangit? Iuppiter in cæ-
10 lo suo non inuenit quod eligeret, & pecca-
turus in terris, nemini tamen iniuriam fe-
cit. Hylam Nympha prædata, imperasset a-
mori suo, si venturum ad interdictum Her-
culem credidisset. Apollo pueri umbram
15 reuocauit in florem, & omnes fabulæ quo-
que habuerunt sine æmulo complexus. At
ego in societatem recepi hospitem Lycur-
go crudeliorem. Ecce autem, ego dum cum
ventis litigo, intrauit pinacothecam senex
20 canus, exercitati vultus, & qui videretur
nescio quid magnum promittere, sed cultu
non proinde speciosus, vt faciliè appareret
eum ex hac nota literatorum esse, quos o-
disse diuites solent. Is ergo ad latus consti-
25 tit meum, & Ego, inquit, Poëta sum. & vt
spero, non humillimi spiritus, si modò co-
ronis aliquid credendum est, quas etiam ad
imperitos deferre gratia solet. Quare ergo,
inquis, tam malè vestitus es? Propter hoc
30 ipsum amor ingenij neminem umquam di-
uitem fecit.

*Qui pelago credit, magno se fenore tollit,
Qui pugnas & castra petit, praeingitur auro.
Vilis adulator picto iacet ebrius ostro,*

35 *Et qui sollicitat nuptas, ad premia peccat:*

D

Sola

74 PETRONII ARBITRI

*Sola ruinosus horret facundia pannis;
Atque inopi lingua desertas innocat artes.*

Nō dubio ita est, si quis vitiū omnium inimicus, rectum iter vitæ cœpit institere, primum propter morum differentiam odiū habet (quis enim potest probare diuersa?) deinde, qui solas exstruere diuitias curant, nihil volunt inter homines melius credi, quàm quod ipsi tenent. Iactantur itaque, quacumque ratione possunt, literarum amatores, ut videantur illi quoque infra pecuniam positi. * Nescio quo modo bonæ mentis soror est paupertas. *

EN- Vellem tam innocēs esset frugalitatis meæ
COL- hostis, ut deliniri posset. Nunc veteranus est
PIVS. latro, & ipsis lenonibus doctior. *

EV- In Asiam quum à Quæstore essem sti-
MOL- pendio eductus, hospitium Pergami acce-
PIVS. pi: ubi cum libenter habitarem, non solum propter cultum edicularum, sed etiam propter hospitis formosissimum filium, exco-
gitavi rationem, qua non essem patrifamilia suspectus amator. Quotiescumq; enim in conuiuio de usu formosorum mentio facta est, tam vehementer excandui, tam seuera tristitia violari aures meas obsceno sermone dolui, ut me mater præcipuè, tamquam vnum ex Philosophis, intueretur. Iam ergo cœperam ephebum in gymnasium deducere: ego studia eius ordinare, ego docere, ac præcipere, ne quis prædator corporis admitteretur in domum. * Fortè cum in triclinio iaceremus, quia dies solemnis ludum artauerat, pigritiamque recedendi imposuerat hilaritas longior,

- gior, ferè circa mediam noctem intellexi
 puerum vigilare. Itaque timidissimo mur-
 mure votum feci ; & , Domina , inquam,
 Venus , si ego hunc puerum basiauerò , ita
 5 vt ille non sentiat , cras illi par columba-
 rum donabo. Audito voluptatis precio,
 puer stertere cœpit. Itaque adgressus simu-
 lantem aliquot basiolis inuali. Contentus
 hoc principio, bene manè surrexi, electum-
 10 que par columbarum attuli expectanti , ac
 me voto exsolui. Proxima nocte , cum
 idem liceret , mutavi optionem : & , Si
 hunc , inquam , tractauerò improba ma-
 nu , & ille non senserit, gallos gallinaceos
 15 pugnacissimos duos donabo patienti. Ad
 hoc votum ephebus vltro se admouit , & ,
 puto , vereri cœpit ne ego obdormissem.
 Indulsi ergo sollicito , totòque corpore ci-
 tra summam voluptatem me ingurgitavi.
 20 Deinde vt dies venit, attuli gaudenti quic-
 quid promiseram. Vt tertia nox licentiam
 dedit, consurrexi ad aurem malè dormien-
 tis : Dij , inquam, immortales , si ego huic
 dormienti abstulero coitum plenum &
 25 optabilem , pro hac felicitate cras puero
 asturconem Macedonicum optimum do-
 nabo , cum hac tamen exceptione , si ille
 non senserit. Numquam altiore somno
 ephebus obdormiuit. Itaque primum im-
 30 pleui lactètibis papillis manus, mox basio
 inhæsi, deinde in vnum omnia vota cōiun-
 xi. Manè sedere in cubiculo cœpit, atq; ex-
 spectare consuetudinem meam. Scis quantò
 35 emere , quàm asturconem : & præter hoc

etiam timebam ne tam grande munus sus-
 spectam faceret humanitatem meam. Ergo
 aliquot horis spatatus, in hospitium re-
 uerti, nihilque aliud quam puerum basiaui.
 At ille circumspiciens, ut cervicem meam
 iunxit amplexui, Rogo, inquit, domine, ubi
 est asturco? * Cum ob hanc offensam præ-
 clusissem mihi aditum quem feceram, ite-
 rum ad licentiam redij. Interpositis enim
 paucis diebus, cum similis nos casus in ean- 10
 dem fortunam retulisset, ut intellexi sterte-
 re patrem, rogare cœpi ephebum, ut reuer-
 teretur in gratiam mecum, id est, ut patere-
 tur satisfieri sibi, & cætera quæ libido di-
 stenta dictat. At ille planè iratus, nihil aliud 15
 dicebat, nisi hoc, Aut dormi, aut ego iam
 dicam patri. Nihil est tam arduum, quod
 non improbitas extorqueat. Dum dicit, Pa-
 trem excitabo, irrepsi tamen, & malè repu-
 gnanti gaudium extorsi. At ille non indele- 20
 ctatus nequitia mea, postquam diu questus
 est deceptum se & derisum, traductumque
 inter condiscipulos, quibus iactasset cen-
 sum meum, Videris tamen, inquit, non ero
 tui similis. Si quid vis, fac iterum. Ego verò, 25
 deposita omni offensa, cum puero in gra-
 tiam redij, vsusque beneficio eius in som-
 num delapsus sum. Sed non fuit contentus
 iteratione ephebus plenæ maturitatis, &
 annis ad patiendum gestientibus. Itaque 30
 excitauit me sopitum; Et, Nunquid vis? in-
 quit. Et non planè iam molestum erat mu-
 nus. Vt cumque igitur inter anhelitus sudo-
 resque tritus, quod voluerat, accepit. rur-
 susque in somnum decidi gaudio lassus. 35

Inter

Interposita minùs hora, pungere me manu
 cœpit, & dicere, *Quare* non facimus? Tum
 ego totiens excitatus, planè vehementer
 excandui, & reddidi illi voces suas: Aut dor-
 5 mi, aut ego iam patri dicam. * Erectus his
 sermonibus, consulere prudentiorem cœpi
 ætates tabularum, & quædam argumenta
 mihi obscura, simulque causam desidiae
 præsentis excutere, quæ pulcherrimæ artes
 10 periissent, inter quas pictura ne minimum
 quidem sui vestigium reliquisset. Tum ille,
 Pecuniæ, inquit, cupiditas hæc tropica in-
 stituit. priscis enim temporibus, quum ad-
 15 huc nuda virtus placeret, vigeant artes in-
 genuæ, summumque certamen inter homi-
 nes erat, ne quid profuturum sæculis diu
 lateret. Itaque hercules omnium herbarum
 succos Democritus expressit: & ne lapidum
 virgultorumque vis lateret, ætatem inter
 20 experimenta consumpsit. Eudoxus quidem
 in cacumine excelsissimi montis consenuit,
 ut astrorum cælique motus deprehenderet:
 & Chrysippus, ut ad inuentionem suffice-
 ret, ter helleboro animum deterfit. Verum,
 25 ut ad plastas conuertar, Lysippum statuæ
 vnius lineamenti inhærentem inopia ex-
 stinxit: & Myron, qui penè hominum ani-
 mas, ferarumque aëre comprehenderat, non
 inuenit heredem. At nos vino scortisque
 30 demersi, ne paratas quidem artes aude-
 mus cognoscere, sed accusatores antiquita-
 tis, vitia tantum docemus, & discimus. Vbi
 est dialectica? vbi astronomia? vbi sapien-
 tiæ consultissima via? quis umquam ve-
 35 nit in templum, & votum fecit, si ad elo-
 D 3 quen

EN-
COL-
PIVS.EV-
MOL-
PVS.

78 PETRONII ARBITRY

quentiam peruenisset? quis, si philosophiæ
fontem inuenisset? ac ne bonam quidem
mentem, aut bonam valitudinem petunt:
sed statim, antequam limen Capitolij tan-
gant, alius donum promittit, si propin- 5
quum diuitem extulerit: alius, si thesau-
rum effoderit: alius, si ad trecenties H. S.
saluus peruenerit. Ipse Senatus, recti boni-
que præceptor, mille pondo auri Capito-
lio promittere solet:& ne quis dubiter pe- 10
cuniam concupiscere, Iouem quoque pe-
culiò exorat. Nolito ergo mirari, si pictu-
ra defecit, quum omnibus diis hominibús-
que formosior videatur massa auri, quam
quicquid Apelles Phidiásve, Græculi deli- 15
rantes, fecerunt. Sed video totum te in illa
hærere tabula, quæ Troiæ halosin osten-
dit: itaque conabor opus versibus pan-
dere.

C A-
T A-
CAVS-
MOSI-
LIA-
COS.

Iam decuma mœstos inter ancipites motus 20
Phrygas obsidebat messis, & vatis fides
Calchantis atro dubia pendebat metu:
Quum, Delio profante, casti vertices
Ida trahuntur, scissaq; in molem cadunt
Robora, minacem qua figurarent equum, 25
Aperitur ingens clostrum, & obducti specus,
Qui castra caperent. Huc decenni prælio
Irata virtus abditur. stipant graues
Equi recessus Danaï, & in voto latent.
O patria! pulsas mille credidimus rates, 30
Solūmq; bello liberum: hoc titulus fero
Incisus, hoc ad fata compositus Sinon
Firmabat, & mœdacium in damnum potens.
Iam turba portis libera, ac bello carens
In vota properant: fletibus manant gena. 35
Mentisq;

- Mentisq; pauida gaudium lacrymas habet,
 Quas metus abiegit. iámq; Neptuno sacer
 Crinem solutus omne Laocoon replet
 Clamore vulgus, mox reducta cuspide
 5 Vterum notauit: fata sed tardant manus,
 Ictusq; resilit, & dolis addit fidem.
 Iterum tamen confirmat inualidã manum,
 Altãq; bipenni latera pertemtat, fremit
 Captiua pubes intus, & dum murmurat,
 10 Roborea moles spirat alieno metu.
 Ibat iuuentus capta, dum Troiam capit,
 Bellũmq; totum fraude ducebat noua.
 Ecce alia mōstra, celsa qua Tenedos mare
 Dorso repellit, tumida consurgunt freta,
 15 Vndaq; resultat scissa, tranquillo minor.
 Qualis silenti nocte remorum sonus
 Longè refertur, quum premunt classes mare,
 Pulsũmq; marmor abiete imposita gemit.
 Respicimus, angues orbibus geminis ferunt
 20 Ad saxa fluctus: tumida quorum pectora,
 Rates ut alta, lateribus spumas agunt:
 Dant cauda sonitum: libera ponto iuba
 Consentiunt luminibus, fulminuem iubar
 Incendit aquor, sibilisq; vnda tremunt,
 25 Stupuerunt mentes, infulis stabant sacri
 Phrygioq; cultu gemina nati pignora
 Lauconte, quos repenti tergoribus ligant
 Angues corusci, paruulas illi manus
 Ad ora referunt: neuter auxilio sibi,
 30 Vterq; fratri transtulit pias vices,
 Morsq; ipsa miseros mutuo perdit metu.
 Accumulat ecce liberũ funus parens,
 Infirmus auxiliator, inuadunt virum
 Iam morte pasti, mēbrãq; ad terram trahũt.
 35 Iacet sacerdos inter aras victima,

*Terramq; plangit. Sic profanatis sacris
Peritura Troia perdidit primum deos:*

*Iam plena Phœbe cœdidiū extulerat inbar,
Minora ducons astra radianti face,*

*Quū inter sepultos Priamidæ nocte & mero 5
Danaï relaxant clostra & effundunt viros.*

Temtant in armis se duces, ceu uti solet

Duro remissus Thessali quadrupes iugo

Cervicē, & altis quater ad excursū iubas.

Gladios retractant, commouent orbes manu, 10

Bellūmq; sumunt. hic graues alius mero

Obtruncat, & continuat in mortem ultimam

Somnos, ab aris glis accendit faces,

Contrāq; Troas inuocat Troiæ sacra,

IN- Ex his qui in porticibus spatiabantur, la- 15

COL- pides in Eumolpum recitantem miserunt.

PIVS. At ille, qui plausum ingenij sui nouerat, o-

peruit caput, extraque templum profugit.

Timui ego ne me Poëtam vocarent. Itaque

subsecutus fugientem ad litus perueni: & ut 20

primum extra teli coniectum licuit consi-

stere, Rogo, inquam, quid tibi vis cum

istō morbo? Minus quàm duabus horis

mecum moraris, & sæpius Poëticè quàm

humanè locutus es. Itaque non miror, si te 25

populus lapidibus prosequitur. Ego quoque

sinum meum saxis onerabo, ut quotiescum-

que coeperis à te exire, sanguinem tibi à

capite mittam. Mouit ille vultum, & O mi,

inquit, adulescens, non hodie primum au- 30

spicatus sum: immò quotiens theatrum, ut

recitem aliquid, intraui, hac me aduentitia

excipere frequentia solet. Cæterum, ne &

tecum quoque habeam rixandum toto die,

me ab hoc cibo abstinebo. Immò, inquam 35

ego,

ego, si ejuras hodiernam bilem, vnà cenabimus.* mando ædicularum custodi cœnulae officium. **

- Video Gnythona cùm lintheis & strigilibus
 5 parieti applicitum, tristem confusumque.
 scires non libenter seruire. Itaque, vt experimentum oculorum caperem, conuertit ille solutum gaudio vultum, & Miserere, inquit, frater: vbi arma nō sunt, liberè loquor.
- 10 Eripe me latroni cruento, & qualibet sæuitia pœnitentiam iudicis tui puni. Satis magnum erit misero solatium tua voluntate cecidisse. Supprimere ego querelam iubeo, ne quis consilia deprehenderet: relictoque
- 15 Eumolpo (nam in balneo carmen recitabat) per tenebrosū & sordidū egressum extraho Gnythona, raptimque in hospitium meum peruolo. Præclusis deinde foribus, inuado pectus amplexibus, & perfusum os lacrymis vultu meo contero. Diu vocem neuter inuenit. nam puer etiam singultibus crebris amabile pectus quassauerat. O facinus, inquam, indignum, quod amo te quamuis relictus; & in hoc pectore,
- 25 quum vulnus ingens fuerit, cicatrix non est. Quid dicis peregrini amoris concessio? Dignus hac iniuria fui? Postquam se amari sensit, supercilium altius sustulit *, nec amoris arbitrium ad alium iudicem tuli;
- 30 sed nihil iam quero, nihil iam memini, si bona fide pœnitentiam emendas. Hæc quum inter gemitus lacrymasque fudissem, deterfit ille pallio vultum, &, Quæso, inquit, Encolpi, fidem memoriæ tuæ appello.
- 35 Ego te reliqui, an tu prodidisti? Equidem

dem fateor, & præ me fero, quum duos armatos viderem, ad fortio rem cõfugi. Exoculatus pectus sapientia plenum, inieci cervicibus manus: & vt facilè intellexeret reddisse me in gratiam, & optima fide reuiscenscentem amicitiam, toto pectore adstrinxi. Et iam plena nox erat, mulierque cœnæ mandata curauerat, quum Eumolpus hostium pulsat. Interrogo ego, Quot estis? obiterque per rimam foris speculari diligenti- 10
 ssimè cœpi, num Ascylos vnà venisset. Demum, vt solum hospitem vidi, momento recepi. Ille vt se in grabatum reiecit, viditque Gnythona in conspectu ministrantem, mouit caput, & Laudo, inquit, Gai- 15
 nymedem: oportet hodie bene sit. Non delectauit me tam curiosum principium, timusque ne in contubernium recepissem Ascyli parem. Instat Eumolpus, & quum puer illi portionem dedisset; Malo te, inquit, quàm balneum totum: stecatorque auidè poculo, negat sibi vmquam acidius fuisse: Nam & dum lauor, ait, penè vapulaui, quia conatus sum circa solium sedentibus carmen recitare: & postquam de balneo 25
 tamquam de theatro ciectus sum, circuire omnes angulos cœpi, & clara voce Encolpion clamitare. Ex altera parte iuuenis nudus, qui vestimenta perdiderat, non minore clamoris, indignatione Gnythona flagi- 30
 tabat. Et me quidem pueri, tamquam insanum, imitatione petulantissima deriserunt: illum autem frequentia ingens circūuenit cum plausu & admiratione timidissima. habebat enim inguinum pondus tam grande, 35
 vt ipsum

ut ipsum hominem laciniam fascini crederes. O iuuenem laboriosum! puto illum pridie incipere, postero die finire. Itaque statim inuenit auxilium. nescio quis enim
 5 eques Romanus, ut aiebant, infamis, sua veste errantem circumdedit, ac domum abduxit: credo, ut tam magna fortuna solus vteretur. Ac ego ne mea quidem vestimenta ab officioso recepissem, nisi notorem de-
 10 dissem, tantò magis impedit inguina quàm ingenia fricare. Hæc Eumolpo dicente, mutabam ego frequèntissimè vultum: iniuriis scilicet inimici nostri hilaris, còmodis tristis. Vcumq; tamen, tanquam non agnoscerem
 15 fabulà, tacui, & cœnæ ordinè explicui. ***
 Vile est quod licet, & animus errore lentus
 iniurias diligit.

E V-
 M O L.
 P V S.

*Ales Phasiacis petita Colchis,
 Atque Asra volucres placent palato,
 20 Quod non sunt faciles: at albus anser
 Et pictis anas enouata pennis,
 Plebeium sapit. ultimis ab oris.
 Attractus Scarus, atque arata Syrtis
 Siquid naufragio dedit, probatur.
 25 Mulus iam grauis est: amica vincit
 Vxorem: rosa cinnamum veretur.
 Quicquid quaritur, optimum videtur.*

Hoc est, inquam, quod promiseras, ne quem
 hodie versum faceres. Per fidem, saltem no-
 30 bis parce, qui te nūquam lapidauimus. Nam
 si aliquis ex his, qui in eodem synœcio po-
 tant, nomen Poëtæ olfecerit, totam cōcita-
 bit viciniam, & nos omnes sub eadem caus-
 sa obruet. Miserere, & aut pinacothec-
 35 cam, aut balneum cogita. Sic me loquen-

D 6. tem

tem obiurgavit Gnython mitissimus puer,
& negavit rectè facere, quòd seniori conui-
tiarè: simulque oblitus officij, mensam,
quam humanitate posuissè, contumelia
tollerem, multàque alia moderationis, ve-
secundiaèque verba, quæ formam eius egre-

Eu- giè decebant. * O felicem, inquit, matrem
mol- tuam, quæ te talem peperit! Macte virtute
pus ad esto. Raram facit milturam cum sapientia
Gny- forma Itaque, ne putes te tot verba perdi- 10
tho- disse, amatorem inuenisti. Ego laudes tuas
æmo carminibus implebo. Ego pædagogus & cus-
tos etiam quò non iusseris, sequar: nec ini-
uriam Encolpius accipit. alium amat: Pro-
fuit etiam Eumolpo miles ille, qui mihi 15
abstulit gladium, alioquin quem animum
aduersus Alcylton sumpseram, cum in Eu-
molpi sanguinem exercuissem. Nec sefellit
hoc Gnythona. Itaque extra cellam proces-
sit, tâquam aquam peteret, irâmque meam 20
prudenti absentia exstinxit. Paululum ergo
intepescente sçuitia, Eumolpe, inquam,
iam malo vel carminibus loquaris, quàm
eiusmodi tibi vota proponas. & ego iracun-
dus sum, & tu libidinosus. vide quàm non 25
conueniat his moribus. Puta igitur me fu-
riosum esse: cede insanis, id est, ocyus foras
exi. Confusus hac denunciatione Eumol-
pus, non quæsiuit iracundiæ causam, sed
continuo limen egressus, obduxit repente 30
ostium cellæ, mèque nihil tale expectan-
tem inclusit, exemitque raptim clauem, &
ad Gnythona inuestigandum eucurrit. In-
clusus ergo suspensio vitam finire consti-
tuit: & iam semicinctio stanti ad parietem 35
spondam

spondam iunxeram, ceruicēsq; nodo con-
debam; quum referatis foribus intrat Eu-
molpus cum Gnythone, meque à fatali
iam meta reuocauit ad lucem Gnython
5 præcipuè ex dolore in rabiem efferatus,
tollit clamorem, me vtraque manu im-
pulsus præcipitat super lectum. Erras, in-
quit, Encolpi, si putas contingere posse vt
antè moriaris. Prior cœpi, in Ascyli hospi-
10 tio gladium quæsiui. Ego, si te non inue-
nissem, periturus præcipitia fui: & vt scias
non longe esse quærentibus mortem, spe-
cta inuicem quod me spectare voluisti. Hæc
locutus, mercenario Eumolpi nouaculam
15 rapit, & semel iterumque ceruice percussa,
ante pedes cotlabitur nostros. Exclamo ego
attonitus, secutusque labentem, eodem
ferramento ad mortem viam quæro. Sed
neque Gnython vlla erat suspitione vulne-
20 ris læsus, neque ego vllum sentiebam do-
lorem. Rudis enim nouacula, & in hoc re-
tusa, vt pueris discentibus audaciam tonsu-
ris daret, intruxerat thecam. Ideoque nec
mercenarius ad raptum ferramentum ex-
25 pauerat, nec Eumolpus interpellauerat
mortem mimicam. Dum hæc fabula inter
amantes luditur, diuersitor cum parte co-
nulae interuenit, contemplatusque sordissi-
mam iacentium volutationem. Rogo, in-
30 quit, ebrij estis, an fugitiui, an vtrumque?
quis autem grabatum illum erexit? aut quid
sibi vult tam furtiua molitio? Vos meher-
cules, ne mercedem cellæ daretis, fugere
nocte in publicum voluistis; sed non im-
35 punè. iam enim faxo sciatis non viduæ
hanc

hanc insulam esse, sed M. Manicij. Exclamat Eumolpus, Etiam minaris? simulque os hominis palma excussissima pulsatur. Ille, tot hospitum potionibus liberum vrceolum fictilem in Eumolpi caput iaculatus est, soluitque clamantis frontem, & de cella se eripuit. Eumolpus contumeliæ impatiens rapit ligneum candelabrum, sequiturque abeuntem, & creberrimis ictibus supercilium suum vendicat. Fit concursus familiaria, hospitumque ebriorum frequentia. Ego autem nactus occasionem vindictæ, Eumolpum excludo, redditæque scordalovice, sine æmulo scilicet, & cella vtor & nocte. Interim & coctores insularique mulcant exclusum, & alius veru extis stridentibus plenum in oculos eius intentat: alius, furca de carnario rapta. statum precipientis componit: anus præcipue lippa sordidissimo linteo præcincta, soleis ligneis imparibus imposita, canem ingentis magnitudinis catena trahit, instigatque in Eumolpum. Sed ille candelabro se ab omni periculo vindicabat. Videbamus nos omnia per foramen valvæ, quod paulò antè ansa ostij disrupta laxauerat, fauebamque ego vapulanti. Gnytho autem non oblitus misericordiæ suæ, referandum ostium, succurrendumque periclitanti censebat. Ego, durante adhuc iracundia, non continuo manum, sed caput miserantis stricto acutoque articulo percussit. & ille fletus quidem confedit in lectum: ego autem alternos opponere foramini oculos, iniuriamque Eumolpo, aduocationemque commodabam:

bam : & veluti quodam cibo me replebam :
quum procurator insulæ Bargates à cœna
excitatus , à duobus lecticariis in mediam
rixam perfertur : nam erat etiam pedibus.

5. æger. Is, vt rabiosa barbaraque voce in e- *Bargate*
brios fugitiuosque diu perorauit, respiciens *tes pro-*
ad Eumolpum , O Poëtarum , inquit , di- *curator*
fertissime, tu eras ? & non discedunt ocyùs *ad Eum-*
nequissimi serui , manusque continent à *molpæ.*

10 rixæ? *

Contubernalis mea mihi fastum facit. Ita,
si me amas, maledic illam versibus , vt ha-
beat pudorem. *

Dum Eumolpus cum Bargate in secreto lo-
quitur , intrat stabulum præco cum seruo
publico, aliâque sanè modica frequentia, fa-
cémque fumosam magis quàm lucidam
quassans, hæc proclamauit : Puer in balneo
paulò antè aberrauit , annorum circa xvj.
20 crispus, mollis, formosus, nomine Gnytho.

Si quis eum reddere aut commonstrare vo-
luerit , accipiet numos mille. Nec longè à
præcone Afcyltos stabat amictus. discolor
ria veste, atque in lance argentea indicium

25 & fidem præferebat. Imperaui Gnythoni, vt
raptim grabatum subiret, annecterétque pe-
des & manus institis, quibus sponda culci-
tam ferebat: ac, sicut olim Vlyxes pro arie-
te adhæsisset, extensus infra grabatum scru-
30 tantium cluderet manus. Non est moratus

Gnython imperium, momentoque tempo-
ris inseruit vinculo manus, & Vlyxem astu-
simillimo vicit. Ego , ne suspitioni relin-
querem locum, lectulum vestimentis im-
pleui , vnusque hominis vestigium ad
35 corporis:

corporis mei mensuram figuraui. Interim
 Ascyltos, ut pererrauit omnes cum viatore
 cellas, venit ad meam: & hoc quidem ple-
 niorem spem concepit, quò diligentius op-
 pessulatas inuenit fores. Publicus verò ser- 5
 uus, insertans commissuris secures, clau-
 strorum firmitatem laxauit. Ego ad genua
 Ascylti procubui, & per memoriam ami-
 citiæ, perque societatem miseriarum, petij
 ut saltem ostenderet fratrem; immò, ut 10
 fidem haberet fictæ preces. Scio te, inquam,
 Ascylte, ad occidendum me venisse: quo
 enim secures attulisti? Itaque satia iracun-
 diam tuam. Præbeo ecce ceruicem, funde
 sanguinem, quem sub prætextu quæstio- 15
 nis petiisti. Amolitur Ascyltos inuidiam;
 & se verò nihil aliud quàm fugitiuū suum
 dixit quærere, mortem nec hominis con-
 cupisse, nec supplicis, utique eius, quem
 post fatalem rixam habuit carissimum. At 20
 non seruus publicus tam languidè agit, sed
 raptam cauponi harundinem subter lectum
 mittit, omniâque etiam foramina pariet-
 um scrutatur. Subducebat Gnython ab ictu
 corpus, & reducto timidissimè spiritu, ip- 25
 sos scyniphes ore tangebatur. Eumolpus au-
 tem, quia effractum hostium cellæ nemi-
 nem poterat excludere, irrumpit pertur-
 batus, & Mille, inquit, numos inueni-
 iam enim persequar abeuntem præconem, 30
 & in potestate sua esse Gnythonem meri-
 tissima propositione monstrabo. Genua
 ego perseverantis amplector, ne morigen-
 tes veller occidere: & Merito, inquam,
 exandesceres, si posses proditum osten- 35
 dere.

dere. Nunc inter turbam puer fugit, nec
quò abierit, suspicari possum. Per fidem,
Eumolpe, reduc puerum, & vel Ascylo
redde. Dum hæc ego iam credenti persua-
5 deo, Gnython, collectione spiritus plenus
ter continuò ira sternutauit, vt grabatum
concuteret. Ad quem motum Eumolpus
conuersus, saluere Gnythona iubet. Remo-
ta etiam culcita videt Vlyxem, cui vel esu-
10 riens Cyclops potuisset parcere. Mox con-
uersus ad me; Quid est, inquit, latro? Ne
depræhensus quidem ausus es mihi verum
dicere? Immo, ni deus quidam humana-
rum rerum arbiter pendenti puero excussis-
15 set indicium, elusus circa popinas errarem.
* Gnython longè blandior, quàm ego, pri-
mùm araneis oleo madetibus vulnus, quod
in supercilio factum erat, coartauit, mox
palliolo suo laceratam mutauit vestem, am-
20 plexusque iam mitigatum, osculis tam-
quam fomentis adgressus est: &, In tua,
inquit, pater carissime, in tua sumus cu-
stodia. Si Gnythona tuum amas, incipe vel-
le seruare. Vtinam me solum inimicus ignis
25 hauriret, vtinam hibernum inuaderet ma-
re! Ego enim omnium scelerum materia;
ego caussa sum. Si perirem, conueniret ini-
micis. * * *

Ego sic semper, & vbique vixi, vt vltimam
30 quamque lucem, tanquam non reddituram
consumerem. * * *
Profusus ego lacrymis rogo, quæsoque, vt
mecum quoque redeat in gratiam. neque
enim in amantium esse potestate furiosam
35 æmulationem: daturum tamen operam, ne
aut

E V-

M O L-

P V S.

E N-

C O L-

P I V S,

aut dicam, aut faciam amplius quo possit
offendi. Tātū omnem scabitudinem ani-
mo, tamquam bonarum artium magister,
deleget sine cicatrice. In cultis asperisque
regionibus diutius niues hærent: ast ubi ea
aratro domefacta tellus nitet, dum loque-
ris, levis pruina dilabitur. Similiter in pe-
ctoribus ira confidit: feras quidem mentes
obsidet, eruditæ prælabitur. Vt scias, in-
quit Eumolpus, verum esse quod dicis, ecce 10
etiam osculo iram finio. Itaque, quod be-
ne eueniat, expeditæ sarcinulas, & vel se-
quimini me, vel si mauultis, ducite. Ad-
huc loquebatur, cū crepuit ostium im-
pulsū, stetitque in limine barbis horren- 15
tibus nauta: & Moraris, inquit, Eumol-
pe, tamquam propudium ignores. Haud
mora, omnes confurgimus, & Eumolpus
quidem mercenarium suum iam olim dor-
mientem exire cum sarcinis iubet. Ego cum 20
Gnythone quicquid erat, in altum compo-
no, & adoratis sideribus intro nauigiū. **
Molestū est quod puer hospiti placet. Quid
autem nō commune est quod natura opti-
mum fecit? Sol omnibus lucet. Luna in- 25
numerabilibus comitata sideribus etiā fe-
ras ducit ad pabulum. Quid aquis dici for-
mosius potest? In publico tamen manant.
Solutus ergo amor furtū potius quā præ-
mium erit? Immo verò nolo habere bona, 30
nisi quibus populus inuiderit. vietus & se-
nex non erit grauis: etiam quum voluerit
aliquid sumere, opus anhelitu perdet. Hoc
ut infra fiduciam posui, fraudauitque ani-
mum dissidentem, corpi somnum obruto 35
runicula

tunicula capite mentiri. Sed repente quasi
 destruyente fortuna constāriam meam, eius-
 modi vox, super constratum puppis con-
 gemuit. Ergo me derisit? At hæc quidem
 5 virilis & pene auribus meis familiaris ani-
 mum palpitantem percussit. Cæterum ea-
 dem indignatione mulier lacinata ulte-
 rius excanduit; &, Si quis Deus manibus
 meis, inquit, Gnythona imponeret, quam
 10 bene exsulem exciperet! Vterque nostrum
 tam inexpectato ictus sono amiserat san-
 guinem. Ego præcipue, quasi somnio quo-
 dam turbulento circumamictus diu vocem
 collegi, tremulisque manibus Eumolpi,
 15 iam in soporem labentis, laciniam duxi; &,
 Per fidem, inquam, pater, cuius hæc navis
 est, aut quos vehat, dicere potes. Inquieta-
 tus ille moleste tulit; &, Hoc erat, inquit,
 quod placuerat tibi, ut super constratum
 20 navis, occuparemus secretissimum locum,
 ne nos patereris requiescere? Quid porro
 ad rem pertinet, si dixerō Lycam Tarenti-
 num esse dominum huiusce nauigij, qui
 Tryphānam exsulem Tarentum ferat? In-
 25 tremui post hoc fulmen attonitus, iugu-
 lōque detecto, Aliquando, inquam, to-
 tum me fortuna vicisti. Nam Gnython qui-
 dem super meum pectus positus diu ani-
 mam egit; deinde ut effusus sudor vtriuf-
 30 que spiritum reuocauit, comprehendi Eu-
 molpi genua, &, Miserere, inquam, mo-
 rientium, id est, pro consortio studiorum
 commoda manum. Mors venit, quæ, nisi
 per te licet, potest esse pro munere. Inun-
 35 datus hac Eumolpus inuidia, iurat per deos,
 deasque,

deasque, se neque scire quid acciderit, nec
 ullum dolum malum consilio adhibuisse:
 sed mente simplicissima, & vera fide in na-
 uigium comites induxisse, quo ipse iam
 pridem fuerit vsurus. Quæ autem hîc insi-
 diæ sunt? inquit, aut quis nobis Hannibal
 nauigat? Lycas Tarentinus homo verecun-
 dissimus, & non tantum huius nauigij do-
 minus quod regit, sed fundorum etiam ali-
 quot & familiæ negotiantis, onus deferen- 10
 dum ad mercatum conduxit. hic est Cyclops
 ille & archipirata, cui vecturam debemus:
 & præter hunc Tryphæna omnium fœmi-
 narum formosissima, quæ voluptatis caus-
 sa huc atque illuc vectatur. Hi sunt, inquit 15
 Gnython, quos fugimus: simulque raptim
 causas odiorum & instans periculum tre-
 pidanti Eumolpo exponit. Confusus ille,
 & consilij egens iubet quemque suam sen-
 tentiam proponere: &, Fingite, inquit, nos 20
 antrum Cyclopis intrasse. Quærendum est
 aliquod effugium, nisi naufragium poni-
 mus, & omni nos periculo liberamus. Im-
 mō, inquit Gnython, persuade gubernato-
 ri ut in aliquem portum nauem deducat, 25
 non sine præmio scilicet, & affirma ei im-
 patientem maris fratrem tuum in ultimis
 esse. Poteris hanc simulationem & lacry-
 mis & vultus confusione obumbrare, ut mi-
 sericordia permotus gubernator indulgeat 30
 tibi. Negauit hoc Eumolpus fieri posse: quia
 magnā, inquit, nauigia portibus se grau-
 tim insinuant, nec tam citō fratrem defe-
 cisse verisimile erit. Accedit his, quod for-
 sitan Lycas officij causa visere languentem 35
 deside

desiderabit. Vides quàm valde nobis expediat ultro dominum ad fugientes accedere. Sed finge naucm ab ingenti posse cursu deflecti, & Lycam non utique circum-

5 iturum ægrorum cubilia; quomodo possumus egredi naue, ut non conspiciamur à cunctis? opertis capitibus, an nudis? oper-
tis. & quis non dare manum languentibus
volet? nudis. & quid erit aliud, quàm seip-

10 sos proscribere? Quin potius, inquam ego, EN-
ad temeritatem confugimus, & per funem COL-
lapsi descendimus in scapham, præcisoque PIVS.
vinculo, reliqua fortunæ committimus?
Nec ego in hoc periculum Eumolpum ar-

15 cesso. quid enim attinet innocentem alieno periculo imponere? Contentus sum, si nos descendentes adiuuerit casus. Non imprudens consilium, inquit Eumolpus, si aditum haberet. Quis enim non euntes no-

20 tabit? Utique gubernator, qui peruigil nocte siderum quoque motus custodit. Et ut cumque imponi vel dormienti posset, si per aliam partem navis fuga quæreretur: nunc per puppim, per ipsa gubernacula dilabédū

25 est, à quorum regione funis descendit, qui scaphæ custodiam tenet. Præterea illud miror, Encolpi, tibi non succurrisse, vnum nautam stationis perpetuæ interdiu noctu-
que iacere in scapha, nec posse inde custo-

30 dem, nisi aut eade expelli, aut præcipitari viribus. Quod an fieri possit, interrogate audaciam vestram. Nam quod ad meum quidem comitatum attinet, nullum recusato periculum, quod salutis spem ostendit.

33 Nam sine causâ quidem spiritum tãquam
rem

rem vacuum impendere, nec vos quidem existimo velle. Videte numquid hoc placeat. Ego vos in duas iam pelles coniiciam, vinctosque loris inter vestimenta pro sarcinis habebò, apertis scilicet aliquatenus
 5 labris, quibus & spiritum recipere possitis, & cibum. Conclamabo deinde nocte seruos pœnam grauiorem timentes præcipitasse se in mare: deinde cùm ventum fuerit in portum, sine vlla suspitione pro sarcinis vos efferam. Ita vero, inquam ego,
 10 tamquam solidos alligaturus, quibus non soleat venter iniuriam facere, an tamquam eos qui sternutare non soleamus, nec sternere? an quia hoc genus furti semel mihi
 15 feliciter cessit? Sed finge vna die vinctos posse durare: quid ergo si diutius aut tranquillitas nos tenuerit, aut aduersa tempestas? quid facturi sumus? vestes quoque diutius vinctas ruga consumit, & charràe alli-
 20 gatæ mutant figuram. Iuvenes adhuc laboris expertes, statuarum ritu patiemur pannos & vincula? Adhuc aliud quod iter salutis querendum est. Inspecite quod ego inueni. Eumolpus tamquam litterarum stu-
 25 diosus utique atramentum habet. hoc ergo remedio muremus colores à capillis vsque ad ungues. Ita tamquam serui Æthiopes, & præsto tibi erimus in tormentorum iniuria hilares, & permutato colore impone-
 30 mus inimicis. Quin tu, inquit Gnython, & circumcide nos, vt Iudæi videamur: & pertunde aures, vt imitemur Arabes: & increta facies, vt suos Gallia ciues putet: tamquam hic solus color figuram possit peruer-
 35 tere,

tere, & non multa vnà oportet consentiant;
 & non natione mendacium constet. Puta
 infectam medicamine faciem diutius du-
 rare posse: finge nec aquæ asperginem im-
 5 posituram aliquam corpori maculam, nec
 vestem atramento adhæsuram, quod fre-
 quenter etiam non accersitoque ferrumine
 infigitur: age, numquid & labra possumus
 10 tumore terribimo implere? numquid & cri-
 nes calamistro conuertere? nūquid & fron-
 tes cicatricibus scindere? numquid & cru-
 ra in orbem pandere? numquid & talos ad
 terram deducere? numquid barbam pere-
 grina ratione figurare? Color arte com-
 15 positus inquinat corpus, non mutat. Audi-
 te quid dementi succurrerit. Præligemus
 vestibibus capita, & nos in profundum mer-
 gamus. Nec istud dii hominésque patian-
 tur, Eumolpus exclamat, vt vos tam tur-
 20 pi exitu vitam finiatis. Immò potius faci-
 te quod iubeo: Mercenarius, inquit, meus,
 vt ex nouacula comperistis, tonsor est. hic
 continuo radat vtriusque non solum capi-
 ta, sed etiam supercilia, sequar ego, fron-
 25 tes notans inscriptione solerti, vt videa-
 mini stigmate esse puncti. Ita eadem lite-
 ræ & suspicionem declinabunt quæren-
 tium, & vultus vmbra supplicij teget. Non
 est dilata fallacia, sed ad latus nauigij fur-
 30 tim processimus, capitæque cum superci-
 liis denudanda tonsori præbuimus. Imple-
 uit Eumolpus frontes vtriusque ingentibus
 litteris, & notum fugitiuorum epigramma
 per totâ faciem liberali manu duxit. Vnus
 35 fortè ex vectoribus, qui acclinatus lateri
 nauis

navis exonerabat stomachum nausea gra-
uem, notauit sibi ad Lunam conforem in-
tempestiuo inhærentem ministerio, exse-
cratúsque omen, quod imitaretur naufra-
gorum vltimum votum, in cubile reiectus 5
est. Nos dissimulata nauscantis deuotione,
ad ordinem tristitiæ redimus, silentioque
composito, reliquas noctis horas male so-
porati consumpsimus. * * *

1. Y- Videbatur mihi secundum quietem Pria- 10
C A S. pus dicere, Encolpion, quem quæris, scito
à me in nauem tuam esse perductum. Ex-
horruit Tryphæna: &, Putes, inquit, vnà
nos dormiisse: nam & mihi simulacrum
Neptuni quod Baistor asylo notaueram, vi- 15
debatur dicere, In naui Lycæ Gnythona in-
uenies. Hinc scies, inquit Eumolpus, Epi-
curum hominem esse diuinum, qui eiusmodi
ludibria facetissima ratione condemnat.
Somnia, quæ mentes ludunt volitantibus 20

umbris,

*Non delubra Deum, nec ab æthere numina
mittunt.*

*Sed sibi quisq; facit. nã quĩ prostrata sopore
Vrguet mēbra quies, & mēs sine pōdere ludit: 25
Quicquid luce fuit, tenebris agit. oppida bello
Qui quatit, & flammis miserandas sauit in
vrbes;*

*Tela videt, versasq; acies, & funera Regum,
Atque exundantes perfuso sanguine campos. 30
Qui causas orare solent, legesq; forūque,
Et puido cernunt inclusum corde tribunal.
Condit auarus opes, defossimq; inuenit aurū.
Venator saltus canibus quatit. eripit undis,
Aut premit euersã periturus nauita puppim. 35
Scribit*

Scribit amatori meretrix. dat adultera munus.

Et canis in somnis leporis vestigia latrat.

In noctis spatio miserorum vulnera durant.

- 5 Cæterum Lycas vt Tryphænz somnium expiauit, Quis, inquit, prohibet nauigium scrutari, ne videamur diuinæ mentis opera damnare? Is, qui nocte miserorum furtum deprehenderat, Aesius nomine, subito pro-
- 10 clamat, Ergo illi qui sunt qui nocte ad Lunā radebantur? pessimo medius fidijs exemplo. Audio enim non licere cuiquam mortalium in naue neque vngues, neque capillos deponere, nisi cū pelago ventus irascitur. Excanduit Lycas hoc sermone turbatus; &, Ita ne, inquit, capillos aliquis in naue præcidit, & hoc nocte intempestat attrahite ocyus nocentes in medium, vt sciam quorum capitibus debeat nauigium
- 20 lustrari. Ego, inquit Eumolpus, hoc iussi; nec non eodem futurus nauigio, auspiciū mihi feci; quia nocentes horridos longosque habebant capillos, ne viderer de naue carcerem facere, iussi squalorem damnatis
- 25 auferri: simul vt notæ quoque literarum non adumbratæ comarum præsidio totæ ad oculos legentium accederent. Inter cætera apud communem amicam consumpserunt pecuniam meam, à qua illos proxima
- 30 nocte extraxi mero vnguentisque perfusos. Ad summam, adhuc patrimonij mei reliquias olent. Itaque vt tutela nauis expiaretur, placuit quadragenas vtrisque plagas imponi. Nulla ergo fit mora. Aggrediuntur nos furentes nautæ cum funibus, tem-
- 35 E tantque

EN+
COL-
PIVS.

tantque vilissimo sanguine tutelam placare. Et ego quidem tres plagas Spartana nobilitate concoxi. Cæterum Gnythoſon ſemel iſtus, tam valde exclamauit, vt Tryphæna aures notiffima voce repletet. Non ſolùm 5 ergo turbata eſt, ſed ancillæ quoque omnes familiari ſono inductæ ad vapulantem decurrunt. Iam Gnythoſon mirabili forma exarmauerat nauas, cœperátque etiam ſine voce ſcruientes rogare, cùm ancillæ 10 pariter proclamant; Gnythoſon eſt, Gnythoſon, inhibete crudeliſſimas manus; Gnythoſon eſt, Domina ſuccurre. Deſcendit aures Tryphæna iã ſua ſponte credentes, raptimque ad puerum deuolat. Lycas, qui me o- 15 ptimè nouerat, tamquam & ipſe vocem audiſſet, accurrit: & nec manus, nec faciem meam conſiderauit, ſed continuo ad inguina mea luminibus deſlexis, mouit officioſam manum: &, Salue, inquit, Encol- 20 pi. Miretur nunc aliquis, Vlyxiſ nutricem poſt viceſimum annum cicatricem inueniſſe originis indicem, cùm homo prudentiſſimus, confuſis omnibus corporis indiciorumque lineamentis, ad vnicum fugi- 25 gitiui argumentum tam docte peruenerit. Tryphæna lacrymas effudit decepta ſupplicio: vera enim ſtigmata credebat captiuorum frontibus impreſſa, ſciſcitariſque ſummiſſiùs cœpit, quòd ergaſtulum inter- 30 cepiſſet errantes, aut cuius tam crudeles manus in hoc ſupplicium duraſſent: Meruiſſe quidem contumeliã aliquam fugitiuos, quibus in odium bona ſua veniſſent. Concitatus iracundia proſiliit Lycas, 35 & Ore,

5 & O te, inquit, foeminam simplicem, tam-
 quam vulnera ferro præperata literas bibe-
 rint. Utinam quidem hac se inscriptione
 frontis maculassent! Haberemus nos ex-
 10 tremum solatium. Nunc mimicis artibus
 petiti sumus, & adumbrata inscriptione
 derisi. Volebat Tryphæna misereri, quia
 non totam voluptatem perdiderat: sed Ly-
 cas memor adhuc vxoris corruptæ, contu-
 15 meliarumque quas in Herculis porticu ac-
 ceperat, turbato vehementius vultu pro-
 clamat: Deos immortales rerum humana-
 rum agere curam, puto, intellexisti, ô
 Tryphæna. nam imprudentes noxios in-
 20 nostrum induxere nauigium, & quid fe-
 cissent, admonuerunt pari somniorum
 consensu. Ita vide ut prosit illis ignosci,
 quos ad pœnam ipse Deus deduxit. Quod
 ad me attinet, non sum crudelis, sed ve-
 25 reor ne, quod remisero, patiar. Tam super-
 stitiosa oratione Tryphæna mutata, negat
 se interpellare supplicium, immò accede-
 re etiam iustissimæ ultioni: nec se minùs
 grandi vexatam iniuria, quàm Lycam, cu-
 30 ius pudoris dignitas in concione proscri-
 pta sit.

Me utpote hominem non ignotum elege- E v-
 runt ad hoc officium, petieruntque ut se MOL-
 reconciliarem aliquando amicissimis. Nisi P V S.
 35 fortè putatis iuuenes casu in has plagas in-
 cidisse, quum omnis vector nihil prius
 quærat, quàm cuius se diligentiae credat.
 Flectite ergo mentes satisfactione lenitas,
 & patimini liberos homines ire sine iniuria
 35 quò destinant. Sæui quoque implacabilesque

E 2 domini



domini crudelitatem suam impediunt, si quando poenitentia fugitivos reduxit, & dedititiis hostibus parcimus. Quid vltra petitis? aut, quid vultis? In conspectu vestro supplices iacent, iuvenes, ingenui, honesti, & quod utroque potentius est, familiaritate vobis aliquando coniuncti. Si mehercules interuortissent pecuniam vestram, si fidem proditione læsissent, satiari tamen potuissetis hac poena quàm videtis. Seruitia ecce in frontibus cernitis, & vultus ingenuos voluntaria poenarum lege proscriptos. Interpellauit deprecationem supplicis Lycas, & Noli, inquit, causam confundere, sed impone singulis modum. Ac primam omnium, si vltro venerunt, cur nudare crinibus capita? vultum enim qui permutat, fraudem parat, non satisfactionem. Deinde si gratiam à legato moliebantur, quid ita omnia fecisti, ut quos tuebaris, absconderes? Ex quo apparet casu incidisse noxios in plagas, & te artem quæsisse, qua nostræ animaduersionis impetum eluderet. Nam quòd inuidiam facis nobis, ingenuos honestosque clamando, vide ne deteriori facias confidentia causam. Quid debent læsi facere, ubi rei ad poenam confugiunt? At enim amici fuerunt nostri; eò maiora meruerunt supplicia. Nam qui ignotos lædit, latro appellatur: qui amicos, pa- lominus quàm parricida. Resoluit Eumolpus tam iniquam declamationem, & Intellego, inquit, nihil magis obesse iuuenibus miseris, quàm quod nocte deposuerunt capillos: hoc argumento incidisse in nauem videntur,

videntur, nō venisse. Quod velim tam candide ad vestras aures perueniat, quā simpliciter gestum est. Voluerunt enim antequam conscenderent, exonerare capita molestō & superuacuo pondere, sed celerior ventus distulit curationis propositum. Nec tamen putauerunt ad rem pertinere, vbi inciperent quod plucuerat, vt fieret: quia nec omen, nec legem nauigantium nouerant.

10 Quid, inquit Lycas, attinuit supplices radere? nisi fortē miserabiliores calui solent esse. quamquam quid attinet veritatem per interpretem quærere? Quid dicis tu latro? quæ fora Salamandra supercilia tua excussit? cui Deo crinem vouisti? Pharmace, responde. Obstupueram ego supplicij metu pauidus, nec quid in re manifestissima dicerem, inueniebam. Turbatus & deformis præter spoliati capitis dedecus, supercili-

20 rum etiam æqualis cum fronte caluities, nihil nec facere deceret, nec dicere. Vt videro spongia vda facies plorantis deterfa est, & liquefactum per totum os atramentum, omnia scilicet lineamenta fuliginea nube

25 confudit, in odium se ira conuertit. Negat Eumolpus passurum se, vt quisquam ingenuos contra fas legemque contaminet, interpellatque sæuientium minas, non solum voce, sed & manibus. Aderat interpellanti

30 mercenarius comes, & vnus alterque infirmissimus vector, solatia magis litis, quā virium auxilia. Nec quicquam pro me deprecabar, sed intentans in oculos Tryphæ-næ manus, vsurum me viribus meis cla-

35 ra liberæque voce clamaui, ni abstinere à

Gnythone iniuriam mulier damnata, & in toto nauigio sola verberanda. Accenditur audacia mea iratior Lycas, indignaturque quod ego relictæ meæ cauſa tantum pro alio clamo. Nec minus Tryphæna contumelia ſæuit accenſa, toriùſque nauigij turbam diducit in partes. Hinc mercenarius conſor ferramenta ſua nobis, & ipſe armatus, diſtribuit: illinc Tryphæna familia nudas expedit manus. Ac ne ancillarum quidem clamor aciem deſtituit, vno tantum gubernatore relicturum ſe nauis miniſterium denunciante, ſi non deſinat rabies libidine perditorum collecta. Nihilominus tamen perſeuerat dimicantium furor; illis pro vltione, nobis pro vita pugnantibus. Multi ergo vtrinque ſemimortui labuntur, plures cruenti vulneribus referunt veluti ex prælio pedem, nec tamen cuiuſquam ira laxatur. Tunc fortiſſimus Gnython ad viſilia ſua admouit nouaculam infeſtam, minatus ſe abciſſurum tot miſeriarum cauſarum: inhibuitque Tryphæna tam grande facinus, non diſſimulata miſſione. Sæpius ego cultrum conſorium ſuper iugulum meum poſui, non magis me occiſurus, quàm Gnython, quod minabatur, facturus audaciùs ille tamen tragœdiam implebar, quia ſciebat ſe illam habere nouaculam, qua iam ſibi ceruicem præciderat. Stante ergo vtraque acie, quum appareret futurum non ſtlatarium bellum, ægrè expugnauit gubernator, vt caduceatoris more Tryphæna inducias faceret. Data ergo acceptaque patrio more fide, protendit ramum oleæ à tutela.

tutela nauigij raptum, atque in colloquium
venire ausa;

*Quis furor, exclamat, pacem conuertit in
arma?*

5 *Quid nostra mernere manus? non Troius
hostis*

*Hac in classe vehit decepti pignus Atridas;
Nec Medea furēs fraterno sanguine pugnat:
Sed cōtemtus amor vires habet, & mihi fata*

10 *Hos inter fluctus quis raptis euocat armis?
Cui non est mors una satis? ne vincite pon-
tum,*

Gurgitibusq; feris altos immittite fluctus.

*Hæc ut turbata clamore mulier effudit, hæ-
35 sit paulisper acies, reuocatæque ad pacem
manus intermisere bellum. Vtitur pœni-
tentiz occasione dux Eumolpus, & castiga-
to ante vehementissimè Lyca, tabulas fœ-*

*deris signat, quæis hæc formula erat: Ex tui
20 animi sententia; neque iniuriam tibi fa-
ctam à Gnythone quereris, neque si quid
ante hunc diem factum est, obiiicies, vin-
dicabisve, aut vlllo alio genere persequen-*

*dum curabis: & ut nihil imperabis puero
25 repugnant, non amplexum, non oscu-
lum, non coitum Venere constrictum, nisi
pro qua re præsentis numeraueris denarios*

*centum. Item Lyca ex tui animi sententia,
ut tu Encolpion nec verbo contumeliosò
30 insequeris, nec vultu, neque quæres vbi no-*

*cte dormiat; aut si quæsieris, pro singulis
iniuriis numerabis præsentis denarios du-
centos. In hæc verba fœderibus compo-*

*titis arma deponimus: & ne residua in ani-
35 mis etiam post iusiurandum ira remaneret,*

E 4 præterita

præterita aboleri osculis placet. Exhortantibus vniuersis odia detumescunt, epulæque ad certamen prolata conciliant hilaritate concilium. Exsonat ergo cantibus totum nauigium, & quia repentina tranquillitas intermi erat cursum, alius exsultantes quærebat fuscina pisces: alius hamis blandientibus conuellebat prædam repugnantem. Ecce etiam per antemnam pelagiæ confederant volucres, quas rectis harundinibus peritus artifex tetigit. Illæ viscatis illigatæ viminibus deferebantur ad manus. Tollebat plumas aura volitantes, pinnasque per maria inanis spuma torquebat. Iam Lycas redire mecum ingratiâ coeperat; iam Tryphæna Gnythona extrema parte potionis spargebat, quum Eumolpus & ipse vino solutus dicta voluit in caluos stimososque iaculari: donec consumpta frigidissima vrbantate, rediit ad carmina sua; coepitque capillorum elegidation dicere.

Quod solum forma decus est, cecidère capilli:

Vernantesq; comas tristis adedit hyems.

Nunc umbra nudata sua iam tempora mæret: 25

Aræq; attritu ridet adusta pilis.

O fallax natura deum: qua prima dedisti

Aetati nostra gaudia, prima rapis.

Infelix, modo crinibus nitebas

Phæbo pulchrior, & sorore Phœbi: 30

At nunc lauior ære, vel rotundo

Horti tubere, quod creauit vnda,

Ridentes fugis & times puellas.

Vt mortem citius venire credas,

Scito iam capitis perisse partem. 35

Plura

Plura volebat proferre, credo & inepriora
 præteritis, quum ancilla Tryphænz Gny-
 thona in partem navis inferiorem ducit,
 corymbiôque dominæ pueri adornat ca-
 5 put. Immò supercilia etiam profert de pi-
 xide, sciteque iacturæ liniamenta sequuta,
 totam illi formam suam reddidit. Agnouit
 Tryphœna verum Gnythona, lacrymisque
 turbata, tunc primum bona fide puero ba-
 10 sium dedit. Ego, etiam si repositum in pri-
 stinum decorem puerum gaudebam, ab-
 scondebam tamen frequentius vultum, in-
 tellegebamque me non tralatitia deformi-
 tate esse insignitum, quem alloquio dignum
 15 nec Lycas quidem crederet. Sed huic tristi-
 tiæ eadem illa succurrit ancilla, seuoca-
 tûmque me non minùs decoro exornauit
 capillamento: immò commendatior vul-
 tus enituit, quia flauicomum corymbion
 20 erat. Cæterum Eumolpus & periclitantium
 aduocatus, & præsentis concordiz auctor,
 ne sileret sine fabulis hilaritas, multa in
 muliebrem leuitatem cœpit iactare: quam
 facile adamarent: quam citò etiam filiorum
 25 obliuiscerentur: nullamque esse fœminam
 tam pudicam, quæ non peregrina libidine
 usque ad furorem auerteretur: nec se tra-
 gœdias veteres curare, aut nomina sæculis
 nota, sed rem sua memoria factam; quam
 30 expositurum se esse, si vellemus audire. Con-
 uersis igitur omnium in se vultibus auri-
 busque, sic orsus est, Matrona quædã Ephesi-
 tam notæ erat pudicitie, ut vicinarum quo-
 que gentium fœminas ad sui spectacu-
 35 lum euocaret. Hæc ergo cum viram ex-
 tulisset,

E 5

tulisset,

*fabula
matronæ
Ephesiæ*

tulisset, non contenta vulgari more funus
 passis prosequi crinibus, aut nudatum pe-
 ctus in conspectu frequentia plangere, in
 conditorium etiam prosequuta est defun-
 ctum, positumque in hypogæo, Græco
 more, corpus custodire ac flere totis no-
 ctibus diebusque corripit. Sic adflitantem,
 se, ac mortem inedia persequentem non
 parentes potuerunt abducere: non propin-
 qui: magistratus ultimo repulsi abierunt: 10
 cōplorataque ab omnibus singularis exem-
 pli femina quintum iam diem sine ali-
 mento trahebat. Adsidebat ægræ fidissima
 ancilla, simulque & lacrymas commoda-
 dabat lugenti, & quotiens defecerat posi- 15
 tum in monumento lumen renouabat. Vna
 igitur in tota ciuitate fabula erat; & solum
 illud adfulsisse verum pudicitia amorisque
 exemplum omnis ordinis homines confi-
 tebantur: quum interim Imperator pro- 20
 vincia latrones iussit crucibus adfigi, se-
 cundum illam eandem casulam, in qua re-
 cens cadaver matrona dessebat. Proxima
 ergo nocte quum miles, qui cruces serua-
 bat, ne quis ad sepulturam corpora detra- 25
 heret, notasset sibi & lumen inter moni-
 menta clarius fulgens, & gemitum lugen-
 tis audisset, vitio gentis humanæ concu-
 pit scire, quis aut quid faceret. Descendit
 igitur in conditorium; visaque pulcherri- 30
 ma muliere, primo quasi quodam monstro,
 infernisque imaginibus turbatus substitit:
 deinde ut & corpus iacentis conspexit, &
 lacrymas considerauit, faciemque vngu-
 bus sectam; rarus scilicet quod erat, de- 35
 siderium.

siderium extincti non posse feminam pa-
 ti; adtulit in monimentum cenulam suam,
 coepitque hortari lugentem, ne persevera-
 ret in dolore supervacuo, & nihil profutu-
 5 ro gemitu pectus diducere: omnium eun-
 dem exitum esse: sed & idem domicilium;
 & cætera, quibus exulceratz mentes ad sa-
 nitatem reuocantur. At illa ignota conso-
 latione percussa, lacerauit vehementius pe-
 10 ctus, ruptosque crines super pectus iacentis
 imposuit. Nec recessit tamen miles, sed ea-
 dem exhortatione temptauit dare muliercu-
 læ cibum; donec ancilla vini certè ab eo
 odore corrupta, primum ipsa porrexit ad
 15 humanitatem inuitantis victam manum:
 deinde resecta porzione & cibo, expugnare
 dominæ pertinaciam coepit: &, Quid pro-
 derit, inquit, hoc tibi, si soluta inedia fueris:
 si te vinam sepelieris? si antequam fata pos-
 20 scant, indemnatum spiritum effuderis?
Id cinerem aut manes credis curare sepulcris?
 Vis tu reuiuiscere reluctantibus fatis ex-
 stinctum? vis discusso muliebri errore;
 quàm diu licuerit, lucis commodis frui?
 25 ipsum te iacentis corpus ammonere debet,
 ut viuas. Nemo inuitus audit, cum cogitur
 aut cibum sumere, aut viuere. Itaque mu-
 lier aliquot dierum abstinentia sicea, pas-
 sa est frangi pertinaciam suam: nec minus
 30 auidè repleat se cibo, quàm ancilla, quæ
 prior victa est. Cæterum scitis quid remta-
 re plerumque soleat humanam satietatem.
 Quib; blâdiis impetrauerat miles ut ma-
 trona viuere vellet, iisdè etiam pudicitiam
 35 eiùs aggressus est. Neq; deformis aut infacè-
 dus

us iuuenis castæ videbatur , conciliante gratiam ancilla, ac subinde dicente:

— *Placitane etiam pugnabis ameri?*

Nec venit in mentem, quorū confederis aruis?

Quid diutius moror? ne hanc quidem mulier partem corporis abstinuit , victorque miles utrumque persuasit. Iacuerunt ergo una, non tantum illa nocte, qua nuptias fecerunt, sed postero etiam ac tertio die, praelusis videlicet conditorij foribus , ut quisque ex notis ignotisque ad monumentum venisset, putasset exspirasse super corpus viri pudicissimam uxorem. Cæterum delectatus miles & forma mulieris & secreto, quicquid boni per facultates poterat , coëmebat; & prima statim nocte in monumentum ferebat. Iraque cruciarij vnus parentes, ut viderunt laxatam custodiam , detraxere nocte pendentem , supremoque mandauerunt officio. At miles circumspectus dum resideret , ut postero die vidit vnā sine cadauere crucem ; veritus supplicium, mulieri quid accidisset , exponit: nec se expectaturum Iudicis sententiam , sed gladio ius dicturum ignauiae suae : commodaret modò illa perituro locū , & fatale conditorium familiari ac viro faceret. Mulier non minus misericors quā pudica; Nec istud, inquit, dii sinant , ut eodem tempore duorum mihi carissimorum hominum duo funera spectem : malo mortuum impendere , quā viuū occidere. Secundū hanc orationem , iuber corpus mariti sui tolli ex arca , atque illi, quæ vacabat , cruci adfigi. Vfus est miles ingenio prudentissimæ
fœminæ;

fœminæ : posterôque die populus miratus
 est, qua ratione mortuus esset in crucem.
 Risu exceperere fabulam nautæ, erubescente
 non mediocriter Tryphœna, vultumque
 5 suum super ceruicē Gnythonis amabiliter
 ponente. At non Lycas risit, sed iratū com-
 mouens caput, Si iustus, inquit, Imperator
 fuisset, debuit patrisfamilia corpus in mo-
 nimentum referre, mulierem adfigere cru-
 10 ci. Non dubiè redierat in animum mœchi-
 le, expilatūque libidinosa migratione na-
 uigium. Sed nec fœderis verba permitte-
 bant meminisse; nec hilaritas, quæ præoc-
 cupauerat mentes, dabat iracundiæ locum.
 15 Cæterum Tryphæna in gremio Gnythonis
 posita, modo implebat osculis pectus, inter-
 dum concinnabat spoliatum crinibus vul-
 tum. Ego mœstus & impatiens fœderis no-
 ni, non cibum, non potionem capiebam, sed
 20 obliquis truibúsque oculis utrūque specta-
 bam. Omnia me oscula vulnerabant, om-
 nes blanditiæ, quascumque mulier libidi-
 nosa fingebat: nec tamen adhuc sciebam
 utrū magis puero irascerer, quod amicam
 25 mihi auferret, an amicæ, quod puerum cor-
 rumperet. Vtraque inimicissima oculis meis,
 & captiuitate præterita tristiora. Accede-
 bat huc quod neque Tryphæna me allo-
 quebatur tamquam familiarem & aliquan-
 30 do gratum sibi amatorem, nec Gnython
 me aut tralatitia propinatione dignum iu-
 dicabat, aut quod minimum est, sermo-
 ne communi vocabat. credo veritus ne in-
 ter initia coëuntis gratiæ recentem cica-
 35 tricem, rescinderet. laudauere pectus la-
 crymiæ

110 PETRONII ARBITRI

crymæ dolore parate, gemitusque suspi-
rio tectus animam penè submonit. **

In partem voluptatis temptabat admitti,
nec domini supercilium induebat, sed ami-
ci quærebat obsequium. **.

*Ancil-
la Try-
phæna
ad En-
colpiū.
EN-
COL-
PIVS.*

Si quid ingenui sanguinis habes, non plu-
ris illam facies, quàm sportam. Si vir fue-
ris, non ibis ad spuitam. ***

Me nihil magis pudebat, quàm ne Eumol-
pus sensisset quidquid illud fuerat, & ho- 10
mo dicacissimus carminibus vindicaret.*
Iurat Eumolpus verbis conceptissimis. *

* * *

Dum hæc taliæque iactamus, inhorruit
mare, nubésque vndique adductæ obruē- 15
re tenebris diem. Discurrunt nautæ ad of-
ficia trepidantes, velæque tempestati sub-
ducunt. Sed nec certos fluctus ventus im-
pulerat: nec quòd destina-ret cursum gu-
bernator sciebat: Siciliam modo ventus 20
dabat, sæpissime Italici litoris Aquilo pos-
sessor conuertebat huc illuc obnoxiam ra-
tem: &, quod omnibus procellis periculo-
sius erat, tam spissæ repente tenebræ lu-
cem suppresserant, ut ne proram quidem 25
totam gubernator videret. Itaque Hercu-
les postquam maris æstus conualuit, Ly-
cas trepidans ad me supinas porrigit ma-
nus: &, Tu, inquit, Encolpi, succurre
periclitantibus, id est, vestem illam diui- 30
nam, sistrumque redde nauigio. Per fidem,
miserere, quemadmodum quidem soles.
Et illum quidem vociferantem in mare
ventus, excussit, repetitumque infesto
gurgite procella circumegit, atque haussit. 35

Tryphæ.

Tryphænam autem properam fidelissimi
 rapuerunt serui, scaphæque impositam
 cum maxima sarcinarum parte abduxere *
 certissimæ morti applicitus cum clamore
 fleui : & , Hæc, inquam, à diis meruimus,
 ut nos sola morte coniungerent; sed non
 crudelis Fortuna concedit. Ecce iam ra-
 tam fluctus euertet : ecce iam amplexus
 amantium iratum diuidet mare. Igitur si
 10 verè Encolpion dilexisti, da oscula dum li-
 cet, & vltimum hoc gaudium fatis prope-
 rantibus rape. Hæc, ut ego dixi, Gnythoa
 vestem deposuit, meaque tunica contactus
 exseruit ad osculum caput : & ne sic cohæ-
 15 rétes malignior fluctus distraheret, vtrum-
 que zona circumnueienti præcinxit : &, Si
 nihil aliud, certè diutius, inquit, iuncta
 nos mors feret, vel si voluerit, misericors
 ad idem litus expellere, aut præteriens ali-
 20 quis tralatitia humanitate lapidabit, aut,
 quod vltimum est, iratis etiam fluctibus,
 imprudens arena componet. Patior ego
 vinculum extremum, & veluti lecto fun-
 nebræ aptatus exspecto mortem iam non
 25 molestam. Peragit interim tempestas man-
 data fatorum, omnesque reliquias naui
 expugnat. Non arbor erat relicta, non gu-
 bernacula, non funis, aut remus, sed quasi
 rudis atque infecta materies ibat cum flu-
 30 ctibus. *

Procurrere piscatores parauis expediti na-
 uigiis ad prædam rapiendam : deinde ut
 aliquos viderunt, qui suas opes defende-
 rent, mutauerunt crudelitatem in auxi-
 35 lium. * *

Audimus.

III PETRONII ARBITRI

Audimus murmur insolitum, & sub diatrâ
magistri, quasi cupientis exire belluæ ge-
mitum. Persequuti igitur sonum inueni-
mus Eumolpum sedentem membranzque
ingenti versus ingerentem. Mirati ergo
quod illi vacaret in vicinia mortis Poëma
facere, extraximus clamantem, iubemusque
bonam habere mentem. At ille interpella-
tus excanduit, &, Sinite me, inquit, sen-
tentiam explere: laborat carmen in fine. 10
Iniicio ego frenetico manum, iubeoque
Gnythona accedere, & in terram trahere
orcâ mugientem. *

Hoc opere tandem elaborato casam pesca-
toriam subimus mœrentes, cibisque naufragio
corruptis utcumque curati tristissimam
exegimus noctem. Postero die quum po-
neremus consilium, cui nos regioni crede-
remus, repentè video corpus humanum cir-
cumactum leui vortice ad litus deferri. 20
Substiti ergo tristis, cœpique niuentibus o-
culis maris fidem inspicere: &, Hunc for-
sitan, proclamo, in aliqua parte terra-
rum secunda expectat vxor; forsitan igna-
rus tempestatis filius: aut patrem utique
reliquit aliquem, cui proficiscens osculum
dedit. Hæc sunt consilia mortalium, hæc
vota magnarum cogitationum. En homo
quemadmodum natat. Adhuc tanquam
ignotum desiebam, quum inuiolatum os
fluctus conuertit in terram, agnouique ter-
ribilem paulò antè & implacabilem Lycam
pedibus meis penè subiectum. Non tenui
igitur diutiùs lacrymas, immò percussi se-
mel iterumque manu pectus: &, Vbi nunc
est, in

- est, inquam, iracundia tua? ubi impotentia tua? nempe piscibus bellisque expositus es, & qui paulò antè iactabas vires imperij tui, de tam magna naue nè tabulam quidem naufragus habes. Ite nunc mortales, & magnis cogitationibus pectora implere. Ite cauti, & opes fraudibus captas per mille annos disponite. Nempe hic proxima luce patrimonij sui rationes insperxit: nempe diem etiam quò venturus esset in patriam animo suo finxit. Dij deæque, quàm longè à destinatione sua iacet! Sed non sola mortalibus maria hanc fidem præstant. Illum bellantem arma decipiunt: illum diis vota reddentem penatum suorum ruina sepelit: ille vehiculo lapsus properantem spiritum excussit. Cibus avidum strangulavit, abstinentem frugalitas. Si bene calculum ponas, ubique naufragium est. At enim fluctibus obruto non contingit sepultura. Tamquam intersit perituum corpus quæ ratio consumat, ignis, an fluctus, an mora. Quicquid feceris, omnia hæc eodem ventura sunt. feræ tamen corpus lacerabunt. Tamquam melius ignis accipiat. Immò hanc pœnam gravissimam credimus, ubi servis irascimur. Quæ ergo dementia est, omnia facere, ne quid è nobis relinquat sepultura? * * *
- 30 Et Lycam, quidem rogos inimicis collatus manibus adolebat: Eumolpus autem dum Epigramma mortuo facit, oculos ad arcescendos sensus longius mittit. * *
- Hoc peracto libenter officio, destinatum
- 35 carpimus iter, ac momento temporis in montem

montem sudantes conscendimus, ex quo
 haud procul impositum arce sublimi oppi-
 dum cernimus. nec quid esset sciebamus er-
 rantes, donec à villico quodam, Crotona
 esse cognouimus, urbem antiquissimam &
 aliquando Italiae primam. Quum deinde
 diligentius exploraremus qui homines in-
 habitarent nobile solum, quodve genus
 negotiationis praecipue probarent, post at-
 ritas bellis frequentibus opes; O mi, in- 10
 quit, hospites, si negotiatores estis, muta-
 te propositum, aliudque vitae praesidium
 quaerite. Sin autem urbanioris notae homi-
 nes sustinetis semper mentiri, recta ad lu-
 crum curritis. In hac enim urbe non litera- 15
 rum studia celebrantur, non eloquentia lo-
 cum habet, non frugalitas sanctique mo-
 res laudibus ad fructum perueniunt, sed
 quoscumque homines in hac urbe videri-
 zis, scitote in duas partes esse diuisos. Nam 20
 aut captantur, aut captant. In hac urbe ne-
 mo liberos tollit: quia quisquis suos here-
 des habet, nec ad scenas, nec ad spectacula
 admittitur, sed omnibus prohibetur com-
 modis, inter ignominiosos latitat. Qui 25
 verò nec uxores umquam duxerunt, nec
 proximas necessitudines habent, ad sum-
 mos honores perueniunt, id est, soli mili-
 tares, soli fortissimi atque etiam innocen-
 tes habentur. Videbitis, inquit, oppidum, 30
 tamquam in pestilentia campos, in quibus
 nihil aliud est nisi cadauera quae laceran-
 tur, aut corui qui lacerant. * Prudentior
 Eumolpus cōuertit ad nouitatem rei men-
 tem, genusque diuitationis sibi non displi- 35
 cere

vere confessus est. Iocari ego senem poetica
 leuitate credebam; quum ille, Utinam
 quidem sufficeret largior scema, id est, ve-
 stis humanior, quæ præhiberet mendacio
 5 fidem. Non me hercules peram istam dis-
 ferrem, sed continuo vos ad magnas opes
 ducerem. Atqui promitto quicquid exige-
 ret, dummodo placeret vestis rapinæ co-
 10 mes, & quicquid Ligurgi villa grassantibus
 præbuisset. Nam numos in presentem usum
 Deum matrem pro fide sua reddituram.
 Quid ergo, inquit Eumolpus, cessamus mi-
 mum componere? Facite ergo me domi-
 num, si negotiatio placet. Nemo ausus est
 15 artem damnare nihil auferentem. Itaque ut
 duraret inter omnes tutum mendacium, in
 verba Eumolpi sacramentum iurauimus, vri,
 vinciri, verberari, ferroque necari, & quic-
 quid aliud Eumolpus iussisset, tamquam
 20 legitimi gladiatores domino corpora ani-
 masque religiosissime addicimus. Post pe-
 ractum sacramentum seruiliter ficti domi-
 num consalutamus, elatumque ab Eumol-
 po filium pariter condicimus, iuuenem in-
 25 gentis eloquentiæ, & spei. ideoque de ci-
 uitate sua miserrimum senem exiisse, ne aut
 clientes sodalesque filij sui, aut sepulcrum
 quotidie causam lacrymarum cerneret. ac-
 cessisse huic tristiciæ proximum naufra-
 30 gium, quæ amplius vices sestertiū am-
 serit: nec illum lactura moueri, sed destitu-
 tum ministerio non agnoscere dignitatem
 suam. Præterea habere in Africa trecenties
 sestertiū fūdis nominibusque depositum.
 35 Nam familiam quidem tam magnam per
 agros.

agros Numidiæ esse sparsam, ut possit vel
 Carthaginem capere. Secundum hanc for-
 mulam imperamus Eumolpo, ut plurimum
 tussiat, ut sit modò solutioris stomachi,
 cibosque omnes palàm damnet, loquatur
 aurum & argentum, fundosque mendaces,
 & perpetuam terrarum sterilitatem. Sedeat
 præterea quotidie ad rationes, tabulasque
 testamenti omnibus diebus renouet; &
 ne quid scenæ deesset, quotiescumque ali- 10
 quem nostrum vocare temtasset; alium pro
 alio vocaret, ut faciliè appareret, domi-
 num etiam eorum meminisse, qui præsen-
 tes non essent. His ita ordinatis, quod be-
 ne feliciterque eueniret præcati deos, viam 15
 ingredimur. Sed neque Gnython sub in-
 solito fasce durabat, & mercenarius Co-
 rax detractor ministerij, posita frequen-
 tius sarcina maledicebat properantibus, af-
 firmabatque se aut proiecturum sarcinas, 20
 aut cum onere fugiturum. Quid vos, in-
 quit, me iumentum putatis esse, aut lapi-
 dariam nauem? hominis operas locaui, non
 caballi; nec minùs liber sum quàm vos, et si
 pauperem pater me reliquit. Nec conten- 25
 tus maledictis, tollebat subinde aliùs pe-
 dem, & strepitu obsceno simul atque odo-
 re viam implebat. Ridebat contumaciam
 Gnython, & singulos strepitus eius pari
 clangore prosequabatur. * * * 30
 Multos, inquit Eumolpus, ô iuvenes, car-
 men decepit: nam ut quisque versum pe-
 dibus instruxit, sensumque teneriorem ver-
 borum ambitu iatexuit, putauit se conti-
 nuò in Heliconem venisse. sic forensibus 35
 ministe

ministeriis exercitati, frequenter ad carminis tranquillitatem, tamquam ad portum faciliorem refugerunt, credentes facilius poemata exstrui posse, quam controuersiam
 5 sententiolis vibrantibus pictam. Cæterum neque generosior spiritus vanitatem amat, neque concipere aut edere partum mens potest, nisi ingenti flumine literarum inundata. Effugiendum est ab omni verborum,
 10 ut ita dicam, vilitate; & sumendæ voces à plebe summotæ, ut fiat,

Odi prophanum vulgus & arceo.

Præterea curandum est, ne sententiæ emineant extra corpus orationis expressæ, sed
 15 intesto vestibis colore niteant. Homerus testis, & Lyrici, Romanusque Virgilius, & Horatii curiosa felicitas. Cæteri enim aut non viderunt viam, qua iretur ad carmen, aut visam timuerunt calcare. Ecce,
 20 belli ciuiliis ingens opus quisquis attigerit, nisi plenus literis, sub onere labetur. Non enim res gestæ versibus comprehendendæ sunt, quod longè melius historici faciunt, sed per ambages, deorumque ministeria, & fabulosum sententiarum tormentum præcipitandus est liber spiritus; ut
 25 potiùs furentis animi vaticinatio appareat, quàm religiosæ orationis sub testibus fides, tamquam si placet hic imperus, etiamsi
 30 nondum recepit vltimam manum.

De
Orbem iam totum victor Romanus habebat, muta-
Qua mare, qua terra, qua sidus currit
utrumque,
Nec satiatu erat grauidis freta pulsa carinis
35 læ peragrabantur: si quis sinus abditus ultra,

tione
Rei-
publ.
Roma-
na.

Si

118 PETRONII ARBITRI

Si qua foret tellus, qua fuluū mitteret aurū.
 Hostis erat: fatisq; in tristitia bella paratis
 Quarebantur opes. non vulgo nota placebant
 Gaudia: non usu plebeio trita voluptas.
 Assyria concham laudabat miles in unda. 5
 Quasitus tellure nitor certauerat ostro.
 Hinc Numida crustas, illinc noua vellera
 Seres,

Atq; Arabū populus sua despoliauerat arua.
 Ecce alia clades, & laesa vulnera pacis. 10
 Queritur in siluis Mauris fera: & ultimus
 Ammon

Afzorum excutitur. ne desit bellua dente
 Ad mortes praeiosa suas, premit aduena
 classes 15

Tigris, & aurata gradiens vectatur in aula.
 Ut bibat humanum populo plaudēte cruorem.
 Heu pudet effari, perituraq; prodere fata!
 Persarum ritu male pubescentibus annis
 Subripuēre viros; exsectaq; viscera ferro 20
 In Venerem fregēre: atq; ut fuga mobilis aui
 Circūscripta mora properātes defferat annos.
 Quarit se natura, nec inuenit. omnibus ergo
 Scorta placent, fractiq; enerui corpore gressus,
 Et laxi crines, & tot noua nomina vestis, 25
 Quaq; virū quarunt. Ecce Afzris eruta terris
 Citrea mēsa, greges seruorū, ostrūq; renidens
 Ponitur, ac maculis imitatur vilibus aurū.
 Qua turbant censum. hostile ac male nobile
 lignum 30

Turba sepulta mero circūuenit: omniaq; orbis
 Praemia, correptis miles vagus exstruit ar-
 mis.

Ingeniosa gula est. Siculo scarus a znore
 mersus 35

Ad

*Ad mēsam viuus perducitur, inque Lucrinis
Eruta littoribus vendunt conchylia cœnas,
Ut renouent per damna famē. iam Phasidos
vnda*

9 *Orbata est auibus: mutoq; in littore tantum
Sola desertis adspirant frondibus aura.
Nec minor in cāpo furor est, emtiq; Quirites
Ad pradam, strepitumque lucri suffragia
vertunt.*

10 *Venalis populus, venalis curia Patrum:
Est fauor in precio, senibus quoque libera
virtus*

*Exciderat, sparsisq; opibus, conuersa potestas,
Ipsaq; maiestas auro corrupta iacebat.*

15 *Pellitur à populo victus Cato: tristior ille est
Qui vicit, fascesq; pudet rapuisse Catoni.
Namq; hoc dedecus est populi, morūq; ruina.
Non homo pulsus erat; sed in uno victa po-
testas,*

20 *Romanumq; decus, quare tam perdit a Roma
Ipsa sui merces erat, & sine vindice prada,
Præterea gemino deprensam gurgite pradam
Fœnoris ingluuies, ususq; exederat aris.
Nulla est certa domus, nullum sine pignore*

25 *corpus:
Sed veluti tabes tacitis concepta medullis
Intra membra furens hiris latrātibus errat.
Arma placēt miseris, detritaq; cōmoda luxu
Vulneribus reparātur, inops audacia tuta est.*

30 *Hoc mersam cœno Romam, somnoq; iacētem
Qua poterant artes saxa ratione mouere,
Ni furor, & bellum, ferroq; excita libido?
Tres tulerat Fortuna duces; quos obruit
omnis*

35 *Armorum frue diuersa feralis Enyo.*

Crassum

*Crassum Parthus habet ; Libyco iacet aquore
Magnus;*

*Iulius ingratam perfudit sanguine Romam.
Et, quasi non posset tot Tellus ferre sepulcra,
Diuisit cineres. hos gloria reddit honores.* 5

*Est locus exciso penitus demersus hiatu,
Parthenopen inter, magnaq; Dicarchidos
arua,*

*Cocyta perfusus aqua. nam spiritus extra
Qui furit effusus funesto spargitur aestu.* 10

*Nō hac autumno tellus viret, aut alit herbas
Cesspite latus ager : non verno persona cantu
Mollia discordi strepitu virgulta loquuntur:
Sed chaos, & nigro squalentia pumice saxa
Gaudent ferali circumtumulata cupressu.* 15

*Has inter sedes Ditis pater extulit ora,
Bustorum flammis, & cana sparsa fauilla,
Ac tali volucrem Fortunam voce laceffit:*

*Pater Rerum humanarū, diuinarumq; potestas,
Diti Fors, cui nulla placet nimium securo potestas, 20
ad For- Qua noua semper amas, & mox possessa re-
sunam. linquis;*

*Ecquid Romano sentis te pondere victam?
Nec posse ulterius perituram extollere molē?
Ipsa suas vires odit Romana iuuentus, 25
Et quas struxit opes, malē sustinet. aspice latē
Luxuriam spoliū & censum in damna
furentem.*

*Ædificant auro, sedesq; ad sidera mittunt.
Expelluntur aqua saxi: mare nascitur aruis; 30
Et permutata rerum statione rebellant.*

*En etiam mea regna petunt. perfossa dehiscit
Molibus insanis tellus, iam montibus haustis
Antra gement: & dum varios lapis inuenit
usus,*

Inferni 35

Inferni manes cœlum sperare iubentur.

Quare age, Fors, muta peccatum in prælia vultum.

Romanosq; cie, ac nostris da funera regnis,

5 *Iampridem nullo perfundimus ora cruore,*

Nec mea Tisiphone sitientes perluit artus,

Ex quo Sullanus bibit ensis, & horrida tellus

Extulit in lucem nutritas sanguine fruges.

Hæc ubi dicta dedit, dextra coniungere

10 *dextram*

Conatus, rupto tellurem soluit hiatu.

Tum Fortuna leui defudit pectore voces:

O Genitor, cui Cocyti penetralia parent:

Si modò vera mihi fas est impune profari,

Fortuna ad Genitorem Cocytum.

15 *Vota tibi cedent, nec enim minor ira rebellat*

Pectore in hoc, leuiorve exurit flamma medullas.

Omnia, quæ tribui Romanis arcibus, odi;

Muneribusq; meis irascor, destruet istas

20 *Idem, qui posuit, moles Deus, & mihi cordi*

Quippe cremare viros, & sanguine pascere luxum.

Cerno equidem gemina iam stratos morte Philippos,

25 *Thessaliaq; rogos, & funera gentis Iberæ:*

Et Libya, cerno, & tua Nile gementia clostra.

Iâ fragor armorum trepidantes personat aures,

Actiacosq; sinus, & Apollinis arma timètes.

Pande age terrarum sitientia regna tuarum,

30 *Atq; animas arcesse novas. Vix nauita Porthmeus*

Sufficiet simulacra virum traducere cumba,

Classe opus est, tuq; ingenti satiare ruina

Pallida Tisiphone, concisaq; vulnera mande.

35 *Ad Strygios manes laceratus ducitur orbis.*

F

Vix

122 PETRŌNII ARBITRI

Vix dū finierat, quū fulgure rupta corusco
 Intremuit nubes, elisóque abscidit ignes,
 Subsedit pater umbrarum, gremiúq; reducto
 Telluris, pavitans fraternos palluit ictus.
 Continuo clades hominum vëturaq; damna §
 Auspiciis patuère Deum, namque ore erueto
 Deformis Titan vultus caligine texit.
 Ciuiles acies iam tum spirare putares.
 Parte alia plenos exstinxit Cynthia vultus,
 Et lucem sceleri subduxit, rupta tonabant 10
 Verticibus lapsis mōtis inga, nec vaga passim
 Flumina per notas ibant orientia ripas.
 Armorū strepitu calum furit, & tuba Mar-
 tem
 Sideribus tremefacta ciet: iamque Aethna 15
 voratur
 Ignib. insolitis, & in athera fulmina mittit.
 Ecce inter tumulos, atque ossa carētia bustis
 Umbrarum facies diro stridore minantur.
 Fax stellis comitata nouis incendia ducit; 20
 Sanguineóq; recens descendit Iuppiter imbre.
 Hac ostenta breui soluit Deus. Exsui omnes
 Quippe moras Caesar, vindictaque actus a-
 more
 Gallica proiecit, ciuilia sustulit arma. 25
 Alpibus aëreis, ubi Graio nomine, vulsa
 Escendunt rupes, nec se patiuntur adiri,
 Est locus Herculeis aris sacer, hūc nine dura
 Claudit hiēs, canoq; ad sidera vertice tollit,
 Calum illinc cecidisse putes, non solis adulti 30
 Mañsuescit radiis, non verni temporis aura:
 Sed glacie concreta rigens, hiemisq; pruinis
 Totū ferre potest humeris minit antibus orbē.
 Hac ubi calcavit Caesar inga milite lato,
 Optavitq; locum, summo de vertice montis 35
 Hesperia

*Hesperia campos latè prospexit, & ambas
Intentans cum voce manus ad sidera, dixit:*

*Iuppiter omnipotens, & tu Saturnia Tellus
Armis lata meis, olimq; onerata triumphis:
5 Testor ad has acies inuitum arcessere Marit,
Inuitas me ferre manus, sed vulnere cogor,
Pulsus ab urbe mea, dum Rhenum sanguine
tingo,*

*Dum Gallos iterum Capitolia nostra petētes
10 Alpbis excludo: vincendo, certior exsul:
Sanguine Germano, sexagintaq; triumphis,
Esse nocēs cœpi, quāquam quos gloria terret.
Aut qui sunt, qui bella volunt? mercedibus
emta,*

*15 Ac viles opera; quorū est mea Roma nouerca,
Vt reor, haud impune; nec hanc sine vindice
dextram*

*Vinciet ignauus, victores ite ferentes,
Ite mei comites, & causam dicite ferro.*

*20 Nāque omnes unum crimen vocat, omni-
bus una*

*Impendet clades, reddenda est gratia vobis:
Non solus vici, quare, quia pœna tropæi.
Imminet, & sordes mernit victoria nostra,*

*25 Iudice Fortuna cadat alea, sumite bellum,
Et tēate manus, certè mea causā peracta est.
Inter tot fortes armatus nescio vinci.*

*Hac ubi personuit, de calo Delphicus ales
Omina lata dedit, pepulitq; meatibus auras.*

*30 Necnon horrendi nemoris de parte sinistra
Insolita voces flamma sonuere sequenti.*

*Ipse nitior Phœbi vulgato latior orbe
Creuit, & aurato pracinxit fulgure vultus.
Fortior ominibus mouit Mauortia signa.*

35 Caesar, & insolitos gressus prior occupat austr.

Prima quidem glacies, & cana iuncta pruina
 Nō pugnavit humus, mitiq; horrore quieuit:
 Sed postquam turma nimbos fregere ligatos,
 Et pauld' quadrupes undarū vincula rupit,
 Incaluerē nives, mox flumina montibus altis
 Undabant modò nata; sed hac quoque iusta
 putares:

Vinctaq; mox stabāt, fluctus stupuere pruina,
 Et pauld' antè lues iam cōcidenda iacebat.
 Tum verò malefida prius vestigia lufit, 10
 Decepitq; pedes, passim turmaq; virique,
 Armāq; congesta strus deplorata iacebant.
 Ecce etiam rigido concussa flumine nubes
 Exonerabantur, nec rupto turbine venti
 Deerant aut tumida confractum grandine 15
 calum:

Ipsa iam nubes rupta super arma cadebant,
 Et concreta gelu Ponti velut unda ruebat.
 Victa erat ingenti Tellus nine, victaq; cali
 Sidera, victa suis harentia flumina ripis; 20
 Nondum Caesar erat: sed magnam nixus in
 hastam

Horrida securis frangebat gressibus arua.
 Qualis Caucasæa decurrens arduus arce
 Amphitryoniades; aut toruo Iupiter ore, 25
 Quum se verticibus magni demisit Olympi,
 Et periturorum disiecit tela Gigantum.

Dum Caesar tumidas iratus deprimat arcet:
 Interea volucer motis conterrita pinnis
 Fama volat, sūmiq; petit iuga celsa Palati, 30
 Atq; hæc Romano attonito fert omnia signa:
 Iam classes fluitare mari, totasq; per Alpes
 Feruere Germano perfusas sanguine turmas.
 Arma, cruor, cades, incendia, totaq; bella
 Ante oculos volitant. ergo pulsata tumultu 35
 Pectora

*Pectora per dubias scinduntur territa caussas.
Huic fuga per terras, illi magis unda probatur;*

*Et patria est Pötus iä tutior. est magis, arma
5 Qui temtata velit: fatisq; iubentibus actus.
Quantum quisque timet, tantum fugit. ocyor
ipse*

*Hos inter motus populus, miserabile visu,
Quo mens icta iubet, desertä ducitur urbe.
10 Gaudet Roma fuga, debellatq; Quirites
Rumoris sonitu marentia tecta relinquunt.
Ille manu trepida natos tenet: ille penates
Occultat gremio, deploratúmque relinquit
Limen, & absentem votis interficit hostem.*

*15 Sunt qui cöiugibus marëtia pectora iungant.
Grandavósq; patres: onerisq; ignara iuuetus
Id, pro quo metuit, tantüm trahit. omnia secum
Hic vehit imprudens, pradámque in pralia
ducit.*

*20 Ac velut ex alto quum magnus inhorruit
Auster,*

*Et pulsas euertit aquas, non arma ministris,
Non regimē prodest: ligat alter pödera pinus.
Alter tuta sinu tranquillaq; littora quarit:*

*25 Is dat vela fuga, Fortunaq; omnia credit.
Quid tä parua queror? gemino cum Consule
Magnus*

*Ille tremor Ponti, saui quoq; terror Hydaspis,
Et piratarū scopulus: modò quem ter ouätém*

*30 Iuppiter horruerat; quem fracto in gurgite
Pontus,*

*Et veneratus erat summissa Bosphorus unda,
Pro pudor! Imperij deserto nomine fugit.*

*35 Vt Fortuna lenis Magni quoque terga vi-
deret.*

126 PETRONII ARBITRI

Ergo tanta lues Diuam quoque numina
vidit;

Consensitq; fuga cali timor. ecce per orbem
Mitis turba Deum, terras exosa furentes
Deserit, atque hominum damnatum auerti-
tur agmen.

Pax prima ante alias, niueos pulsata lacertos
Abcondit galea victum caput, atque relicto
Orbe fugax Ditis petit implacabile regnum.
Huic comes it summissa Fides, & crine soluto 10

Iustitia, ac mærens lacera Concordia palla.
At contra, sedes Erebi qua rupta dehiscit
Emergit latè Ditis ebrius, horrida Erinnyis,
Et Bellona minax, fasibusq; armata Megara
Lethumq; insidiaq; & lurida Mortis imago. 15

Quas inter Furor, abruptis ceu liber habenis,
Sanguineum latè tollit caput, oraq; mille
Vulneribus confossa cruenta casside velas.

Hæret detritus laua Mauortius umbo,
Innumerabilibus telis grauis: atque flagranti 20
Stipite dextra minax terris incendia portat.

Sentit terra Deos, mutatq; sidera pondus
Quasi suere suum. namque omnis Regia cœli
In partes diducta ruit: primūmq; Dione
Casaris acta sui ducit. comes additur illi 25
Pallas, & ingentem quatiens Mauortius ha-
stam;

Magnaq; cū Phœbo soror, & Cyllenia proles
Excipit, ac totis similis Tirynthius actis.

Intremuere tuba, ac scisso discordia crine 30
Extulit ad superos Stygiū caput. huius in ore
Concretus sanguis, contusaq; lumina flebant.

Stabant arati scabra rubigine dentes;
Tabo lingua fluens, obsessa draconibus ora,
Atque intortito laceratam pectore vestem 35
Sanguis.

- Sanguineâ tremula quatiebat lâpada dextra,
Hac ut Cocyti tenebras, & Tartara liquit,
Alta petit gradiens iuga nobilis Apennini,
Vnde omnes terras, atque omnia littora posset
5 Adspicere, ac toto fluitantes orbe catervas;
Atque has erumpit furibundo pectore voces:
Sumite nunc gētes accensis mētibus arma;
Sumite, & in medias immittite lampadas
urbes.*
- 10 *Vincetur quicumque latet; non foemina cesset,
Non puer, aut aeo iam desolata senectus.
Ipsa tremat Tellus, laceratâq; tecta rebellent.
Tu legem Marcelle tene: tu concute plebem
Curio, tu fortē ne supprime Lentule Martem.*
- 15 *Quid porro tu Diue tuis cunctaris in armis?
Non frangis portas? non muris oppida soluis,
Thesaurōsq; rapis? nescis tu Magne tueri
Romanas arces? Epidauria mœnia quare,
Thessalicōsq; sinus humano sanguine tingue.*
- 20 *Factū est in terris, quicquid Discordia iussit.
Quum hæc Eumolpus ingenti volubilitate EN-
te verborum effudisset, tandem Crotona COI-
intrauimus: vbi quidem paruo diuersorio PLYS.
refecti, postero die amplioris fortunæ do-*
- 25 *mum quærentes incidimus in turbam he-
redipetarum, sciscitantium quod genus ho-
minum, aut vnde veniremus. Ex præscri-
pto ergo consilij communis, ex aggerata
verborum volubilitate, vnde, aut qui esse-*
- 30 *mus, haud dubiè credentibus indicauimus.
Qui statim opes suas summo cum certa-
mine in Eumolpum congesserunt. certa-
tim omnes muneribus gratiam Eumolpi
solicitant. * * **
- 35 *Dum hæc magno tempore Crotonæ agun-
tur,*

128 PETRONII ARBITRI

tur, & Eumotpus felicitate plenus prioris
 fortunæ esset oblitus statum, adeò vt suis
 iactaret neminem gratiæ suæ ibi posse re-
 sistere, impuneque suos, si quid deliquissent
 in ea vrbe, beneficio amicorum laturos. Ceterum ego, etsi quotidie magis magisque
 superfluentibus bonis saginatum corpus
 impleueram, putabamque à custodia mei
 remouisse vultum Fortunam: tamen sapius
 tam consuetudinem meam cogitabam
 quàm caussam. &, Quid aiebam, si calli-
 dus captator exploratorem in Africam mi-
 serit, mendaciumque deprehenderit no-
 strum? Quid si etiam mercenarius præsen-
 ti felicitate lassus indicium ad amicos de-
 tulerit, totamque fallaciam inuidiosa pro-
 ditione detexerit? Nempe rursus fugièn-
 dum erit, & tandem expugnata pauper-
 tas noua mendicitate reuocanda. Dij de-
 que quàm malè est extra legem viuenti-
 bus! quicquid meruerunt semper exspe-
 ctant. *

*Thyffis
 ancilla
 Circes
 ad Pol-
 lenum.*

Quia nosti Venerem tuam, superbiam ca-
 ptas, vendisque amplexus, non commodas.
 Quò enim spectant flexæ pectine comæ? 25
 quò facies medicamine attrita, & oculo-
 rum quoquo mobilis petulantia? quò in-
 cessus tutè compositus; & ne vestigia qui-
 dem pedum extra mensuram aberrantia,
 nisi quòd formam prostituisti; vt vendas? 30
 Vides me? nec auguria noui, nec Mathe-
 maticorum cælum curare soleo: ex vultu-
 bus tamen hominum mores colligo, &
 cum spatiantem vidi, quid cogites, scio. Si-
 ue ergo nobis vendis quod peto, mercator 35
 paratus

paratus est : siue, quod humanius est, commodas, effice ut beneficium debeam. Nam quod seruum te & humilem fateris, accendis desiderium æstuantis. Quædam enim
5 fœminæ sordibus calent, nec libidinem concitant, nisi aut seruos viderint, aut statores altius cinctos, harenarius aliquas accendit, aut perfusus puluere mulio, aut histrio scenæ ostentatione traductus. Ex hac
10 nota domina est mea usque ab orchestra quatuordecim transilit, & in extrema plebe quærit quod diligat. Itaque oratione blandissima plenus, Rogo, inquam, numquid illa, quæ me amat, tu es? Multum risit ancilla
15 post tam frigidum scema, & Nolo, inquit, tibi tam valde placeas: ego adhuc seruo numquam succubui, nec hoc dii sinant, ut amplexus meos in crucem mittam. Viderint matronæ, quæ flagellorum vestigia
20 obosculantur: ego, etiam si ancilla sum, nunquam tamen nisi in equestribus sedeo. Mirari equidem tam discordem libidinem cœpi, atque inter monstra numerare, quod ancilla haberet matronæ superbiam, & ma-
25 trona ancillæ humilitatem. Procedentibus deinde longius logis, rogavi ancillam ut in platanona produceret dominam. Placuit puellæ consilium. itaque collegit altius tunicam, flexitque se in eum daphnona, qui ambulationi hærebat. nec diu mo-
30 rata, dominam producit è latebris, laterisque applicat meo mulierem omnibus simulacris emendatiorem. Nulla vox est, quæ formam eius possit comprehendere:
35 nam quidquid dixero minus erit. Crines

F 5 ingenio

ingenio suo flexi, per totos sese humeros effuderat: frons minima, & quæ radices capillorum retrò flexerat: supercilia usque ad malarum stricturam currentia, & rursus confusio luminum pæne permixta: oculi clariores stellis extra lunam fulgentibus: nares paululum inflexæ: & osculum, quale Praxiteles habere Dianam credidit. Iam mētum, iam ceruix, iam manus, iam pedum candor intra auri gracile vinculum positus, 10 Parium marmor exstinxerat. Itaque tunc primum Dorida vetus amator contempsit.
Qui factum est, quod tu proiectis Iuppiter armis,

Inter calicolas fabula muta taces? 15
Nunc erat à torua summittere cornua frōte,
Nunc pluma canos dissimulare tuos.
Hac vera est Danaë, tenta modò tangere corpus,

Iam tua flāmifero membra calore fluent. 20
 Delectata illa risit tam blandum, ut videretur mihi plenum os extra nubem Luna proferre. Mox digitis gubernantibus vocem; Si non fastidis, inquit, fœminam ornatam, & hoc primum anno virum expertam concilio tibi, ô iuuenis, sororem. habes tu quidem & fratrem, neque enim me piguit inquirere: sed quid prohibet & sororem adoptare? eodem gradu venio: tu tantum dignare & meum osculum, cum libuerit, agnoscere. Immo, inquam ego, per formam tuam te rogo, ne fastidias hominem peregrinum inter cultores admittere: inuenies religiosum, si te adorari permiseris. Ac, ne me iudices ad hoc templum amoris gratis 30 accedere,

- accedere, dono tibi fratrem meum. Quid?
inquit illa, donas mihi eum, sine quo non
potes vivere? ex cuius osculo pendes? quem
sic tu amas, quemadmodum ego te volo?
7 Hæc ipsa cum diceret, tanta gratia conci-
liabat vocem loquentis, tam dulcis sonus
pertentatum mulcebat aëra, ut putares
inter auras canere Sirenium concordiam.
Itaque miranti, & toto mihi cælo clariùs
10 nescio quid relucente, libuit deæ nomen
querere. Ira, inquit, non dixit tibi ancil-
la mea, me Circeam vocari? non sum quidem
Solis progenies; nec mea mater, dum placet,
labentis mundi cursu detinuit: habebo tamē
15 quod cælo imputem, si nos fata coniunxe-
rint. Immò etiam nescio quid tacitis cogi-
tationibus Deus agit: nec sine causa Polyæ-
non Circe amat. Semper inter hæc nomina
fax surgit. Sume ergo amplexum, si placet.
20 neque est quod curiosum aliquem extimes-
cas, longè ab hoc loco frater est. Dixit hæc:
Circe, implicitumque me brachiis mol-
lioribus pluma, deduxit in terram vario
gramine indutam.
25 *Idæo quales fudit de vertice flores
Terra parens, cum se confesso iunxit amor:
Iuppiter, & toto concepit pectore flammæ:
Emicuere rosa, violaq, & molle cyperon,
Albæq, de viridi riserunt lilia prato:*
30 *Talis humus Venerem molles clinauit in her-
bas,
Candidiorque dies secreto favit amor.*
In hoc gramine pariter compositi mille:
osculis lusimus, quærentes voluptatem ro-
35 bustam. * *

*Circe
 ad Pol-
 litem.*

Quid est, inquit, numquid te osculum
 meum offendit? numquid spiritus ieiunio
 macer? numquid alarum neglegens sudor?
 Porro, si hæc non sunt, numquid Gnythona
 rimes? Perfusus ego rubore manifesto, et
 iam si quid habueram virium perdidit, to-
 tūq; corpore velut luxato, Quæso, inquam,
 Regina, noli suggillare miseras: veneficio
 contactus sum. *

CIR- Dic Chrysis, sed verum. numquid indecens 10
 CE. sum? numquid incompta? numquid ab
 aliquo naturali vitio formam meam exco-
 co? noli decipere dominam tuam: nescio
 quid peccauimus. Rapuit, deinde tacenti
 speculum: & postquam omnes vultus tem- 15
 ptauit quos solet inter amantes risus fran-
 gere, excussit vexatam solo vestem, raptim-
 que ædem Veneris intrauit. Ego contrà
 damnatus, & quasi quodam visu in horro-
 rem perductus, interrogare animum meum 20
 cepi an vera voluptate fraudatus essem.

*Nocte seporifera veluti cùm somnia ludunt
 Errantes oculos, effossaq; protulit aurum
 In lucē tellus, versat manus improba furtil,
 Thesaurósq; rapit, sudor quoque perluit ora, 25
 Et mentem timor altus habet, ne fortè gra-
 uatum*

*Excutiat grèmium secreti conscius auri.
 Mox ubi fugerunt elusam gaudia mentem,
 Veràque forma redit, animus quod perdidit 30
 optat,*

Atque in præterita se totus imagine versat.

*Gny-
 then ad
 Encol-
 pium.*

Itaque hoc nomine tibi gratias ago, quod
 me Socratica fide diligis. Non tam inta- 35
 ctus

etus Alcibiades in præceptoris sui lectulo iacuit. * *

Crede mihi, frater, non intellego me vi- *Enco-*
rum esse, non sentio, funerata est pars illa *pini ad*
5 corporis, qua quondam Achilles eram. * * *Gny-*
thonē.

Veritus puer ne in secreto deprehensus da-
ret sermonibus locum, proripuit se, & in
partem ædium interiorē fugit. * * Cu-
biculum autem meum intrauit Chrysis, co-
10 dicillōsque mihi dominæ suæ reddidit, in
quibus hæc erant scripta. C I R C E P O -
L Y Æ N O S A L V T E M. Si libidinosa es-
sem, quereretur decepta, nunc etiam languo-
ri tuo gratias ago. In vmbra voluptatis
15 diutius lusi. quid tandem agas, quæro, & an
tuis pedibus perueneris domum. negant
enim medici sine nervis homines ambula-
re posse. Narrabo tibi adulescens, paralyſim
gauc. nunquam ego ægrum tam magno pe-
20 riculo vidi. me dius fidius iam peristi. Quod
si idem frigus genua manūsque tentauerit
tuas, licet ad tubicines mittas. Quid ergo
est? etiamſi grauem iniuriam accepi, ho-
mini tamen misero non inuideo medici-
25 nam. Si vis sanus esse, Gnythonem roga: re-
cipies, inquam, nervos tuos, si triduo sine
fratre dormieris. nam quod ad me attinet,
non timeo ne quis inueniatur, cui min⁹
placeam. nec speculum mihi, nec fama
30 mentitur. Vale si potes. Vt intellexit Chry-
sis me perlegisse totum conuiciū: Solent,
inquit, hæc, fieri, & præcipuè in hac ciui-
tate, in qua mulieres etiam Lunam dedū-
cunt. *

35 Itaque huius quoque rei cura agetur, re-
scribe

scribe modo blandius dominæ, animûm-
 que eius candida humanitate restitue. ve-
 rum enim fatendum est, ex qua hora initu-
 riam accepit, apud se non est. Libenter qui-
 dem parui ancillæ, verbæque codicillis ta- 5
 lia imposui: POLYÆNOS CIRCÆ SA-
 LUTEM. Fateor me, domina, sæpe peccas-
 se: nam & homo sum, & adhuc iuuenis:
 nunquam tamen ante hunc diem vsque ad
 mortem deliqui. Habes, inquam, confiten- 10
 tem reum: quicquid iasseris, merui. prodi-
 tionem feci, hominem occidi, templum
 violauī. In hæc facinora quære supplicium.
 Siue occidere placet, ferro meo venio: siue
 verberibus contenta es, curro nudus ad do- 15
 minam. Illud vnum memento, non me, sed
 instrumenta peccasse. paratus miles arma
 non habui. quis hæc turbauerit, nescio: for-
 sitan animus antecessit corporis morâ. for-
 sitan dum omnia concupisco, voluptatem 20
 tempore consumpsi. non inuenio quod fe-
 ci. Paralyfin tamen cauere iubes, tamquam
 iam maior fieri possit, quæ abstulit mihi,
 per quod etiam te habere potui. Summa ta-
 men excusationis meæ hæc est: Placebo ti- 25
 bi, si me culpam emendare permiseris. Vale.
 Dimissa eū eiusmodi pollicitatione Chry-
 side, curauī diligentius noxiosissimum cor-
 pus, balneoque præterito modica vñctione
 vsus, mox cibis validioribus pastus, id est, 30
 bulbis, cochlearumque sine iure ceruicibus,
 hausi parcius merum: hinc ante somnum.
 leuissima ambulatione cōpositus sine Gny-
 rone cubiculum intraui. Tanta erat placan-
 di cura, vt timerem ne latus meum fra- 35
 ter con-

ter conuelleret. Postero die, cum sine of-
fensa corporis animique consurrexissem, in
eundem platanona descendi, etiamsi locum
inauspdatum timebam, cœpique inter ar-
bores ducem itineris expectare Chrysi-
dem. Nec diu spatatus confederam, ubi
hesterno die fueram, cùm illa interuenit,
comitem aniculam trahens. Atque, vt me
consalutauit; Quid est, inquit, fastose, ec-
quid bonam mentem habere cœpisti? Illa
de sinu licium protulit: varij coloris filis
intortum, ceruicemque vinxit meam. Mox
turbatum sputo puluerem medio sustulit
digito, frontemque repugnantis signauit.
hoc peracto carmine, ter me iussit expue-
re, terque lapillos conicere in sinum, quos
ipsa præcantatos purpura inuoluerat, ad-
motisque manibus temprare cœpit ingui-
num vires. Dicto citius nerui paruerunt
imperio, manusque aniculæ ingenti motu,
repleuerunt. At illa gaudio exultans, Vi-
des, inquit, Chrysis mea, vides quod alis le-
porem excitauit. *

*Dum vinis, sperare licet: tu rustice custos
Huc ades, & nervis tente Priape faue.*

*. *

*Nobilis æstiuas platanus diffuderat umbras.
Et circumtonsa trepidanti vertice pinus,
Et baccis redimita daphne, tremulaq; cupressus.*

30

*Has inter ludebat quis errantibus annis
Spumens, & querula versabat rore lapillos.
Dignus amore locus, testis syluester Iasdon.
Atque urbana Progne: qua circum gramina*

35

fusa:

Et molles

Et mōlles violas, cantu sua rura colebant.

Premebat illa resoluta marmoreis ceruicibus aureum torū, myrtóque florenti quietum verberabat. Itaque ut me vidit, paululum erubuit, hesternæ scilicet iniuriæ memor: deinde ut remotis omnibus secundum inuitantem consedi. ramum super oculos meos posuit, & quasi pariete interiecto audacior facta: Quid est, inquit, paralytice, ecquid hodie totus venisti? Rogas, inquam ego, potius quàm temtas? totoque corpore in amplexum eius immissus non precantis vsque ad satietatem osculis fruor. * *

Encolpius de Endymione puero. Ipsa corporis pulchritudine me ad se vocante trahebat ad Venerem. iam pluribus osculis collisa labra crepitabant. iam implicitæ manus omne genus amoris inuenerant: iam alligata mutuo ambitu corpora, animarum quoque mixturam fecerant. ** 10 Manifesta matrona contumeliis verberata, tandem ad ultionem decurrit, vocatque cubicularios, & me iubet catorogare. Nec contenta mulier tam graui iniuria mea, conuocat omnes quasillarias, familiæque sordidissimā partem, ac me conspui iubet. Oppono ego manus oculis meis, nullisque precibus effusus, quia sciebam quid meruissem, verberibus spatisque extra ianuam eiectus sum. Eiicitur & Proselenos, Chrysis vapulat, totaque familiā tristis inter se misfat, queritque quis dominæ hilaritatem confuderit. * *

Itaque pensatis vibicibus animosior verberum notas arte contexi, ne aut Eumolpus 35
centume

contumelia mea hilarior fieret, aut tristior
Gnython. Quod solum igitur saluo pudore
poteram confingere, languorem simula-
re cœpi, conditusque lectulo, torum ignem
5 furoris in eam conuerti, quæ mihi omnium
malorum causa fuerat.

*Ter corripui terribilem manu bipennem,
Ter languidior coliculi repente thyrsos,
Ferrum timui, quod trepido male dabat usum.*

10 *Nec iam poteram, quod modò conficere libebat.
Namque illa metu frigidior rigente bruma
Confugerat in viscera mille aperta rugis.
Ita non potui supplicio caput aperire:
Sed fulcifera mortifero timore lusus.*

15 *Ad verba, magis qua poterant nocere, fugi.*
Erectus igitur in cubitum, hac fere oratio-
ne contumacem vexaui: Quid dicis, in-
quam, omnium hominum deorumque pu-
dor? nam nec nominare quidem te inter
20 res serias fas est. Hoc de te merui, ut me in
cælo positum ad inferos traheres? ut tra-
duceres annos primo florentes vigore, se-
nectæque ultimæ mihi lassitudinem impe-
neres? Rogo te, mihi apodixin defuncto-
25 riam redde. Hæc ut iratus effudi;

*Illæ solo fixos oculos auersa tenebat:
Nec magis incepto vultu sermone mouetur,
Quam lenta salices, lassæve papauera collo.
Nec minùs ego tam fœda obiurgatione fi-*

30 *nita, pœnitentiam agere sermonis mei cœ-
pi, secretoque rubore perfundi, quod obli-
tus verecundiæ meæ, cum ea parte corpo-
ris verba contulerim, quàm ne ad cogni-
tionem quidem admittere seuerioris no-*
35 *tæ homines solent. Mox perfricata diutius
fronte,*

fronte, Quid autem ego, inquam, malum
feci, si dolorem meum naturali conuicio
exoneravi? aut quid est, quod in corpore
humano vètri maledicere solemus, aut gu-
læ, capitiqûe etiam, cum sæpius dolet? quid?
non & Vlyxes cum corde litigat suo? Et
quidem tragici oculos suos tamquam au-
dientes castigant. Podagrii pedibus suis
maledicunt, chiragmici manibus, lipi ocu-
lis; & qui offenderunt sæpe digitos, quic- 10
quid doloris habent, in pedes deferunt.

Quid me constricta spectatis fronte Catones,

Damnatisq; noua simplicitatis opus?

Sermonis puri non tristis gratia ridet,

Quòdque facit populus, candida lingua 15
refert.

Nam quis concubitus, Veneris quis gaudia
nescit?

Quis vetat in tepido membra calere toror?

Ipse pater veri doctus Epicurus in arte 20

Iussit, & hanc vitam dixit habere Deos.

Nihil est hominum inepta persuasione fal-
sus, nec ficta seueritate ineptius. Hac de-
clamatione finita Gnythona voco, &, Nar-
ra mihi, inquam, frater, sed tua fide; ea no- 25
tè, qua te mihi Ascyltos subduxit, vsque in
iniuriam vigilauit: an contentus fuit vidua
pudicaqûe nocte? Tetigit puer oculos suos,
conceptissimisqûe iurauit verbis sibi ab
Ascylto nullam vim factam * * po- 30
sitòque in limine genu, sic deprecatus sum
numina versu.

Nympharum Bacchiq; comes, quem pulchra
Dione

Dinitibus syluis numen dedit, inchyta parat 35
Cui

Cui Lesbos, viridisq; Thasos, quem Lydus ad-
orat

Vestifluus, templumq; tuis imponit Hypæpis:
Huc ades, ô Bacchi tutor, Dryadumq; vo-
luptas,

Et timidas admitte preces: nō sanguine tristē
Perfusus venio; non templis impius hostis
Admoui dextram, sed inops, & rebus egenus
Attritis, facinus non toto corpore feci.

10 Quisquis peccat inops, minor est reus. Hæc
prece quaeso

Exonera mentem, culpaq; ignosce minori.
Et quandoq; mihi fortuna adriserit hora,
Nō sine honore tuū patiar decus: ibit ad aras

15 Sancte tuas hircus, pecoris pater ibit ad aras
Corniger, & querula fœtus suis, hostia lactēs,
Spumabit pateris hornus liquor: & ter ouantō
Circa delubrum gressum feret ebria pubes.

Dum hæc ago, solertiq; cura deposito

20 meo caueo, intrauit delubrum anus lacera-
tis crinibus atrâque veste deformis; extra-
que vestibulum me iniecta manu duxit. *

Quæ striges comederunt nervos tuos? aut *Profer*
quod purgamētum nocte calcasti in triuiō *lenos*
25 aut cadauer? Nec à puero quidem te vindi- *anus*
casti: sed mollis, debilis, lassus, tamquam ca- *ad En-*
ballus in cliuo, & operam & sudorem per- *colpiū.*
didisti; nec contentus ipse peccare, mihi
deos iratos excitasti. * ac me iterum in

30 cellam sacerdotis nihil recusantem perdu- *COL-*
xit, impulitque super lectum, & harūdinem *PIVS.*
ab ostio rapuit: iterumque nihil respōden-
tem mulcauit. ac nisi primo ictu harundo
quassata verberantis impetum minuisset,
35 forsitan etiam brachia mea, caputque fre-
gisset.

Profe-
denos
ad E-
notheā
sacer-
dotem
Priapi
de En-
colpio.

gisset. Ingemui ego, utique propter mascar-
pionem, lacrymisque vbertim manantibus
obscuratum dextra caput super puluinum
inclinaui. Nec minùs illa fletu confusa al-
tera parte lectuli sedit, etatisque lōguā mo- 5
ram tremulis vocibus cōpit accusare, do-
nec interuenit sacerdos: Quid vos, inquit,
in cellam meam tamquam ante recens bu-
stū venistis? utique die feriarū, quo etiam
lugentes rident? O, inquit, ō Enothea; hunc 10
adulescentem quem vides, malo astrō na-
tus est: nam neque puero, neque puellæ bo-
na sua vendere potest. Numquam tu homi-
nem tam infelicem vidisti: lorum in aqua,
non inguina habet. Ad summam, qualem 15
putas esse, qui de Circes toro sine voluptate
surrexit? His auditis Enothea, inter vtrun-
que cōsedit, motōque diutius capite, Istum,
inquit, morbum sola sum quæ emendare
scio. Et ne putetis perplexē agere, rogo ut 20
adulescentulus mecum nocte dormiat, nisi
illud tam rigidum reddidero quā cornu.
*Quicquid in orbe vides, paret mihi, florida
tellus,*

*Quum vol: spissatis arefcit languida sulcis: 25
Quum volo, fundis opes; scopulisq; atque hor-
rida saxa*

*Niliacas iaculatur aquas, mihi pōtus inertas
Summittit fluctus: Zephyriq; tacētia ponunt
Ante meos sua flabra pedes. mihi flumina 30
parent,*

*Hircanēq; tygres, & iussi stare dracones.
Quid leuiora loquor? Luna descendit imago
Carminibus deducta meis, trepidusq; furēs
Flectere Phœbus equos reuoluto cogitur orbe. 35
Tantū*

*Tantum dicta valēt. taurorū flāma quiescit
Virgineis exstincta sacris : Phœbeia Circe
Carminibus magicis socios mutauit Vlyxis:
Proteus esse solet quidquid libet. his ego callēs*

5 *Artibus, Ideo frutices in gurgite sistam,*

Et rursus fluuios in summo vertice ponam.

Inhorrui ego tam fabulosa pollicitatione EN-
conterritus, animumque inspicere diligentius COL-
cepī. Ergo, exclamat, ō Enothea, imperio PIVS.

10 para te : deterfisque curiosē manibus, incli-
nauit se in lectulum , ac me semel iterum-
que basiauit. Enothea mensam veterem po-
suit in medio altari , quam viuis impleuit
carbonibus , & camellam etiā vetustate ru-

15 ptam pice temperata refecit. Tum clauum,
qui detrahentem secutus cum camella li-
gnea fuerat, fumoso parieti reddidit : mox
incincta quadrato pallio cucumam ingen-
tem foco adposuit : simulque pannum de

20 carnario detulit furca , in quo faba erat ad
vsum reposita, & sincipitis vetustissima par-
ticula mille plagis dolata. Vt soluit ergo
licio pānum, partem leguminis super men-
sam effudit, iussitque me diligenter purga-

25 re. Seruio ego imperio, granāque sordidissi-
mis putaminibus vestita curiosa manu se-
grego. At illa inertiam meam accusans im-
proba tollit , dentibúsque folliculos peritē
spoliāt , atque in terram veluti muscarum
30 imagines despuit. Mirabile quidem pau-
pertatis ingenium , singularumque rerum
quasdam artes. *

*Nō Indū fulgebat ebur, quod inhaferat auro,
Nec iam calcato radiabat marmore terra*

35 *Muneribus delusū suis : sed crato saligna
Impositum*

242 PETRONII ARBITRI

*Impositum Cereris vacua nemus, & nona
terra*

*Pocula, qua facili vilis rota sinxerat actu.
Hinc mollis stilla lacus, & de caudice lento
Viminia lances, maculataq; testa Lyao:*

5

*At paries circa palea satiatius inani,
Fortuitoq; luto: clauus numerabat agrestis.
Et viridi iunco gracilis pendebat harundo.
Præterea qua fumoso suspensa tigillo,
Conseruabat opes humilis casa, mitia sorba
Inter odoratas pendebant texta coronas,
Et tymbra veteres, & passis uua racemis.
Qualis in Actæa quondam fuit hospita terra
Digna sacris Hecates, quam Musa loquenti-*

bis annis

15

*Battiada veteris mirando tradidit auo. **
Dum illa carnis etiam paululum delibat,
& coæquali natalium suorum sinciput in
carnarium furca reponit, fracta est putris
fella, quæ staturæ altitudinem adiecerat, 20
anumque suo pondere deiectam super fo-
culum mittit. frangitur ergo ceruix cucu-
mulæ, ignemque modò conualescentem
extinguit. vexat cubitum ipsa stipite ar-
dèri, faciémque totam excitato cinere per- 25
fudit. Consurrexi equidem turbatus, anum-
que non sine risu meo crexi: statimque, ne
res aliqua sacrificium moraretur, ad resi-
ciendum ignem in vicinia cucurri. vix ad
casæ ostium processeram, quum ecce tres 30
anferes sacri, qui, ut puto, medio die sole-
bant ab anu diaria exigere, impetum in me
faciunt, fœdeque, ac veluti rabioso strido-
re circumstant trepidantem: atque alius
tunicam meâ lacerat, alius vincula calcia- 35
mento

mentorū resoluit, ac trahit : vnus etiam,
dux ac magister scuitiæ, non dubitauit crur
meum serrato vexare morsu. Oblitus ita-
que nugarum, pedem mensulæ extorsit, cœ-
pique pugnacissimum animal armata cli-
dere manu : nec satiatuſ defunctorio ictu,
morte me anseris vindicaui.

*Tales Herculeæ Stympthalidæ arte coactas
Ad calum fugisse reor, sanieq; fluentes*

- 10 *Harpyias, cum Phineo maduere veneno
Fallaces epula. tremuit perterritus æther
Planctibus insolitis, confusaq; regia celi.*
Iam reliqui reuolutam, passimq; per to-
tum effusam pauimentum collegerant fa-
bam, orbarique, vt existimo, duce, redierant
15 in templum, quum ego præda simul atque
hac vindicta gaudens, post lectum, occisum
anserem mitto, vulnúsque cruris haud al-
tum aceto diluo. Deinde conuicium ve-
20 rens, abeundi formaui consilium : colle-
ctoque cultu meo ise extra casam cœpi.
Nec dum liberaueram cellulæ limen, quum
animaduërto Enotheam cum toſto ignis
pleno venientem. Reduxi igitur gradum,
25 proiectaque veste tamquam expectare mo-
râtem, in aditu steti. Collocauit illa ignem
cassidibus harundinibus collectum, ingestisque
super pluribus lignis excusare cœpit mo-
ram, quòd amica se non dimisisset tribus
30 nisi potionibus è lege siccatis. Quid porro
tu, inquit, me absente fecisti ? aut vbi est fa-
ba ? Ego, qui putauerâ me rem laude etiam
dignam fecisse, ordine illi totum prælium
exposui ; & ne diutius tristis esset, iacturæ
35 pensionem anserem obtuli. quum protuli
anserem,

anserem, anus ut vidit, tam magnum æque
clamorem sustulit, ut putares iterum anse-
res limen intrasse. Confusus itaque & no-
uitate facinoris attonitus, quærebam quid
excāduisset, aut quare anseris potius quam
mei miseretur. At illa comploſis mani-
bus, Scelerate, inquit, etiam loqueris? nescis
quàm magnū flagitium admiseris. Occidi-
ſti Priapi delicias, anserē omnibus matro-
nis acceptissimum. Itaque ne te putes nihil
egisse, si magistratus hoc scierint, ibis in
crucem. Polluisti sanguine domicilium
meum ante hunc diem inuiolatum; fecisti-
que, ut me quisquis voluerit inimicus sa-
cerdorio pellat.

*Hæc ait, & tremulo deduxit vertice canos,
Consecuitq; genas, oculis nec defuit imber.
Sed qualis rapitur per valles improbus amnis
Quū gelida periēre nives, & lægūidus Auster
Non patitur glaciem resoluta viuere terra.
Gurgite sic pleno facies manauit, & alto
Insonuit gemitu turbatum murmure pectus.
Rogo, inquam, noli clamare: ego tibi pro
ansere struthiocamelum reddam. Dum
hæc me stupente in lectulo sedet, anseris-
que fatum complorat, interim Proſelenos
cum impensa sacrificij venit, viſoque anse-
re occiso, sciscitata cauſſam tristiſſæ, & ip-
sa flere vehementius cœpit, meiſque miſe-
reri, tamquam patrem meum, non publi-
cum anserem occidiſſem. Itaque tædio fa-
tigatus, Rogo, inquam, expiare manus
pretio licet, si vos prouocaſſem, etiamſi ho-
micidium feciſſem? Ecce duos aureos po-
no, unde poſſitis & deos, & anſeres emere.*

Quos

Quos ut vidit Enothea, Ignosce, inquit, adulescens, sollicita sum tua causa: amoris est hoc argumentum, non malignitatis. Itaque dabimus operam, ne quis hoc sciat. Tu modo Deos roga, ut illi facto tuo ignoscant.

*Quisquis habet numos, secunda nauiget aura,
Fortunamque suo temperet arbitrio.*

*Vxorem ducat Danaën, ipsamque licebit
Acrisum iubeat credere, quod Danaën.*

10 *Carmina componat. declamet, concrepet omnes*

Et peragat causas, sitque Catone prior.

*Iuriconsultus PARET, NON PARET,
habeto,*

15 *Atque esto quidquid Servius et Labeo.
Multa loquor: quiduis numis praesentibus opta,
Et veniet. clausum possidet arca Iouem.*

*

Infra manus meas camellam vini posuit, &

20 quum digitos pariter extensos porris apioque lustrasset, auellanas nuces cum precatione misit in vinum: & siue in summum redierat, siue subsederant, ex hoc coniecturam ducebat: nec me fallebat, inanes scilicet,

25 ac sine medulla ventosas nuces in summo humore consistere, graues autem & plenas integro fructu ad ima deferri. *

Recluso pectore extraxit fortissimum iecur, & inde mihi futura praedixit. Immo, ne

30 quod vestigium sceleris superesset, totum anserem laceratum veribus confixit, epulasque etiam lautas paulo antea, ut ipsa dicebat, perituro parauit. Volabant inter haec potiones meracae. *

35 Profert Enothea scortum fascinum, quod
G ut oleo

ut oleo & minuto pipere atque vrticæ trito circumdedit semine, paulatim cœpit inferere ano meo. Hoc crudelissima anus spargit subinde humore fœmina mea. Nasturtij succum cum abrotano miscet, perfusisq; inguinibus meis viridis vrticæ fascem comprehendit, omniâque infra umbilicum cœpit lenta manu cedere. *

Aniculæ, quamvis solutæ mero ac libidine essent, eandem viam temptant, & per aliquos vicos secutæ fugientem, Prehende furem, clamant. Euasit tamen omnibus digitis inter præcipitem decursum cruentatis. *

Chrysis, quæ priorem fortunâ tuam oderat, hanc vel cum periculo capitis persequi destinat. *

Quid huic formæ aut Ariadne habuit, aut Leda simile? quid contra hanc Helene, quid Venus posset? Ipse Paris Dearum liuidinantium iudex, si hanc in comparatione vidisset tam petulantibus oculis, & Helenem huic donasset, & Deas. Saltem si permitteretur osculum capere, si illud cæleste ac diuinum pectus amplecti, forsitan rediret hoc corpus ad vires, & resipiscerent partes beneficio, credo, sopitæ. Nec me contumeliæ lassant: quòd verberatus sum. nescio: quòd eiectus sum, lusum puto, modò redire in gratiam liceat. 30

*

Torum frequenti tractatione vexaui, amoris mei quasi quandam imaginem.

*

Non solùm me numen, & implacabile fatum 35
Perse

*Persequitur. prius Inachia Tyrrhene ira
Exagitatus, onus cali tulit: ante prophanam
Iunonem Pelias sensit: tulit inscius arma
Laomedon. gemini satiauit numinis iram
5 Telephus: & regnum Neptuni pauid Vlyxes.
Me quoq; per terras, per cam Nereos aquor
Hellepontiaci sequitur grauis ira Priapi.*

*

Quærere à Gnythone meo ceppi, num ali-
10 quis me quæsisset. Nemo, inquit, hodie; sed
hesterno die mulier quædam haud incul-
ta ianuam intrauit: quumque diu mecum
esset locuta, & me accersito sermone lassas-
set, ultimò cepit dicere, te noxam meruis-
15 se, daturamque seruiles pœnas, si læsus in
querela perseverasset. *

Nondum querelam finieram, cum Chrysis
interuenit, amplexuque effusissimo me in-
uasit, & Teneo te, inquit, qualem speraue-
20 ram: tu desiderium meum, tu voluptas mea,
nunquam finies hunc ignem, nisi sanguine
extinxis. *

Vnus ex nouitiis seruulis subito accue-
rit, & mihi dominum iratissimum esse as-
35 firmavit, quod biduo iam officio defuis-
sem; rectè ergo me fecurum, si excusatio-
nem aliquam idoneam præperassem. Vix
enim posse fieri, ut rabies irascentis sine
verbere confidat. *

30 Matrona inter primas honesta, Philumene
nomine, quæ multas sæpe hereditates offi-
cio ætatis extorserat, tum anus & floris ex-
stincti, filium filiàmque ingerebat orbis
senibus, & per hanc successionem artem
35 suam perseverabat extendere. Ea ergo

G 2

ad Eu

ad Eumolpum venit, & commendare liberos suos eius prudentiæ, bonitatique credere se & vota sua. Illum esse solum in toto orbe terrarum, qui præceptis etiam salubribus instruere iuvenes quotidie posset. 5 Ad summam, relinquere se pueros in domo Eumolpi, ut illum loquentem audirent, quæ sola posset hereditas iuuenibus dari. Nec aliter fecit ac dixerat, filiamque speciosissimam cum fratre ephebo in cubiculo reliquit, simulavitque se in templum ire ad vota nuncupanda. Eumolpus, qui tam frugi erat, ut illi etiam ego puer viderer, non distulit puellam inuitare ad Pigiciaca sacra. Sed & podagricum se esse, lumborumque solutorum omnibus dixerat, & si non seruasset integram simulationem, periclitabatur totam penè tragiœdiã euertere. Itaque, ut constaret mendacio fides, puellam quidem exorauit, ut federet supra 20 commendatam bonitatem; Coraci autem imperauit, ut lectum, in quo ipse iacebat, subiret, positisque in pauimento manibus, dominum lumbis suis commoueret. Ille læto parebat imperio, puellæque artificium pari motu remunerabat. Cùm ergo res ad effectum spectaret, clara Eumolpus voce exhortabatur Coraca, ut spissaret officium. Sic inter mercenarium amicamque positus senex, veluti oscillatione ludebat. Hoc 30 semel iterumque ingenti risu, etiam suo, Eumolpus fecerat. Itaque ego quoque, ne desidia consuetudinem perderem, dum frater sororis suæ automata per clostellum miratur, accessi temptaturus an pateretur iniuriam. 35

iuriam. Nec se reiiciebat à blanditiis doctissimus puer, sed me numen inimicum ibi quoque inuenit. *

Dij maiores sunt, qui me restituerunt in integrum. Mercurius enim, qui animas ducere & reducere solet, suis beneficiis reddit mihi quod manus irata præciderat, ut scias me gratiores esse quàm Pratesilaum, aut quemquam alium antiquorum.

10 Hæc locutus sustuli tunicam Eumolpòque me totum approbaui. At ille primò exhorruit: deinde, ut plurimum crederet, utraque manu deorum beneficia tractat. *

Socrates deorum hominùmque * gloriari solebat, quòd numquam neque in tabernam conspexerat, nec ullius turbæ frequentioris concilio oculos suos crediderat. Addeò nihil est commodius quàm semper cum sapientia loqui. Omnia, inquam, ista

20 verà sunt: nec ulli enim celerius homines incidere debent in malam fortunam, quàm qui alienum concupiscunt. Vnde plani autem, unde leuatores viuerent, nisi aut locellos, aut sonantes aère sacellos pro hamis in turbam mitterent? Sicut muta animalia cibo inescantur: sic homines non caperentur spe, nisi aliquid morderent.

* * *

Ex Africa naus, ut promiseras, cum pecunia tua, & familia tua non venit. Captatores iam exhausti liberalitatem imminuerunt. Itaque aut fallor, aut fortuna communis cœpit redire ad poenitentiam suam. EN-COL-PIVS.

* *

35 Omnes qui in testamento meo legata habent, MOI-PVS.

G 3

bent, præter liberos meos, hac conditione percipient quæ dedi, si corpus meum in partes conciderint, & astante populo comederint. Apud quasdam gentes scimus adhuc legem seruari, ut à propinquis suis consumantur defuncti, adeo quidem ut obiurgentur ægri frequenter, quod carnem suam faciant peiorem. His admone amicos meos, ne reculent quæ iubeo, sed quibus animis huouerunt spiritum meum, 10 eisdem etiam corpus consumant. Excæcabat ingens fama oculos, animosque miserorum.

Gorgias paratus erat exsequi. *

De stomachi tui reculatione non habeo 15 quod timeam. sequetur imperium, si promiseris illi pro vnius horæ fastidio multorum bonorum pensationem. Operi modò oculos, & finge te non humana viscera, sed centies sestertium comesse. Accedet 20 huc, quòd aliqua inueniemus blandimenta, quibus saporem mutemus. Neque enim vlla caro per se placet, sed arte quadam corrumpitur, & stomacho conciliatur auerso. Quòd si exemplis vis quoque probari consilium, Saguntini oppressi ab Hannibale, humanas edere carnes: nec hereditatem expectabant. Perauij idem fecerunt in vltima fame, nec quicquam aliud in hac epulatione captabant, nisi tantum ne esuri- 30 rent. Cùm esset Numantia à Scipione capta, inuentæ sunt matres, quæ liberorum suorum tenerent semesa in sinu corpora.

* * *

*Licet mulierum verbalibus undis. Ecce. Sola 35
est Saty.*

SATYRICON. Tyt

est Satyra, qua modum imponit furentibus.
 Scilicet Petronina subit Albutia: has enim
 adlubente, & Plantina Saurea dominatus
 obdormit, & Sulpicilla Ausoniana loquaci-
 tas deperit, Sallustianaq; Sompronia, quamuis
 presens sit, melos raucescit.

* * *

Massilienses, quotiens pestilentia labora-
 bant, unus se ex pauperibus offerebat alen-
 10 dus anno integro publicis & prioribus ci-
 bis. Hic postea ornatus vestibus & vesti-
 bus sacris, circumducebatur per totam ci-
 uitatem cum execrationibus, ut in ipsa
 reciderent mala ciuitatis: & sic proicie-
 25 batur.

* * *

Candida sidereis ardescunt lumina flammis,
 Fundunt colla rosas, & cedit crinibus au-
 rum,

Encof-
 pius ad
 Albu-
 tiam

20 Mellea purpuream depromunt ora ruborem,
 Lacteaq; admixtus sublimat pectora sanguis:
 Ac totus tibi seruit honor, formaq; Dearum
 Fulges, & Venerem caelesti corpore vincis.
 Argento stat facta manus, digitisq; tenellis
 25 Perica fila trahens precioso stamine ludis.
 Planta decēs modicos nescit calcare capillos,
 Et dura ladi scelus est vestigia terra
 Ipsa tuos quum ferre velis per lilia gressus,
 Nulli sternuntum leuiori pondere flores.
 30 Guttura nunc alia magnis monilibus ornēt,
 Aut gemmas aptent capiti: tu sola placere
 Vel spoliata potes. Nulli laudabile totum
 In te cūcta probat si quisquam cornere possit.
 Sirenū cantus, & dulcia plectra Thalia
 35 Ad vocem tacuisse reor, qua mella propagas

G 4 Dulcia,

352 PETRONII ARBITRI

*Dulcia, & in miseros telū iacularis amoris.
Cor graue vulnus alit, nullo sanabile ferro,
Sed tua labra meo sanum de corde dolorem
Depellāt, morbūq; anima medicaminis huius
Cura fuget, nec tāta putres violentia nervos;
Dissecet, atq; tua moriar pro crimine caussa:
Sed si hoc grande putas, saltē cōcede precāti,
Ut iam defunctum niueis ambire lacertis
Digneris, vitāmq; mihi post fata reducas.*

* * *

10

FRAGMENTA SVPE-

RIORIS SATYRICI,

*quæ quibus in locis re-
ponenda sint, incer-
tum est.*

15

*Memphitides puella,
Sacris Deūm parata,*

20

*

*Tinctus colore noctis
Manu puer loquaci.*

*

Aegyptias choreas.

*

Balneatricem.

*

Pollice vsque ad periculum roso.

*

30

Anus recocta vino.

Trementibus labellis.

*

Inuerunt segetes meum laborem.

*

35

Triplici

*Triplici vides ut ortu
Trivialis rotetur ignis,
Volucrique Phœbus axe
Rapidum pererret orbem.*

9

*

Non bene olet, qui bene semper olet.

*

Animam nostro amplexam in corpore.

*

10

*Qui vultur iecor intimè pererrat,
Et pectus trahit, intimasque fibras,
Non est, quem lepidi vocant Poëta;
Sed cordis mala linor atque luctus.*

*

15

*Ad libidinis incitamentum, Myrrhi-
num se poculum bibisse.*

*

In aumatium memet conieci.

*

20

Oborto valgiter labello.

*

*Totus ferè mundus mimum videtur im-
plere.*

*

25

*Non duco contentionis funem, dum
constet inter nos, quòd ferè totus mundus
exerceat histrionem.*

*

— *O maxima verum*

30

*Et meritò pietas homini tutissima vir-
tus.*

*

— *Horrificòq; infestant murmure tigres.*

*

35

Nam contum me vernaes alucitæ mo-

G 5

lesta

lestabant.

*

Postquam ferculum adlatum est.

*

Tot Regum manubiæ penes fugitium ꝑ
reptæ.

*

Satis constat eos nisi inclinatos non so-
lere tranfire cryptam Neapolitanam.

10.

Petauróque subente modo superior.

*

Affer nobis alabastrum Cosmianum.

*

Suppes.

15.

*

Tullia.

*

— *Ineluctabile fatum.*

*

— *Tremebunda superuolat hasta.*

20.

*

Qui præesse cupit, prodesse recusat.

Magnus in exemplo est, cui non suffecit orbis.

*

— *Exciso defossa marmore petra.*

*Quinque pedum fabricata domus, qua nobile
corpus*

Exigua requieuit humo. —

*

Atq; ut vraneoli tenuē formauimus orsum.

30

*

Mille saporatam medicatâ frugibus offam.

*

Nō est forma facis, nec, qua vult bella videri,

Debet

Debet vulgari more placere sibi.
 Dicta, sales, lusus, sermonis gratia, risus,
 Vincunt natura candidioris opus.
 Condit enim formam, quicquid consumitur
 5 artis.

Et, nisi velle subest, gratia tota perit.

*

Nō satis est, quod nos mergis furiosa inuētus:
 Transuersosq; rapit fama sepulta probris?
 10 Anne etiam famuli cognata face sepulti.
 In testamersas luxuriantur opes?
 Vilis seruus habet regni bona; cellaq; capti.
 Deridet festram, Romuleamque casam.
 Idcirco virtus medio iacet obruta cœno:
 15 Nequitia classes candida vela ferunt.

*

Primus in orbe Deos fecit timor: ardua calo
 Fulmina quum caderent, discussaque mœ-
 nia flammis,
 20 Atque ictus flagraret Athos, mox Phœbus
 ad ortus

Lustrata deiectus humo, Lunaq; senectus,
 Et reparatus honos: hinc signa effusa per orōē,
 Et permutatis disunctus mensibus annus
 25 Proiecit vitium hoc: atque error iussit inanis.
 Agricolas primos Cereri dare messis honores:
 Palmitibus plenis Bacchū vincere: Palēmq;
 Pastorū gaudere manu, natat obrutus, omni
 Neptunus demersus aqua: Pallāsq; cauernas
 30 Vindicat. Et voti reus, & qui vendidit orbē.
 Iā sibi quisque Deos auido certamine fingit.

*

Nolo ego semper idē capiti suffūdere costum:
 Nec toto stomachum conciliare mero.
 35 Taurus amat gramen mutata carpere valle,

G. 6

Et

Et fera mutatis sustinet ora cibus.
 Ipsa dies ideo nos grato perluit haustu,
 Quòd permutatis hora recurrit equis.

*

Vxor legitimus debet quasi census amari. 5
 Nec censum vellem semper amare meum.

*

Inueniat quod quisque velit non omnibus
 vnum est
 Quod placet hic spinas colligit, ille rosas. 10

*

Nam nihil est, quod non mortalibus adferat
 usum.

Rebus in aduersis, qua iacuere, iuuant.
 Sic rate demersa vulgam deponderat aurem, 15
 Remcrü leuitas naufraga membra vehit.
 Cum scnuere tubæ, iugulo stat diuitem ferrum,
 Barbara contemptu pralia pannus habet.

*

Linque tuas sedes, alienaque littora quare, 20
 O iuuenis; maior rerum tibi nascitur ordo.
 Ne succundas malis: te nouerit ultimus Ister,
 Te Boreas gelidas, securaque regna Canopi,
 Quiq; renascentem Phœbum, cernuntq; ca-
 dentem. 25

Maior in externas Ithacus descendat arenas.

*

Nam citius flamas mortales ore tenebunt,
 Quam secreta regum: quicquid dimittis in aula,
 Effluit, & subitis rumoribus oppida pulsat. 30
 Nec satis est vulgasse fidem: simulatius exit
 Proditionis opus, famamq; onerare laborat.
 Sic commissæ ferens avidus referare minister
 Fodit humum, Regisq; latentes prodidit aures.
 Excepit nam terra sonos, calamiq; loquentes 35
 Inuenere

Inuenère Midam, qualem narrauerat index,

*

Fallunt nos oculi, vagiq; sensus

Oppressa ratione mentiuntur.

9 Nam turris propè qua quadrata surgit,

Attritis procul angulis rotatur.

Hyblaum refugit satur liquorem,

Et naris cassam frequenter odit.

Hoc illo magis, aut minus placere

10 Non posset, nisi lite destinata

Pugnarent dubio tenore sensus.

*

Somnia, qua mētes ludūt volitatibus umbris,

Non delubra deūm, nec ab aethere numina

15 mittunt,

Sed sibi quisq; facit. nā quā prostrata sopore

Vrguet mēbra quies, & mēs sine pōdere ludit:

Quicquid luce fuit, tenebris, agit. oppida bello

Qui quatit, & flammis miserandas sauit in

20 urbes,

Tela videt, versasq; acies, & funera Regum,

Atque exundātes profuso sanguine campos.

Quin caussas orare solēt, legēsq; forūmque.

Et pauidi cernunt inclusum corde tribunal.

25 Cōdit auarus opes, defossūmq; inuenit aurū.

Venator saltus canibus quatit. eripit undis,

Aut premit euersā periturus nauit a puppim.

Scribit amatori meretrix, dat adultera mu-

nus,

30 Et canis in somnis leporis vestigia latrat.

In noctis spatiū miserorum vulnera durant.

*

Iā nūc ardētes Autumnus fregerat umbras.

Atq; hiemē tepidis spectabat Pkæb⁹ habenis:

35 Iā plātānus inctare comas, iā cæperat uas.

Adnume

Adnumerare suas defecto palmitis vitis:
Ante oculos stabat quicquid promiserat annus.

*

Sic & membra solent auras includere venis,
Qua penitus mersa, quā rursus abire laborāt, 5.
Verberibus rimantur iter: nec desinit ante
Frigidus strictis qui regnat in ossibus horror,
Quā tepidus laxo manavit corpore sudor.

*

Hæc ait, & tremulo deduxit vertice canos, 10
Consecuitq; genas. oculis neq; defuit imber,
Sed qualis rapitur per valles improbus annis
Cū gelida periere nives, & languidus Austro
Non patitur glaciem resoluta vivere terra:
Gurgite sic pleno facies manavit, & alto 15
Insonuit gemitu turbatum murmure pectus:

*

Sic contra rerum natura munera nota
Coruus maturis frugibus ova refert.
Sic format lingua fœtum cū protulit vrsa, 20
Et piscis nullo iunctus amore parit.
Sic Phœbaa chelys vinclo resoluta parentis
Lucina tepidis naribus ova fouet.
Sic sine concubitu textis apes excita ceris
Fernet, & audaci milite castra replet. 25
Non vno contenta valet natura tenore,
Sed permutatas gaudet habere vices:

*

Naufragus eiecta nudus rate, quarit eodem
Pereussum telo, cui sua fata legat. 30
Grandine qui segetes & totā perdidit annū,
In simili deslet tristia fata sinu.
Funera concilians miseros, arbiq; parentes
Coniungunt gemitus, & facit horn pares.
Nos quoque confusis feriemus sidera verbis: 35
Et fama

Et fama est iunctas fortius ire preces.

*

Omnia qua miseras possunt finire querelas,

In promptu voluit candidus esse Deus.

8 Vile olus & duris harentia mora rubetis.

Pugnantis stomachi composuere famem.

Flumine vicino stultus sitit; & riget Euro.

Quum calidus tepido consonat igne rogos.

Lex armata sedet circum infera limina nupta.

10 Nil metuit licito fusa puella toro.

Quod satiare potest, diues natura ministrat.

Quod docet infrenis gloria, sine caret.

*

Iudaus licet & porcinum numen adoret,

15 Et cilli summas adiucet auriculas:

Nitamen & ferro succiderit inguinis oram;

Et nisi nodatum soluerit arte caput,

Exemtus populo, Graiā migrabit ad urbem,

Et non ieiuna sabbata lege premet.

20 Vna est nobilitas argumentūq; coloris

Ingenui, timidas non habuisse manus.

*

Haret detritus laua Mauortius umbo

Innumerabilibus telis grauis, atque flagrantis

25 Stipite dextra minax terris incendia portat.

*

———— Et scuta latentia condunt.

*

———— Torua solum sub fronte latebat.

*

30

Delos, iam stabili reuinata terra,

Olim purpureo mari natabat,

Et moto leuis hinc, & inde vento.

Ibat fluctibus inquieta summis.

35 Mox illam geminis Deus catenis

Hæc

160 F R A G M E N T A .

*Hac alta Giaro ligauit, illac
Constanti Mycona dedit tenendam.*

*

*Catillata geris vadimonia publicum prosti-
bulum.*

*

Diuidias mentis conficit omnis amor.

T. PETRONII

ARBITRI

10

EVSCIVS.

*

Cerberus forensis erat cauidicus.

*

EXPLICIT T. PETRONIVS ¹⁵

ARBITER.

P. PETRONII

RECTORIS

20

DECLAMATIO.

*

*Quid est, indices, dolus? Nimirum ubi
aliquid factum est, quod legi dolet. Habetis
dolum; accipite nunc malum.*

*

PETRONII GRAM-

MATICI

30

F R A G M E N T A .

*Horatius: Quis te redonauit Quiritē Dīs
patrijs? cuius nominatiuus est hic Quirites.*

*

Classica à calādo, id est, vocādo, sūt dicta.

PETRO

PETRONII

AFRANII

5 EPIGRAMMATA.

Ad Martiam.

*Aurea mala mihi, dulcis mea Martia, mittis,
Mittis & hirsuta munera castanea.*

10 *Omnia grata mihi, sed si magis ipsa venires,
Ornares donum pulchra puella tuum.*

*Tu licet adportes stringentia mala palatum,
Tristia mandenti est melleus ore sapor.*

At si dissimulas multum mihi chara venire,

15 *Oscula cum pomis mitte, vorabo libens.*

Ad Deliam

Si Phœbi soror es, mando tibi, Delia, caussam,

Scilicet ut fratri, qua peto, verba feras,

Marmore Sicanio struxi tibi, Delphice, cēplū,

20 *Et leuibus calamis candida verba dedi.*

Nunc si nos audis, atque es diuinus Apollo,

Dic mihi, qui numos nō habet, unde petas?

De columbarum nido in galea.

Militis in galea nidum fecēre columba:

25 *Adparet Marti quāto sit amica Venus.*

In Cupidinem.

LECTO compositus vix prima silentia noctis

Carpebā, & somno lumina victa dabam:

Quum me senus Amor prensus sursumq;

30 *capillis*

Excitat, & lacerum peruigilare iubet.

Tu famulus meus es, inquit, ames quismil-
le puellas,

Solus, io, solus dure iacere potes?

35 *Exsilio, & pedibus nudis, tunicaq; soluta,*

Omne

Omne iter impedio, nullum iter expedio.
 Nunc propero, nunc ire piget, rursumq; redire
 Poenitet, & pudor est stare via media.
 Ecce tacent voces hominū, strepitusq; viarū,
 Et volucrum cantus, turbaq; fida canum: 5
 Solus ego ex cunctis paueo, somnumq; torūq;
 Et sequor imperiū, magne Cupido, tuum.
 Ad Nealecen pueram.

Sit nox illa diu nobis dilecta, Nealece,
 Qua te prima meo pectore composuit. 10
 Sit torus, & lecti genius, secretaq; longa,
 Quas tener in nostrū veneris arbitrium.
 Ergo age duremus, quamuis adoleuerit aetas,
 Utamurq; annis, quos mora parua tenet.
 Fas & iura sinunt veteres extēdere amores: 15
 Fac, citō quod cōptū est, non citō desinere.

De Hesperie.

Hoc sibi lusit opus de stamine floricolore
 Hesperies tenera officiosa manus.
 Et pulchro pulchras strophio producta pa- 20
 pillas.
 Gaudet utrumq; sui pectoris esse decus.

De eadem.

Hesperie lateri redimicula nectit eburno,
 Facta suis manibus, pectore digna suo. 25
 Iam veteres iras Venus & Tritonia ponit:
 Pectora nam Veneris Palladis ambit opus.

De eadem.

Intertexta rosa Tyrii, sub tegmine fuci
 Inuoluet quoties mobile zona latus. 30
 Ambrosium gemino potabit ab ubere rorem,
 Et verē roseo fiet odore rosa.
 De Neptuno marmoreo aquas fundente.
 Quam melior Neptune tuo sors ista tridente;
 Post pelagus dulces heic tibi dātur aquae. 35

De

De puteo excavato in montis iugo.
Hunc quis non credat ipsis dare Syrtibus
ammes,

Qui dedit ignotas visere montis aquas?

9 De Amphitheatro vicino mari.

Amphitheatrales mirantur rura triumphos,

Et nemus insignes cernit adesse feras.

Spectat arando novos agrestis turba labores,

Nautaq; de pelago gaudia iuxta videt.

10 Fecundus nil perdit ager, plus germina
crescunt,

Dum metuunt omnes hinc sua fata fera.

Funambulus.

Stupea suppositis tenduntur vincula lignis,

15 Qua fido adscendit docta iuventa gradus

Qua super aërius præ tendit crura viator,

Vixq; anibus facili tramite currit homo.

Brachia distendens gressum per inane gu-
bernat,

20 Ne lapsa è gracili planta rudente cadat.

Dadalus adstruitur terras mutasse volatu,

Et medium pennis prosecuisse diem:

Præsentis exemplo firmatur fabula mendax.

Ecce hominis cursus funis & aura ferunt.

25 De Narcisso.

Inuenit propriis Narcissus frontibus ignes.

Et sua deceptum torret imago virum.

De gallo gallinaceo.

Candida Phœbeo præfulgent ora rubore,

30 Crista riget radiis, ignea barba micat:

Ala, colla, coma pectus, femur, ungula,
cauda.

Præstantis lucent floridiora rosis:

Flâmæ sic rutilū distinguit pinna colorem.

35 Vt vibrare putes ignea membra faces?

De

De cato.

Mordaces morsu solitus consumere mures,
 Inuisum & domibus perdere dente genus,
 Catus in obscuro cepit pro sorice picam,
 Multiloquumq; vorax sorbuit ore caput. 5

Pœna tamen prasens pradonē plectit edacem,
 Nam claudūt ravidā cornea labra gulam.

Faucibus obsessis vitalis semita cessit,
 Et satur escali vulnere captor obit.
 Nō habet exemplū volucris vindiētā perēne? 10
 Hostem pica suum mortua discruciat.

Vinum limphatum.

Infantē Nympha Bacchū, quo tēpore ab igne
 Prodyt, inuentum sub cinere abluerant.
 Ex illo Nymphis cū Baccho gratia multa est, 15
 Seiunctus quod sit ignis, & vrat adhuc.

Musarum elogia.

Clio sacra retrō memorat sermone soluto:
 Euterpa geminis loquitur caua tibia ventis:
 Voce Thalia cluens soccis Dea Comica gau- 20
 det:

Melpomene roboans Tragicis feruescit iābis:
 Aurea Terpsichora totā lyra personat athrā:
 Fila premens digitis Erato, modulamina
 fingit: 25
 Flectitur in faciles variosq; Polymnia mo-
 tus:

Vranie numeris scrutatur munera mundi:
 Calliope doctis dat laurea ferta Poëtis.

In imbellem iactatorem.

Quū te Barbata referas de sanguine cretum, 30
 Vt tibi cognatus sit Varitinna ferox:
 Cur tua foemineo caduntur pectora socco,
 Infamiq; manu barbula vulsa cadit?
 Desine iam tibimet auctores fingere fortes, 35
 Vimque

EPIGRAMMATA. 165

- Vimq; tuis membris stirpis inesse tua.*
Illā sed audaci mage sit de stirpe creatā.
Audet quā propriū sternere calce virum.
5 *De orbis diuisione inter Saturni filios.*
Iuppiter astra, fretū Neptunus, tartara Pluto.
Regna paterna tenēt; tres tria, quisq; suū.
De elephante.
Monstrorū princeps elephas proboscidis armis
Horret mole nigra, dente micat niueo.
10 *Sed vario fugiēda malo quum belua gliscat,*
Est tamen ex certis mors pretiosa fera.
Nam quā conspiciamus montani roboris ossa,
Humanis veniunt vsibus apta suis.
Consulibus sceptrum, mensis decus, arma ta-
15 *blistris:*
Discolor & tabula calculus inde datur.
Hac est humana semper mutatio mortis,
Fit moriens ludus qui fuit ante pavor.
De electione coniugij.
20 *Moribus & vultu mulier quaratur habēda.*
Horrida nam facies multo celatur ab auro:
Si quis erit sponsus talem qui ducat auarus,
Ipse suam horrebit; feritas dissoluet amorem.
Illā calens veniet, dorsum dabit iste calenti,
25 *Cogeturq; suo iuras submittere a sello,*
Concubitu turpi mōstrum paritura biforme,
Quemque suum mulier timeat pertingere
natum.
Discite formosas aurum superare puellas.

PETRO

PETRONII INDICI

EPIGRAMMA.

Ad Apollinem Delphicum.

*Indica purpureo genuit me littore tellus,
 Candidus accenso qua redit orbe dies.
 Hic ego diuinos inter generatus honores,
 Mutavi Latio barbara verba sono.
 Lam dimitte tuos, Paan ô Delphice, ciconos;
 Dignior hac vox est, qua tua templa colat.*

M. PETRONII

VENUSTIANI

EPIGRAMMA.

*Liberta & coniunx Petronia cara patrono
 Thallusa hoc tumulto condita luce caret.
 Qua bis vicenos complerat lucibus annos
 Erepta est subito coniugis è gremio.
 Hanc sic adsidue deflet Petronius, ut iam
 Deficiant oculos lumina cara suos.
 Desine per terras, infernas tendere ad arces:
 Fata animâ dederant, fata eademq; negant.*

PETRONII ANTIGENI-

DIS PISAVRENSIS

EPIGRAMMATA.

De literarum æternitate, ad Appiam.

*Hæc urbem circa, stulti monumenta laboris,
 Quasque vides moles, Appia, marmoreas
 Pyrami*

Pyramidasq; ausus vicinū attingere calum.
Pyramidas, medio quas fugit umbra die:
Et Mausolaum misera solatia mortis,

Intulit aeternum quo Cleopatra virum:
 5 *Cōcutiet, sternetq; dies: quoque altius exstat*
Quòdque opus, hoc illud carpet edetque
magis.

Carmina sola carēt fato, mortemq; repellunt.
Carminibus viues semper, Homere, tuis.

81 *De Achille.*

Cauta quidem genitrix, noceant ne vulnere
nato,

Confirmat Stygio fonte puerperium.
Sed quia fas nulli est humanā vincere sortē,

15 *In membris tincti dant sibi fata locum.*

De Thelepho.

Telephus, excellens Alcidis pignus & Auge,
Externa sortis bella inopina tulit.

Nam Graij Troiā peterēt cū mille carinis,

20 *Tangeret & classis litus adacta suum;*
Occurrens Danais forti dum pugnat Achilli,
Syria pugnanti percutit asta femur.

Pro cuius cura consultus dixit Apollo,
Hostica quòd salubrē cuspis haberet opem.

25 *Mox precibus flexi Pelida robore sacro*
Iniecto membris puluere plaga fuit.

Monstrant fata viri vario miracula casu:
Vnde datū est vulnus, contigit inde salus?

In Xerxem.

30 *Perses magnus adest. totus comitatur euntē,*
Orbis. quid dubitas, Gracia, ferre iugum?
Mundus iussa facit: Solem texere sagitta:
Calcatur pontus: fluctuat altus Athos.

Item.

35 *Hic, quē cernis, Athos, immixtis perui⁹ undis,*
Flexibus

*Flexibus obliquis circumeundus erat.
 Accepit magno deductum Nerea fluctu,
 Perq̃ latus misit maxima bella suum.
 Sub tanto subita sonuerunt pondere classes,
 Caruleus cana sub niu pontus erat. 5
 Idem commisit longo duo litora ponte
 Perses, & fecit per mare miles iter.
 Quale fuit regnum, mūdo noua ponere iura?
 Hoc terra fiat : hāc mare, dixit, eat.*

10

C. PETRONII HILARI

PISAVRENSIS

EPIGRAMMA.

15

[Dis manibus Petronij Antigenidis.

*Tu, pede qui stricto vadis per senta, viator
 Siste rogo, titulumq̃ meum ne spreueris oro.
 Bis quinos annos ; mensesq̃ duos, duo soles 20
 In superis feci, tenerè nutritus, amatus:
 Dogmata Pythagora sensi, studiumq̃ sophorū
 Et libros legi, legi pia carmina Homeri,
 Siue quot Euclides abaco praescripta tulisset:
 Delicias habui pariter lususq̃ procaces. 25
 Hac Hilarus mihi contulerat pater ipse pa-
 tronus,
 Si non infelix contraria fata habuissem.
 Nunc verò infernas sedes, Acherontis ad
 vndas, 30
 Tetraq̃ Tartarei per sidera tendo profundi.
 Effugi tumidam vitam. spes, forma valete.
 Nil mihi vobiscum est ; alios deludite queso.
 Hac domus aterna est : hic sum situs, hic ero
 semper.*

PETRO

PETRONII APOL-
LADORI, PONTIFICIS

5 ROMANI,

EPIGRAMMA.

Μητέρα τῇ πάντων θνητῶντι γενέθλη
 Ἀτρεΐδ' ὑψίστη καὶ συνίεντι τὸ πᾶν,
 10 Τῇ πᾶσι καί τοις, ἡμερῶν τε πάντων θύοι
 Κριόβόλῃ Παιτῇ ἡδὲ καὶ ταυροβόλῳ,
 Μυσιπόλῳ Παιτῶν τῶν τε συνθήκῃ βαμῶν,
 Δωροῖν Ἀπόλλωνι θεῶν ἔχων ἐπικλῶ.

Petronius Appollodorus, vir clarissimus,
 15 Pontifex maior, Quindecim vir sacris fa-
 ciundis, Pater sacrorū Dei inuicti, mithræ.
 Taurobolio Criobolioque percepto, vnā
 cū Rufa Volusiana, Caij filia, coniuge,
 20 xvj. Kalendas Iulias, Dominis nostris Va-
 lentiniano & Valente Augustis tertium
 Consulibus, aram dicauit.

Hos versus sic transtulit Benedictus He-
 gius Spoletinus.

25 Cunctorum Cybela genitrici hominūque,
 Deūmque.
 Excelsaq; Atti, quem nihil orbe latet,
 Qui facit ut pura celebremus mente quot-
 30 annis,
 Crioboli festos, Taurobolique dies,
 Qui cognomen habet de munere Appollinis,
 aram
 Sacrorum Antistes marmoream hanc sta-
 35 stuit.

H PETRO

PETRONII LEVITÆ

EPIGRAMMA.

*Leuita coniux Petronia, forma pudoris,
His mea discedens sedibus ossa loco.
Parcite vos lacrymis dulces cum coniuge
nata,
Viventemq; Deo credite flere nefas,*

ALCIMI

De Virgilio & Homero.

*Mæonio vati qui par aut proximus esset,
Consultus Paan risit, & hac cecinit.*
*Si potuit nasci quem tu sequereris, Homere,
Nascetur qui te possit, Homere, sequi.*

EUGENII V. C.

*Occumbunt fixi iaculo, mucrone, sagitta,
Ora, latus, iugulum, Scaua, Rufinus, Atis.*
*Brutus Atimperimit, Milo Scauam, Cotta
Rufinum:*

*Græcus Atis, Medus Scaua, Rufin⁹, Arabs.
Iã vir Atis, sed Scaua puer, iuuenisq; Rufin⁹:
Dux Atis, armiger at Scaua, Rufin⁹ eques.*
*Scaua nothus, generosus Atis, de plebe Rufin⁹,
Magnus eques, medius dux, famulusque
minor.*

*Flauus Scaua, niger Atis, inter utrumque
Rufinus,*

*Blandus Atis, patiens Scaua, Rufinus atrox,
Absque modo largus, lasciuus, parcus, auarus
Laudis Atis, forma Scaua, Rufinus opum.
Arcu Scaua bonus, Atis armis, iure Rufinus:
Voce Rufinus, Atis carmine, Scaua lyra:*

Scaua

PSEUDEPIGRAMM. 171

*Scæna pila, cursuq; Rufinus, Atisq; palastra;
Ore Rufinus, Atis corpore, Scæna coma.*

DOMNI EVANTII Y. C.

De Ambigenis.

- 5 *Hæc sãt ambigena, quæ nuptu dispere cõstãt.
Burdonem sonipes generat commixtus a sella:
Mulus ab Arcadicis & equitã matre creat⁹:
Tityrus ex ouibus oritur hircõq; parente.
Musinonẽ capra ex veruegno semine gignit:
10 Apris atque sue setõsus nascitur Ibris:
At lupus & catula formant coẽundo lyciscã.*

Q. CICERONIS

De mulierum leuitate.

- Crede ratem vëtis, animum ne crede puellis,
15 Nãmque est fœminea tutior vnda fide.
Fœmina nulla bona est: & si bona cõtigit
vlla,*

- Nescio quo fato res mala facta bona est.

PENTADII,

De vita beata.

- 20 *Non est (falleris) hæc beata, non est.
Quod vós creditis, vita, non est.
Fulgentes manibus videre gemmas,
Aut testudineo iacere lecto,
25 Aut pluma latus abdidiisse molli,
Aut auro libere, & cubare cocco,
Regales dapibus grauari mensas.
Et quidquid Libyco secatur aruo,
Non vna possum tenere cella:
30 Sed nullos, trepidum timere casus,
Nec vano populi fauore tangi.
Et stricto nihil æstuarè ferro.
Hoc quisquis poterit, licebit illi
Fortunam moueat loco superbas,*

EXPLICIT.

H 2

EX

EX PETRONIO REFERVNTUR

TVÆ HÆC A VETERIBVS

quæ in superioris Satyrici
fragmentis non extant.

Terentianus Maurus de Dimetro Iambico
claudio:

At Arbiter disertus

Libris suis frequentat

Agnoscere hac potestis

Cantare qua solemus:

„Memphitides puella,

„Sacris deum parata.

„Tinctus colore noctis

„Manu puer loquaci,

„Egyptias choreas.

Seruius Honoratus in illud Virg. lib. 3.

Æneid. Auri sacra fames. *Sacra*, id est, ex-

crabilis. *Tractus* sermo ex more Gallorum. 20

Nam Massilienses quoties pestilentia labora-

bant, unus se ex pauperibus offerebat alen-

dus anno integro publicis & purioribus cibis.

Hic postea ornatus verbonis & vestibus sa-

cris circumducebatur per totam ciuitatem 25

cum execrationibus, ut in ipsum reciderent

mala ciuitatis, & sic proiciebatur. Hoc au-

tem in Petronio lectū est. Quæ tamē in qui-

bustā verustiss. exemplaribus non leguntur.

Idē in illud lib. xij. Auctor ego audendi. 30

Nomina in tor, si à verbo non veniunt, com-

munia sunt, ut hic & hac Senator: hic & hac

balneator: licet Petronius usurpauerit, Bal-

neatricem dicens.

Diomedes lib. iij. Et illud est comma, 35

quod

quod Arbitr fecit , tale.

Anus recocta vino

Tremantibus tabellis.

Vetus interpres Horat. Epo.v. *Petronius,*
5 *Pollice usque ad periculum roso, ut monstra-*
ret, inquit, furentem.

Sergius in arte secunda. Item *Quirites*
dicit numero tantum plurali: sed legimus a-
puđ Horatium hunc Quiritem. Vetus nomi-
10 *natiuus hic Quiris. Idē Horat. Quis te Qui-*
ritem. Cuius nominatiuus erit hic Quirites,
ut dicit Petronius. Quadrigas dicit numero
tantum plurali, sed Varro dicit numero sin-
gulari. Pompeius item in arte. Ait Petro-
15 *nus, hic Quirites, numero singulari.*

Marius Victorinus de metris. *Anacreon-*
tio & apud nos plerique vsi sunt , inter quos
Arbiter Satyricon ita,

Triplici vides ut ortu.

20 *Trinia rosetur ignis.*

Volucrique Phæbus axe

Rapidum pererret orbem.

Hieron. in Epist. ad Demetr. illud tan-
quam Arbitri citat.

25 *Non bene olet, qui bene semper olet.*

Quod apud Martial. li. ij. Epig. extat. Sed
& alia quædam habent hi auctores inter se
communia, atque inter cetera hoc quoque.

Ingeniosa gula est.

30 & alia, quæ suo quæque Ingeniosa gula est.

Priscianus lib. viij. & x. *Petronius: Ani-*

mau nostro amplexam in corpore: vbi ait,

Amplexam, passiuè dictum.

Isidorus lib. v. Etymolog. c. xxxvij. *Dolus*
35 *est mentis calliditas , ab eo, quod deludat.*

H 3

Aliud

Aliud enim agit, & aliud simulat, Petronius aliter existimat, dicens: Quid est, iudices, dolus? Nimirum ubi aliquid factum est, quod legi solet: Habetis solum, accipite nunc malum.

Fulgentius lib. ii. Mythol. Denique huius rei non immemor Petronius ait:

Primus in orbe Deos fecit timor.

Quod & ex Petronio recitat Placidius Lutatius, qui & Lactatius, Statij interpretes: putatque hoc ab ipso Statio mutuatum Arbitrum, apud quem idem hemistichium legitur lib. iij. Thebaid.

Idem in fabula de Coruo: Petronius,

Si contra rerum natura mœnera nota

Coruus maturis frugibus ova refert. 15

Epigramma amplius posthac adscriptum est.

Idem lib. ii. Mythol. in fabula Promethei.

Vade & Petronius Arbiter ait:

Cui vultur iecur intimum pererrat,

Et pectus trahit, intimaſque fibras, 20

Non est quem lepidi vocant Poëta:

Sed cordis mala, liuor, atque luxur.

Lib. iij. in fabula Myrrhæ & Adonidis:

Ideo Venerè amasse Adonin dicunt, quod hoc genus pigmētī (de succo Myrrhæ loquitur) 25

fit valde feruidū. Vnde & Petronius Arbiter

ad libidinis concitamentum Myrrhinum se

*poculum bibisse refert. Nam & *Furius Co-*

mædiarum scriptor inducit Glyconem meretricem dicentem, Myrrhinum mihi adfers, 30

quo virilibus armis occursem fortiuncula.

Et post paulò in fabula Apollinis & Mar-

tyæ de Mida: Vnde & Petronius Arbiter ait.

Sic cōmissa verens avidus referare minister.

Et cætera, quæ integriora adscribemus 35

suo

fuo loco, quibus imitatus, videtur Petronius Ouidij locū ex lib. ij. Metamorph. Extrāt & apud Io. Salisber. lib. iij. Pol. cap. xij.

Idem Fulgentius in libro Continentiæ
 5 Virgilianæ: *Tricerberi fabulam iam supra exposuimus in modum iurgij forensisque litigij positam: unde & Petronius in Euseio ait, Cerberus forensis erat Causidicus.*

Idem Fulgent. in expositione sermonum
 10 antiquorum ad Calcidium Grammaticum: *Ferculum dicitur missum carniū: unde & Petronius: Ferculum allatum est.*

Valgia sunt labellorum obtortiones in stipinatione, sicut & Petronius ait Obtorto
 15 *valgiter labello.*

Allucinari dicitur vana somniare; tractum ab allucitis, quos nos Conopas dicimus Petronius, Nam comptum me vernali allucita molestabant. *

20 *Manubia dicuntur ornamenta Regum, unde & Petronius ait: Tot Regum manubia penes fugitiuum reperta.*

Aumatium dicitur locus secretus: unde & Petronius ait, In aumatium memet conieci.

25 *In veteri glossario Petri Danielis. Excelsissimus dicitur à Petronio in i. Satyrarum. Et extat locus in hoc nostro.*

Itē, Petronius: Satis cōstaret eos nisi inclinatos non solere transire cryptā Neapolitanam.

30 *Item, Petronius. Petaurōque iubente modō superior.*

Et in alio Gloss. Suppes suppumpis, hoc est, supinis pedibus. Petron.

Tullia, media vel regia. Petronius.

35 *Citat etiā ex Petronio qdā Pōponi⁹ Sabin⁹*

Grāmaticus, Virgilij interpres, quæ in nostro exemplari extāt. Sed plura longè Ioānes Salisberienſis in libro de nugis Curialium, qui Polycraticus inſcribitur, quæ non adeò facile eſt recognoscere. Nam nec auctorem semper laudat: hæc tamen reſcripſimus. Lib. iij. cap. viij. *Totus ferè mundus ex Arbitri noſtri ſententia, mimum videtur implere.*

Item: *Non duco contentionis funem. dum conſtet inter nos, quòd ferè totus mundus, iuxta Petronium, exerceat hiſtrionem.* Reſpiciit fortasſe ad illud: *Grex agit in ſcena mimum, &c.*

Idem lib. iij. cap. v. Narrat Trimalcionis hiſtoriam, & addit quædam ſive de ſuo. ſive de integriore exemplari, itémque lib. viij. cap. viij.

Vincent. Beluac. lib. xx. Spec. c. xx.

—ô maxima rerum

Et merito pietas homini tutiſſima virtus.

Qui verſus & à Iacobo quodam cognomento Magni, in Sophologio lib. iij. cap. x. referuntur, Et alia quædam à Bartholomæo Vicecomite in libro Defloratorum. E Petronij etiam verſibus quædā mutuatus eſt Iſidorus Benedicti monachus, in libris quos Germani Antiſiodori ad Carolum imp. ſcripſit, maximè ex belli ciuiliſ. Non deſunt verò, qui ex iis, quæ volumus, nonnulla putent eſſe Petronij. Interius Grammatici, quo auctore & ſententia à calando dicta, apud veterem Topographum legimus.

SED

SED ET HÆC QUOQUE VI-
RI DOCTISSIMI INTER PE-
tronij Arbitri reliquias retulerunt, quæ
9 vel eorum fide superioribus adiici patia-
mur : sed meliora aliquando & emenda-
tiora, quanquam video in antiquis exem-
plaribus Auctoris nomen plerisque nul-
lum præferri.

30

*

*Nō est forma satis, nec, qua vult bella videri,
Debet vulgari more placere sibi.
Dicta, sales, lusus, sermonis gratia, risus,
Vincunt natura candidioris opus.*

11 *Candit enim formam, quidquid consumitur
artis,*

Et, nisi velle subest, gratia tota perit.

*

*Nō satis est, quod nos mergis furiosa iuuetur,
20 Transuersoq; rapit fama sepulta probris?
Anne etiam famuli cognata face sepulti
In testa mersas luxuriantur opes?*

*Vilis seruus habet ragni bona: cellaque capti
Deridet festram, Romuleamque casam.*

21 *Idcirco virtus medio iacet obruta cœno:
Nequitia classes candida vela ferunt.*

*

*Primus in orbe Deos fecit timor: ardua calo
Fulmina dum eaderent, discussa que mœnia
30 flammis,*

*Atque ictus flagraret Aethos, mox Phœbus
ad ortus*

*Lustrata deiectus humo, Lunaq; senectus,
Et reparatus honos: hinc signa effusa per or-
bem.*

35

Et

Et per

178 PETRONII ARBITRI

Et permutatis dissumctus mensibus annus
Proiecit vitium hoc: atque error iussit inanis
Agricolas primos Cererì dare messis hono-
res:

Palmitibus plenis Baechũ vincire, Palémq;
Pastorũ gaudere manu, natat obrutus omni
Neptunus demersus aqua: Pallásq; caernas
Vindicat, & voti reus, & qui vendidit urbẽ,
Iam sibi quisque deos auido certamine fin-
git.

10

*

Nolo ego semper idem capiti suffundere co-
stum:

Nec toto stomachum conciliare mero.

Taurus amat gramen mutata carpere valle: 15

Et fera mutatis sustinet ora cibis.

Ipsa dies ideo nõs grato perluit haustu,

Quod permutatis hõra recurrit equis.

*

• Vxor legitimus debet quasi census amari, 20

Nec censum vellem semper amare meum.

*

Inueniat quod quisque velit, non omnibus
vnum est

Quod placet: hic spinas colligit, ille rosas. 25

*

Nam nihil est, quod non mortalibus adferat,
vsum,

Rebus in aduersis, qua iacere, iunant.

Sic rate demersa * vulsam deponderat aurẽ, 30

Remorũ leuitas naufraga membra vehit.

Cum sonuere tuba, iugulo stat diuite ferrũ,

Barbara contemni praelia pannus habet.

*

Lingue tuas sedes, alienaque litora quare, 35

O iuuenis,

O iuuenis, maior rerum tibi nascitur ordo.
 Ne succumbe malis, te nouerit ultimus Ister,
 Te Boreas gelidus, securaq; regna Canopi,
 Quiq; renascentem Phœbum, cernuntque

5 iacentem,
 Maior in externas Ithacus descēdat arenas.

*

Nam citius flāmas mortales ore tenebunt,
 Quā secretā tegant. quicquid dimittis in
 10 aula,

Effluit, & subitis rumoribus oppida pulsat.
 Nec satis est vulgasse fidem: simulatius exit
 Proditionis opus, famāque onerare laborat.
 Sic commissā ferens audius referare minister

15 Fodit humū, Regisq; latentes prodidit aures.
 Excepit nam terra sonos, calamiq; loquentes
 Inuenēre Midam, qualem narrauerat index.

*

Fallunt nos oculi, vagique sensus.

20 Oppressa ratione mentiuntur.
 Nam turris, propē qua quadrata surgit,
 Detritis procul angulis rotatur.
 Hybleum refugit satur liquorem,
 Et naris casiam frequenter odit.

25 Hoc illo magis, aut minū placere
 Non posset, nisi lite destinata
 Pugnarent dubio tenore sensus.

*

Sōnia, qua mētes ludūt volitātib. umbris,
 30 Non delubra deūm, nec ab athere numina
 mittunt,

Sed sibi quisque facit: nam quum prostrata
 sopore

35 Vrgaet membra quies, & mens sine pondere
 ludit:

H 6

Quicquid

Quicquid luce fuit, tenebris agit, oppida bello
Qui quatit, & flammis miserandas sauit in
urbes:

Tela videt, versâsque acies, & funera Re-
gum.

Atq; exundantes profuso sanguine campos.
Quin caussas orare solent, legesq; forûmque,
Et pauidi cernant inclusum corde tribunal.
Condit auarus opes, defossûmque inuenit
aurum.

Venator saltus canibus quatit, eripis undis,
Aut premit onersâ perisurus nauita puppim.
Scribit amatori meretrix, dat adultera mu-
nus.

Et canis in somnis leporis vestigia latrat.
In noctis spatium miserorum vulnera durât.

Iam nunc ardentes Autumnus fregerat um-
bras,

Atque hyemem tepidis spectabas Phœbus
habanis:

Iam plataneas iactare comas, iâ cœperat vna
Adnumerare suas defecto palanite viris:
Ante oculos stabat quicquid promiserat an-
nus.

Sic & membra solent auras includere venis,
Qua penitus mersa, cum rursus abire labo-
rent,

Verberibus rimantur iter: nec desinit antè
Erigidus strictis qui regnat in ossibus horror.
Quàm tepidus laxo manauit corpore sudor.

Hac ait, & tremulo deduxit vertice canos,
Consecuitq; genas: oculis nec defuit imber.

Sed

*Sed qualis rapitur per vallas improbus annis
 Cū gelida periēra nives, & languidus Auster
 Non patitur glaciem resoluta viuereterra:
 Gurgite sic pleno facies manauit, & alto
 5 Insonuit gemitu turbatum murmure pectus.*

*

*Sic contra rerum natura munera nota,
 Coruas maturis frugibus ova refert.
 Sic format lingua factum cū protulit vrsa,
 20 Et piscis nullo iunctus amore parit.
 Sic Phoebea chelis vinclo resoluta parentis
 Lucina tepidis naribus ova fouet,
 Sic sine concubitu textis apic excita ceris
 Feruet, & audaci milite castra replet.
 25 Non vno contenta valet natura tenore,
 Sed permutatas gaudet habere vices.*

*

*Naufragus eiecta nu diu rase, quarit eodem
 Percussūm telo, cui sua fata legat.
 20 Grādine qui segetes, & totum pendidit annū:
 In simili deflet tristia fata sinu.
 Funera conciliant miseros, orbique parentes
 Coniungunt gemitus, & facit hora paxes.
 Nos quoque cōfusus feriemus sydera verbis,
 25 Et fama est iunctas fontibus ire preces.*

*

*Omnia, quæ miseras possunt finire querelas,
 In promptu voluit candidus esse Deus.
 Vile olus & duris harentia mora rubet is.
 30 Pugnantis stomachi composuēre famem.
 Flumine vicino stultus sitit, & riget Euro.
 Cū calidus tepido consenat igne rogu.
 Lex armata sedet circūm fera limina nupta.
 Nil metuit licito fusa puella toro.
 35 Quod satiare patet, diues natura ministrat:
 Quod*

Quod docet infrañis gloria, sine caret.

*

Indaus licet & porcinum numen adoret,

Et cœli summas aduocet auriculas.

Ni tamen & ferro succiderit inguinis oram, 9

Et nisi nudatum soluerit arte caput.

Exemptus populo, Graia migrabit ab urbe,

Et non ieiuna sabbata lege premet.

Vna est nobilitas, argumentumque coloris

Ingenui, timidas non habuisse manus.

10

Candida sydereis ardescunt lumina flammis.

Fundunt colla rosas, & cedit crinibus aurum,

Mellea purpureum depromunt ora ruborem,

Lacteaq; admixtus sublimat pectora sanguis:

Ac totus tibi seruit honor, formaq; dearum. 15

Fulges, & Venerem cœlesti corpore vincis.

Argento stat facta manus, digitisque tenellis

Serica fila trahens pretiosa stamine ludis,

Planta decem modicos nescit calcare lapillos,

Et dura ladi scelus est vestigia terra. 20

Ipsa tuos cum ferre velis per lilia gressus,

Nulli * sternuntur leuiori pondere flores.

Gutturum nunc alia magnis monilibus ornent,

Aut gemmas aptent capiti: tu sola placere

Vel spoliata potes. Nulli laudabile totum: 25

In te cuncta probat si quisquã cernere possit.

Sirentium cantus, & dulcia plectra Thalia.

Ad vocem tacuisse reor, qua mella propagas

Dulcia, & in miseros telum iacularis amoris.

Cor graue vulnus alit, nullo sanabile ferro. 30

Sed tua labra meo saeuum de corde dolorem

Depellant, morbumq; anima medicaminis huius

Cura fuget, nec tanta putres violentia nervos

Disscet, atq; tua moriar pro crimine causa.

Sed si hoc grande putris, saltẽ cõcede precanti, 35

Vt iam

*Vt iam defunctum niueis ambire lacertis
Digneris, vitamque mihi post fata reducas.
Adiecimus hæc ut Petronij, ne quis deside-
raret potiùs, quàm quòd eius esse
viderentur.*

*Indica purpureo genuit me littore tellus,
Candidus accenso qua redit orbe dies.
Hic ego diuinos inter generatus honores,
Mutavi Entio barbara verba sono.*
10 *Iam dimitte tuos, Paan ô Delphice, cynos.
Dignior hac vox est, qua tua templa colat.*

*

*Aurea, mala mihi, dulcis mea Martia, mittis,
Mittis & hirsuta munera castanea.*
15 *Omnia grata putè: sed si magis ipsa venires,
Ornares donum pulchra puella tuum:
Tu licet adportes stringentia mala palatum,
Tristia mandenti est melleus ore sapor.
At si dissimalas maltum mihi chara venire,*
20 *Oscula cum pomis mitte, vorabo lubens.*

*

*Si Phoebi soror es, mando tibi Delia causam
Scilicet ut fratri qua peto verba feras:
Marmore Sicanio struxi tibi Delphice, tem-
plum,*
25 *Et leuibus calamis candida verba dedi.
Nunc, si nos audis, atque es diuinus Apollo,
Dic mihi, qui nummos non habet, unde
petat?*

30 *

*Militis in galea nidum fecere columba,
Adparet Marti quàm sit amica Venus.*

*

*Letto compositus vix prima silentia noctis
35 Carpebam, & sonno lumina vixta diuina.*
Cum

Cum me sanus Amor pressum, sursumque capillis

Excitat, & lacerum peruisigare iubet.

Tu famulus meus inquit, ames cum mille puellas,

Solus, id solus, dure iacere potes?

Exsilio, & pedibus nudis, tunicaque soluta,

Omne iter impedio, nullum iter expedio.

Nunc propero, nunc ire piget, rursumque redire

Poenitet, & pudor est stare via media.

Ecce tacent voces hominum, strepitusque viarum,

Et volucrum cantus, turbaque fida canum:

Solus ego ex cunctis paucos, somnumque, torumque,

Et sequor imperium magne Cupido tuum.

*

Sit nox illa, diu nobis dilecta Nealce,

Qua te prima meo pectore composuit.

Sit torus & lecti genius, secretaque longa,

Queis tenera in nostrum veneris arbitrium.

Ergo age duremus, quamvis adoleuerit atas,

Vt amurque annis, quos mora parua tenet.

Tas & iura sinunt veteres excedere amores:

Fac, citò quod ceptum est, non citò desinere.

At videatur illud fortasse Eumolpi potius de muliebri leuitate.

Crede ratè ventis, animum ne crede puellis,

Namque est fœminea tutior unda fide.

Fœmina nulla bona est: vel, si bona contigit vlla,

Nescio quo fato res mala facta bona est.

Nisi sit potius Porphyrij, Poëtæ sub Constantino.

stantino in exilium missi, cuius pleraque
video Petronio nostro vel à Criticis tribui.
At Ciceroni tribuitur in veteri Desflorato-
rum exemplari. Sed cur non & istud?

7. *Non est falleris hac beata, non est,
Quod vos creditis esse, vita non est,
Fulgentes manibus videre gemmas,
Aut testudineo iacere lecto,
Aut pluma latus abdidiisse molli.*

20. *Aut auro bibere, & cubare cocco,
Regales dapibus grauari mensas,
Et quicquid Libyco secatur aruo
Non una possum tenere cella:
Sed nullos trepidum timere casus.*

17. *Nec vano populi fauore tangi,
Et stricto nihil astuare ferro:
Hoc quisquis poterit, licebit illi
Fortunam moueat loco, superbus.*

At est Pétadij ex Apollodoro magna parte.

20. Quandoquidem video inter eruditos
conuenire, ex iis, quæ in Priapum leguntur
inter Catalecta veterum Poëtarum, non-
nulla huius esse Petronij: visum est & ea ad-
iicere, simul & alia quædam non dissimilis
35 argumenti.

LVSVS DIVERSORVM

POETARVM IN PRIAPVM.]

AD LECTOREM.

30

CArminis incœpti lusus lecturo proeaces,
Conueniens Latio pone supercilium.
Nō soror hoc habitat Phœbi, nō Vesta sacello,

Nec qua de patrio vertice nata Dea est:

35 Sed ruber hertorum custos membrofior aquo.
Qui

*Qui tectum nullis vestibus inguen habet.
 Aut igitur tunicam parti pratende tegenda:
 Aut quibus hanc oculis aspicias, ista lege.*

AD PRIAPVM.

*Ludens hac ego teste te, Priape;
 Horto carmina digna, non libello,
 Scripsi non nimium laboriose
 Nec musas tamen, ut solent Poëta,
 Ad non virgineum locum vocavi.
 Nam sensus mihi corq; defuisset,
 Castas, Pieridum chorum, sorores
 Auso ducere mentulam ad Priapi.
 Ergo quicquid ist est, quod otiosus
 Templi parietibus tui notaui,
 In partem accipias bonam rogamus.*

PRIAPVS.

*Obscurè poteram tibi dicere, da mihi, quod tu
 Des licet assidue, nil tamen inde perit.
 Da mihi quod cupies frustra dare forsitan
 olim,*

*Dum tenet obsessas innida barba genas.
 Quodque Ioui dederat qui raptus ab Alce
 sacra*

*Miscet amatori pocula grata suo.
 Quod virgo prima cupido dat nocte marito:
 Dum timet alterius vulnus inepta loci.
 Simplicius multo est, da pædicare, Latino
 Dicere, quid faciã, crassa Minerva mea est.*

AD PRIAPVM.

*Obscænis rigido Deo tabellas
 Ducens ex Blaphantidos libellis
 Dat donum Lalage: rogatq; tentes,
 Si pictas opus edat ad figuras.*

DE PRIAPO.

*Quam puero legem fertur dixisse Priapus,
 Versibus*

*Versibus hic infra scripta duobus erit:
Quod meus hortus habet, sumas impunè li-
cebit:*

Si dederis nobis, quod tuus hortus habet.

PRIAPVS.

*Quòd sim ligneus, ut vides, Priapus,
Et falx lignea, ligneaq; penis:
Prendam te tamen, & tenebo prensam:
Totamq; hanc sine fraude, quantacūque est.
Tomento, citharaq; tensiorem,
Ad costam tibi septimam recondam.*

PRIAPVS.

*Cum loquor, una mihi peccatur littera: nã T.
P, dico semper: k l a s a q; lingua mea est.*

AD MATRONAS.

*Matrona procul hinc abite casta:
Turpe est vos legere impudica verba.
Non assis faciunt: euntq; recta:
Nimirum sapiunt, vidéntque magnam
Matrona quoque mentulam libenter.*

PRIAPVS.

*Cur obscæna mihi pars sit sine veste requiris.
Quaro, tegat nullus cur sua signa deus?
Fulmẽ habet mūdĩ domin⁹: tenet illud apertè:
Nec datur aquoreo fuscina tecta Deo.
Nec Mauors illũ, per quẽ valet, oculit ense
Nec latet in tepido Palladis hasta sinu.
Num pudet auratas Phœbũ portare sagittas?
Clãmve solet pharetrã ferre Diana suã?
Num tegit Alcides nodosa robora claua?
Sub tunica virgam num deus ales habet?
Quis Bacchũ gracili vestẽ pratendere thyrsò.
Quis te celata cum face vidit Amor?
Nec mihi sit crimen, quòd mentula semper
aperta est:*

Hos

Hoc mihi si telum desit, inermis ero.

AD PVELLAM.

*Insulsiſſima quid puella rides?
Non me Praxiteles, Scopáſue fecit:
Nec ſum Phidiaca manu politus:
Sed lignum rude villicus dolauit:
Et dixit mihi, Tu Priapus eſto.
Spectas me tamen, & ſubinde rides.
Nimirum tibi ſalfa res videtur,
Adſtans inguinibus columna noſtris.*

PRIAPVS.

*Ne preſere cane: preſo nec fuſto nocebo:
Sana nec incurua vulnera falce dabo.
Traiectus conto ſic extendere pedali:
Vt culum rugae non habuiſſe putes.*

PRIAPVS.

*Quadam ſenior Heſtoris parente,
Cumea ſoror, ut puto, Sibylla.
Æqualis tibi, quam domum reuertens
Theſeus repperit in rogo iacentem,
Infirmo ſolet huc gradu venire:
Rugoſaſq; manus ad aſtra tollens,
Ne deſit ſibi, mantulam rogare.
Heſterna quoque luce, dum precatur,
Dentem de tribus excreauit vnum.
Tolle, inquam, procul, ac iube latere
Sciſſa ſub tunica, ſtoláque ruſa,
Vt ſemper ſolet, & timere lucom,
Qui tanto patet indecens hiatus,
Barbato macer eminente naſo,
Vt credas Epicurum oſcitari.*

PRIAPVS.

*Pracidere puer moneo: futuere puella:
Barcarum ſurem tertia pœna manet.*

PRIA

PRIAPVS.

Huc huc, quisquis es, in dei salacis

Diuerſi graue ne puta ſacellum.

Et ſi nocte fuit puella tecum,

5 *Hac re quod metuas adire, non eſt.*

Iſtuc cœlitibus datur ſeueris.

Nos vappa ſumus, & puſilla culti

Ruris numina: nos pudore pulſo

ſtamus ſub Ioue coleis apertis.

10 *Ergo quilibet huc licebit intret*

Nigra fornicis oblitus ſanilla.

PRIAPVS.

Commiſſo mihi non ſatis modeſtas

Quicunque attulerit magnus agello:

15 *Is me ſentiet eſſe non ſpadonem.*

Hic inter frutices loco remoto,

Dicat forſitan hac ſibi ipſe nemo

Præciſum ſciet eſſe me, ſed errat:

Magnis teſtibus iſta res agetur.

20 *AD PRIAPVM.*

*Qualibus Hippomenes rapuit Schœneida
pomis:*

Qualibus Hesperidum nobilis hortus erat:

Qualia credibile eſt ſpatiantem rure paterno

25 *Nauſiacam pleno ſape tuliffe ſinu:*

Quale fuit malū, quod littera pinxit Aconti,

Qua lecta, cupido pacta puella viro eſt:

Taliacunque puer dominus florentis agelli

Impoſuit menſa nude Priape tua.

30 *PRIAPVS.*

Quid mecum tibi circitor moleſte?

Ad me quid prohibes venire furem?

Accedat ſine: laxior redibit.

PRIAPVS.

35 *Commoditas hac eſt in noſtro maxima pene,*

Laxa

Laxa quod esse mihi foemina nulla potest.

AD PRIAPVM.

Hic quando Teletusa circulatrix,

Qua clunem tunica tegente, nulla

Extis apertis, aliusq; motat,

Crissabit tibi fluctuante lumbo?

Sic ut non modo te Priape posset,

Privignum quoque, sed mouere Phadra.

PRIAPVS.

Fulmina sub Ioue sunt: Neptuni fuscina telū: 10

Ense potens Mars est: hasta Minerva tua
est.

Sutilibus Liber committit praelia thyrſis:

Fertur Apollinea missa, sagitta manu.

Herculis armata est inuicta dextera claua: 15

At me terribilem mentula tanta facit.

AD PRIAPVM.

Copia me perdit: tu suffragare rogatus,

Indicio nec me prode, Priape, tuo.

Hac quacunque tibi posui vernacula poma, 20

De sacra nulli dixeris esse via.

PRIAPVS.

Foemina si furtum faciet mihi, virq; puerq;

Hac cunnum, caput hic prabeat, ille nates.

PRIAPVS.

Quicumque hic violam, rosamue carpet

Furtivumue olus, aut inempta poma,

Defactus puerq; feminaq;

Hac tentagine, quam videris in me,

Rumpatur precor usque, mentulaq; 25

Ne quicquam sibi pulset umbilicum.

PRIAPVS.

Hic me custodem foecundi, villicus horti

Mandati curam iussit habere loci.

Eur habeas poenam, licet indignere, feramq; 30

Propter

Propter olus, dicas, hoc ego propter olus?

PRIAPVS.

Hoc septrum, quod ab arbore ut recisum est,

5 Nulla iam poterit uirere fronde:

Sceptrum, quod pathica petunt puella:

7 Quod quidam cupiunt tenere reges:

Cui dant oscula nobiles cynedi:

Intra viscera furia ibit. usque

Ad pubem, caputumq; coleurum.

10 PRIAPVS.

Porro, nam quis erit modus? Quirites,

Aut praeidite seminale membrum,

Quod totis mihi noctibus fatigant

1 Vicina sine fine prurientes,

15 Vernis passeribus salaciores:

Aut rumpar: nec habebitis Priapum.

Ipsi cernitis exfuturus ut sim,

Confectusque, macerque, pallidusque,

Qui quondam ruber, & valens solebam

22 Fures cadere quamlibet valentes.

Defecit latus: & periculosam

Cum tussi miser expuo saliuam.

AD PRIAPVM.

Delicia populi magno notissima circo

25 Quintia vibratas docta mouere nates:

Cymbala cum crotalis, pruriginis arma, Priapo

Ponit, & adducta tympana pulsa manu.

Pro quibus, ut semper placeat spectantibus, orat:

Tentaque ad exemplum sit sua turba dei.

30 PRIAPVS.

Tu qui non bene cogitas, & agre

Carpendo tibi temperas ab horto,

Padicabere fuscino pedali.

Quod si tam grauis, & molesta poena

35 Non profecerit: aliora tangam.

Ad

AD PRIAPVM.

Obscenis peream, Priape, si non
 Vti me pudet, improbiſq; verbis:
 Sed cum tu poſito deus pudore
 Oſtendas mihi coleos patentes?
 Cum cunno mihi mentula eſt vocanda.

AD PRIAPVM.

Falce minax. & parte tui maiore Priape,
 Ad fontem, quaſo dic mihi, qua ſit iter.
 PR. Vade per has vites, quarum ſi carperis 10
 vuas,

Cur aliter ſumas, hoſpes habebis aquas.

PRIAPVS.

Donec proterua nil mihi manu carpes.
 Licebit ipſa ſis pudicior Veſta 15
 Sin hac mei te ventris arma laxabunt.
 Exire ut ipſa de tuo queas culo.

PRIAPVS.

Vuis aridior puella paſſis,
 Buxo pallidior, nouaq; cera, 20
 Collatas ſibi qua, ſuiſq; membris
 Formicas facit altilis videri:
 Cuius viſcera non aperta Tuſcas
 Per pellem poterit videre haruſpex.
 Qua ſucco caret: atque petra pumex, 25
 Nemo viderit hanc ut expuentem:
 Quam pro ſanguine puluerem, ſcobemq;
 In venis medici putant habere:
 Ad nox nocte ſolet venire: & aſſert
 Pallorem, maciemque larvalem. 30
 Ductor ferreus inſularis, aequè
 Laterna videor fricare cornu.

PRIAPVS.

Naiadas antiqui, Dryadeſq; habuere Priapi:
 Et quo tenta Dei veni ſubiret, erat, 35
 Nunc

CATALECTA. 193

Nunc adeò nihil est: adeò mea plena libido,
 Vt Nymphas omneis interiisse putem.
 Turpe quidam factu: sed ne tentigine rûpar,
 Falce manu posita, fiet amica manus.

AD PRIAPVM.

5 Cum sacrum fieret deo salaci,
 Conducta est pretio puella paruo.
 Communis satis omnibus futura,
 Qua quot nocte viros peregit una,
 10 Tot verpas tibi dedicat salignas,

PRIAPVS.

Padicabere fur semel: sed idem
 Si prensus fueris bis, irrumabo.
 Quod si tertia furtâ molieris:
 15 Vt pœnam patiare & hanc, & illam,
 Padicaberis, irrumaberisque.

PRIAPVS.

Notas habemus quisque corporis formas.
 Phœbus comosus: Hercules lacertosus:
 20 Trahitque Bacchus virginis tener formam:
 Minerua flauo lumine est. Venus pato:
 Frontem comatos Arcadas vides Faunos:
 Habet decenteis nuntius deûm plantas:
 Tutela Lemni dispares mouet gressus,
 25 Intonsa semper Æsculapio barba est:
 Nemo est feroci pectorosior Marte:
 Quod si quis inter hac locus mihi restat.
 Deus Priapo mentulatio non est.

VOTI SOLVTIO.

30 Cur pictum memorari sit in tabella
 Membrum queritis, vnde procreamur.
 Cum penis mihi fortè laesus esset:
 Chirurgique manum miser timerem:
 Diis me legitimis, nimisque magnis,
 35 Vt Phœbo, putà filiòque Phœbi,

I

Curatum

Curatum dare mentulam verebar.
 Huic dixi, fer opem, Priape, parti,
 Cuius tu, pater, ipse par videris,
 Qua salua sine sectione facta,
 Ponetur tibi picta, quam leuaris,
 Parque, consimilisque, concolorque,
 Promisit fore: mentulamque mouit
 Pro nutu deus, & rogata fecit.

PRIAPVS.

Simpliciter tibi me quodcunque est, dicere 10
 oportet:

Natura est quoniam semper aperta mihi.
 Padicare volo: tu vis decerpere poma.

Quod peto, si dederis: quod petis, accipies.

Priapus.

Forma Mercurius potest placere:

Forma conspiciendus est Apollo:

Formosus quoque pingitur Lyeus:

Formosissimus omnium est Cupido:

Me pulchra fateor carere forma: 10

Verum mentula luculenta nostra est:

Hanc mauult sibi, quam deos priores,

Siqua est non fatui puella cunni.

AD PRIAPVM.

Nota Suburbanas inter Telethusa puellas, 25

Qua puto de quaestu libera facta suo est:

Cingit inaurata penem tibi sancte corona:

Huc Pathica summi numinis instar habet.

PRIAPVS.

Quisquis venerit huc, Poeta fiat: 30

Et versus mihi dedicet iocosos.

Qui non fecerit, inter eruditos

Ficissimus ambulet Poetas.

AD PRIAPVM.

Latus Aristagoras natis bene villicus vuis: 35

De

CATALECTA. 195

De cera facta dat tibi poma deus.
At tu sacra: i contentus imagine pomi,
Fac veros fructus ille, Priape, ferat.

PRIAPVS

7 Nolite omnia, qua loquor putare
Per lusum, mihi, per iocumque dici:
Deprensor ego ter, quaterque fures
Omnes, ne dubitetis, irrumabo,

PRIAPVS.

20 Velle quid hanc dicas, quamvis sim ligneus,
hastam:

Oscula dat medio si qua puella mihi?
Augure non opus est: in me, mihi credite, di-
Utetur veris vsibus hasta rudis. (xit,

15 PRIAPVS.

Cum quendam rigidus deus videret
Feruenti caput ustulare ferro,
Ut Maure similis foret puella:
Heus, inquit, tibi dicimus synade,

20 Vras te licet usque, torqueasque:
Num tandem prior es puella, quaeso,
Quam sunt, mentula quos habet, capillis?

PRIAPVS.

O non candidior puella Mauro,
25 Sed morbosior omnibus synadis,
Pygmao breuior gruem timenti,
Vrsis asperior, pilosiorque,
Medis laxior, Indicisqae braccis:
Manes hic licet, ut libenter ires.

30 Nam quamvis videar satis paratus:
Erucarum opus est decem manipulis,
Fossas inguinis ut teram, dolumque
Cunni vermiculos scaturientes.

PRIAPVS.

35 Quicumque vestrum, qui venitis ad coenam,

I 2

Libare

196 VET. POETARVM

Libare nullos sustinet mihi versus.
 Illius uxor, aut amica, riualem
 Lasciuendo languidum precor reddat:
 Et ipse longa nocte dormiat solus,
 Libidinosis incitatus erucis.

PRIAPVS.

Quod partem madidam mei videtis,
 Per quam significor Priapus esse:
 Non ros est, mihi crede, nec pruina:
 Sed quod sponte sua solet remitti,
 Cum mens est pathica memor puella.

PRIAPVS.

Tu quicumque vides circa tentoria nostra
 Non nimium casti carmina plena ioci:
 Versibus obscœnis offendi desine: non est
 Mentula subducti nostra sepercilij.

AD PRIAPVM.

Quadam, si placet hoc tibi, Priape,
 Ficosissima me puella ludit:
 Et non dat mihi, nec negat daturam:
 Causasque inuenit usque differendi.
 Qua si contigerit fruenda nobis:
 Totam comparibus, Priape, nostris
 Cingemus tibi mentulam coronis.

PRIAPVS.

Quid hoc negoti est? quãve suspicer causa
 Venire in hortum plurimos meum fures?
 Cum quisquis in nos incidit, luat pœnas:
 Et usque curuos excauetur ad lumbos:
 Non ficus hic est præferenda vicina,
 Vnaq; quales flaua non legit Crete:
 Non mala truncis asserenda Picens.
 Pyrũve, tanto quod periculo captas,
 Magisque cera luteum noua prunum,
 Sorbũve ventres lubricos moraturum.

Præpiti

*Præpingue rami nec mei ferunt morum.
Nacémve longam, quam vocant auellanam,
Amygdalúmve flore purpureo fulgens.
Non brassica * fero gulosior caules,
5 Betásvē, quanta hortus educat nullus,
Crescénsvē semper in suum caput porrum:
Nec seminosas ad cucurbitas quinquam,
Ad ocymúmve, cucumerísvē humi fusos,
Venire crede, sessilésve lactucas:*

*10 Nec ut salaces nocte tollat erucas,
Mentámque olentem, cum salabribus rutis:
Acrésque capas, alliámque fibratum.
Qua cuncta, quâvis nostro habemus in septor.
Non pauciora proximi ferunt horti.*

*15 Quíus relictis, in mihi laboratum
Locum venitis, improbißimi fures.
Nimirum apertam convolatis ad pœnam:
Et vos hoc ipsum, quod minamur, inuitat.*

Priapus.

*20 Heus tu, non bene qui manum rapacem
Mandato mihi contines ab horro:
Iam primúm stator hic libidinofus
Alternis ineundo & exeundo
Porta te faciet patentiorem.*

*25 Accedunt duo, qui latus tumentur,
Pulchrè pensilibus peculiati.
Qui cùm te malè foderint iacentem,
Ad partem veniet salax asellus,
Nihilo deterius mutoniatus.*

*30 Quare qui sapiet, malum cauebit,
Cùm tantum hic sciet esse mentularum.*

AD PRIAPVM.

Contētus modico Bacchus solet esse racemo:

Cùm capiant alti vix sua musta lacus.

35 Magnáq; facundis cùm messibus area desit.

*In Cereris crines una corona datur.
Tu quoq; Diue minor maiorū exēpla secur⁹,
Quamuis pauca damus, cōsule poma boni.*

PRIAPVS.

*E, D, si scribas, & monēmq; insuper addas: 5
Qui medium D, vult scindere, pictus erit.*

PRIAPVS.

*Credere quis posset, falcem quoque (turpe
fateri)*

*De digitis fures surripuisse meis? 10
Nec mouet amissi tā me iactura, pudorque,
Quā prabent iustos altera tela metus.
Quae si perdidero, patria multabor: & olim
Ille tuus ciuis Lampſace, Gallus ero.*

PRIAPVS.

*Derides quoque fur: & impudicum 15
Ostendis digitum mihi minansi.
Heu heu me miserum, quod ista lignum est
Qua me terribilem facit videri,
Mandabo domino tamen salaci, 20
Vt pro me velit irrumare fures.*

PRIAPVS.

*Cornix & caries, vetūsque bustum,
Turba & putrida facta seculorum,
Qua forsan potuisset esse nutritrix 25
Tithoni, Priamique, Nestorisque,
Illis ni pueris annus fuisset?
Ne desit sibi, me rogat, futuro.
Quid si nunc roget, vt puella fiat?
Si nummos tamen hac habet, puella est. 30*

PRIAPVS.

*Quicumque fur fefellerit fidem nostram,
Effœminato marceat procul culo.
Quaq; hac proterua carpserit manu poma
Puella, vultum inueniat tutorem. 35*

PRIA

PRIAPVS.

*Prædictum tibi ne negare passis,
Si fur veneris, impudicus ibis.*

AD PRIAPVM.

3 *Si quot habes versus, tot haberes poma, Priap-
Esse antiquo ditior Alcinoos.* (pe:

MALVS.

*Quid frustra quereris colone mecum,
Quod quondam bene fructuosa malus,
10 Autumnis sterilis duobus adstem?
Non me prægrauat, ut putas, senectus:
Nec sum grandine verberata dura:
Nec gemmas modò germine exeunteis
Seri frigoris vstulauit aura:
15 Nec venti, pluuieue, siccitâsue,
Quod de se quereretur, malum dederunt:
Non sturnus mihi, graculûsue raptor,
Aut cornix anus, aut aquosus anser,
Aut coruus nocuit siticulosus:
20 Sed quod carmina pessimi poëta
Ramis sustineo laboriosis.*

PRIAPVS.

*Securi dormite canes: custodiat hortum
Cum sibi dilecta Sirius Erigone.*

PRIAPVS.

*Parum est mihi miser quod hic fixi sedem,
Agente terra per Caniculam rimas,
Siticulosam sustinens diu æstatem.
Parum, quod imi perfluunt sinus imbres:
30 Et in capillos grandines cadunt nostros:
Rigétque dura barba iuncta crystallo.
Parum, quod acta sub laboribus luce,
Parem diebus peruigil traho noctem.
Huc adde, quod me terribilem deum fuste *
35 Manus sine arte rustica dolauerunt,*

*Intérque cunctos ultimum deos nomen
Cucurbitarum ligneus vocor custos.
Accedit istis impudentia signum,
Libidinoso tenta pyramis neruo:*

Ad hanc puella (penè nomen adieci)

Solet venire cum suo futurore:

Qua ut tot figuras, quot Philenis enarrat,

** Non inuenit pruriginosa discedit.*

PRIAPVS.

Quidam mollior anseris medulla

Furatum venit huc amore pœna.

Furetur licet usque non videbo.

AD PRIAPVM.

Hic tibi, qui rostro crescentia lilia merfit,

Caditur è tepida victimâ porcus bara.

Ne tamè exanimū facias pecus omne, Pria-

Horti sis facias ianua clausa tui. (se.

PRIAPVS.

Tu qua, ne videas notam virilem,

Hinc auerteris, ut decet pudicam:

Nimirum, nisi quòd times videre,

Intra viscera habere concupiscis.

PRIAPVS.

Penelopes primam, Didonis prima sequatur,

Et primam Cani, syllaba prima Remi:

Quòdq; sit ex illis, mihi tu deprèsus in horto

Fur dabis: hac pœna culpa luenda tua est.

PRIAPVS.

Rusticus indoctè si quid dixisse videbor,

Da veniam: libros non lego, poma lego:

Sed rudis hic dominā toties audire legentem.

Constituque, meras edidiciq; notas. (mus:

Psoleo ille vocat, quod nos Psoloänta voca-

Id quod nosculum, coleon ille vocat.

Smerdaleos certè nisi res nō munda vocatur.

Et

Et padiconum mentula smerdalea est.

P R I A P V S.

Quid: nisi Tanagerio placuisset Troica cummo
Mentula: quod caneret, non habuisset opus.

7 Mentula Tantalida bene si non nota fuisset:

Nil senior Cryses quod quereretur, erat.

Hac eadem socium tenera spoliavit amica:

Qua, erat Æacida, maluit esse suam.

Ille Pelethroniam cecinit miserabile carmen:

12 Ad citharam, cithara tenfior ipse sua.

Nobilis hinc nata nempè incipit Ilias ira:

Principium sacri carminis illa fuit.

Altera materia est error fallentis Vlyssæi,

Si verū quærat, hunc quoque mouit amor.

15 Hinc legitur radix, de qua flos aureus exit;

Quem cum moly vocat, mētula moly fuit.

Hinc legimus Circen, Atlātia dēmq; Galypso

Grandia Dulichij iussa tulisse viri.

Huius & Alcinoi mirata est filia membrum

20 Frondenti ramo vix potuisse regi.

Ad vetulam tamen ille suam properabat: &
omnis

Mens erat in cunno Penelopeia tuo.

Quæ sic casta manes, ut iam conuiuia visari:

25 Utq; futurorum sit tua plena domus.

Ex quibus ut scires quicūque valentior esset:

Hac es ad arreptos verba locuta procos:

Nemo meo melius neruum tendebat Vlyssæ:

Siue illi laterum, seu fuit artis opus,

30 Qui quoniā perit, modo vos intēdite: qualem

Esse virum sciero, vir sit ut ille meus.

Hac ego Penelope potui tibi lege placere:

Illo sed nondum tempore factus eram.

P R I A P V S.

35 Dumfici tibi suauitas subibit,

L 5

Et iam

Et iam porrigere huc manum libebit:
 Ad me respice fur, & aestimato,
 Quot pondo tibi mentula est cacanda.

PRIAPVS.

Illusit mihi pauper inquilinus,
 Qui libum dederat, molâque fusa,
 Quare partibus additis in ignem
 Sacro protinus hinc abit peracto.
 Vicini canis huc subinde venit
 Nidorem puto profecuta fumi:
 Qua libamine mentula comeso,
 Tota nocte mihi litat rigendo.
 At vos amplius hoc loco caute
 Quicquam ponere, ne famelicorum
 Ad me turba velit canum venire:
 Ne dum me colitis, meumque numen,
 Custodes habeatis irrumatos.

PRIAPVS.

Si commissâ mea carpes pomaria cura
 Dulcia: quid doleam perdere, doctus eris. 10

AD PRIAPVM.

Cura Priape diligens pomarium;
 Furi rubricato minare mutino.

PRIAPVS.

Quòd mouear non est: quia si furaberis ipsa. 25
 Grandia mala, tibi braccica mala dabo.

PRIAPVS.

Obliquis pathica quid me spectatis oculis?
 Nò stat in inguinibus mentula tenta meis:
 Quæ tamè exanimis nunc est, & inutile lignum. 30
 Vtilis hac, aram si dederitis, eris.

Per medios ibit pueros, mediâsque puellas
 Mentula: barbatic non nisi summa petet.

AD PRIAPVM.

Dadona est tibi Iuppiter sacrata: 35
 Iunoni

Iunoni Samos, & Mycena Diti:

Vnda Tanaros, aquerisque Regi.

Pallas Cecropias tuetur arces:

Delphos Pythius orbis umbilicum:

8 Creten Delia, Cynthiosque colles:

Faunus Manalon, Arcadiumque sylvas:

Est tutela Rhodos beata Solis:

Gades Herculis, humidumque Tibur'.

Cyllene celeri Deo niuosa:

10 Tardo gratior aestuosa Lemnos:

Aethnea Cererem nurus frequentant:

Raptam Cyzicos ostreosa. Diuam:

Formosam Venerem Gnidos, Paphosque:

Mortales tibi Lampfacum dicarunt.

15 P R I A P V S.

Quod sim iam senior, meumque canis

Cum barba caput albicat capillis:

Deprensos ego perforare passum

Tithonum, Priamumque, Nestoremque.

20 Immanem stomachum mihi uidetis,

Qui densam facitis subinde sepe;

Et fures prohibetis huc adire.

Hoc est ladere, dum iuuatis: hoc est

Non admittere ad aucupem volucres.

25 Obstructa est via: nec licet iacenti

Iactura natis expiare culpam.

Ergo qui prius usque & usque & usque

Furum scindere podices solebam,

Per noctes aliquot, diesque cesso:

30 Poenas do quoque, quod satis superque est.

In senemque abeo, salaxque quondam

Non uitam perago, quis haec putaret,

Ut lusu citharædus abstineret?

At vos, ne perream situ senili,

35 Quaso desinite esse diligentes.

Néve imposito fibulam Priapo.

PRIAPVS.

At dij, deaq; dentibus tuis escas:
Négent amicas cuni linge vicine,
Per quem puella fortis antè, nec mendax,
Et qua solebat impigro celer passu
Ad nos venire: nunc misella Landace
Vix posse iurat ambulare pra fossis.

AD PRIAPVM.

Priape quòd sis fascino grauis tento,
Quod exprobrant hic tibi suo versu
Poëta noster: erubescere hoc noti.
Non est Poëta sarcinosior nostro.

PRIAPVS.

At nō longa satis, nō stat benamēsula crassa,
Et quam si tnaētes, crescere posse putes.
Me miserum cupidas fallit mensura puellar:
Non habet hac aliud mentula maius eo.
Vtilior Tydeus: qui si quid credis Homero,
Ingenio pugna, corpore parvus erat.
Sed potuit damno nobis nouitāsq; pudorque
Esse: repellendus sapius iste mihi.

AD PRIAPVM.

Dum viuis, sperare decet: tu rustice custos
Huc ades, & nernia tente Priape faue.

AD PRIAPVM.

Villicus, arari quondam, nunc cultor agelli,
Hac tibi perspectus templa, Priape, dico.
Pro quibus officiis sū fas est, Sancte, patiscor
Affiduis custos ruris ut esse velis:
Improbis ut si quis nostrum violarit agellū,
Hūc tu: sed teneo: scis puto, quod sequitur.
Tibullus ad Priapū de inertia inguinis.
Quid hoc noui est? quid ira nuntiat. daum?
Silente nocte candidus mihi puer

Tepente

- Trepente cū iaceret abdītus sinu,
 Venus fuit quīeta: nec viriliter
 Iners senile penis extulit caput.
 Placet Priape, qui sub arboris coma
 9 Soles reuinctus sacrum pampino caput,
 Ruber sedere cū rubente fascino.
 At ō Priape saepe floribus nouis
 Tuas sine arte deligauimus comas:
 Abegimūsq; uoce saepe cū tibi
 20 Senēxue coruus, impigēue graculus
 Sacrum feriret ore corneo caput.
 Vale Priape: debeo tibi nihil.
 Vale nefande dēstitutor inguinum,
 Iacebis inter arua squallidus situ,
 15 Canisq; fœdus usque imminget, aut tibi
 Lutosā suū fricabit oblitum latus.
 Scelestē penis, ō cui meum malum
 Graui, piāque lege noxiā lues,
 Licet querare: nec tibi tener puer
 20 Patebit ullus: ingemente qui toro
 Iuuante uerset arte mobilem natem.
 Puella nec iocosa te leni manu
 Fouebit, apprimēue lucidum femur.
 Bidens amica Romuli senis memor
 25 Paratur inter atra cuites inguina,
 Vacuaq; pelle, tectus inguinum gelio
 Araneosus obsidet fores sisus.
 Tibi hæc paratur ut tūm ter, & quater
 Voret profunda fossa labricum caput:
 30 Licebit ager, aut languentior cubes.
 Tereris usque, donec ah miser, miser
 Triplex, quadruplexq; complexus specuma.
 Saperbia ista proderit nihil simul.
 Vagum sonante mer seris caput into.
 35 Quid est iners pigēna leuitudinis?

Lucebis

Licebit hoc inultus auferas semel.
 Sed ille cum redibit aureus puor:
 Simul sonanti senseris iter pede,
 Repentè nervos excitet libidine,
 Et inquietus inguina arrigat tumor:
 Neque hinnitare cesset, usque dum mihi
 Venus iocosa molle ruperit latus.

PRIAPVS.

Vere rosa, autumno pomis, astate frequentor
 Spicis: una mihi est horrida pestis hyems.
 Nā frigus metuo: & vereor, ne ligneus ignē
 Hac deus ignaris prabeat agricolis.

C. Valerij Catalli Priapus.

Ego hac, ego arte fabricata rustica, 19
 Ego arida, ô viator, ecce populus,
 Agellulum hunc, sinistra tute quem vides,
 Herique villulam, hortulūque pauperis,
 Tueor: malāsque furis arceo manus.
 Mihi corolla picta vere ponitur: 20
 Mihi rubens arista Sole feruido:
 Mihi virente dulcis vna pampino:
 Mihi glauca duro cocta oliua frigore,
 Meis capella delicata pascuis
 In urbem adulta lacte portat ubera. 21
 Meis que pinguis agnos ex ouilibus
 Grauem domum remittit are dexteram.
 Teneraque matre iugiente vaccula:
 Deum profundis ante templa sanguinem:
 Proin viator hunc deum vereberis. 22
 Manūq; sursum habebis. hoc tibi expedit.
 Parata namque crux est arte mentula,
 Velim pol, inquis, at. pol. ecce villicus
 Venit: valenti cui remulsa brachio
 Fit ista mentula apicē claua dentata. 23

Eiusdem

Eiusdem Catulli Priapus.

Hunc ego iuuenes locum, villulamque palu-
strem,

Tectâ vimine iunceo, caricisq; manipulis,
5 Quercus arida, rustica conformatâ securi
Nutriui: magis, & magis ut beata quotânis.
Huius nam domini colunt me, denique sa-
lutant,

Pauperis tugurij pater, filiisq;,
10 Alter assidua colens, diligentia, ut herba
Dumosa, asperâque à meo sit remota sacello:
Alter parua ferens manu semper munera
larga,

Florido mihi ponitur picta vere corolla
15 Primita, & tenera virēs spica mollis arista:
Lutea viola mihi, luteâque papauer,
Pallentēsq; cucurbita, & suauolentia mala-
Vua pampinea rubens educata sub umbra.
Sanguine hanc etiam mihi, sed iacebitis,

20 aram

Barbatus linis hirculus, corpipēsque capella,
Pro queis omnia honoribus hac necesse Pria-
po

Præstare, & domini hortulum, vineâmq;,
25 tueri.

Quare hinc, ô pueri, malas abstinete rapi-
nas.

Vicinus propè diues est, negligēsq; Priapus.
Ipse sumite. semita hac deinde vos fereat ipsa.

30 Eiusdem ad Priapum.

Hunc lucum tibi dedico consecroq; Priape,
Qua domus tua Lampfaci est, quâque sylua
Priape:

Nam te præcipuè in suis urbibus colit ora

35 Hellepontia, ceteris ostreosior oris.

V E T E

VETERVM QVORVNDAM

POETARVM ERRONES

Venerij.

LECTORI.

Qui mos veteribus cum desperatos ante
 annas collocarent, ut vel extremum
 spiritum redderent terra, vel possent à trans-
 euntibus fortè curari, idem mihi consilium
 fuit in deponendis huius Poëmatibus, sanè as- 10
 tique, siue Catulli, siue alterius sit reliquiis,
 quarum ego salutem commendatam cupio
 vel Medicorum pueris, dum qua fide à nobis
 exhibentur de vetustissimo, sed unico exem-
 plari, eadè, ut par est, ab omnibus tractentur. 15

* *

P. CATVLLI VRBICARII.

*Cras amet, qui nunquam amavit; quique
 amavit, cras amet.* (est

Ver nouū, ver iam canorum, ver natus orbis 20
*Vere concordant amores, vere nubunt alites;
 Et nemo comam resoluit de maritis imbri-*
bus.

Cras amorū copulatrix inter umbras arbo-
rum

Implicat gazas virentes de flagello myrteo. 25

Cras Dione iura dicit, fulta sublimi throno.

*Cras amet, qui nunquam amavit; quique
 amavit, cras amet.* (glorio

Tuno quiuore desuper huc spumeo pont' de 30
Carulas inter cæteruas, inter & bipedes e-
quos.

Recit undantem Dione de maritis imbris.

*Cras amet, qui nunquam amavit; quique
 amavit, cras amet.* 35

Ipsa

*Ipsa gēmeis purpurantē pingit annū floribus,
Ipsa surgentis papillas de faboni paritu
Vrguet in totos pentes, ipsa roris lucidi
Noctis aura quem relinquit, spargit humētis*

5 *aquas,*

* *Et me canat lacryma trementes detadum
pendere*

*Gutta praeceps orbe paruo sustinet casus suos.
In pudorem florulenta prodierunt purpura.*

10 *Humor ille, quē serenis astra rorant noctibus.
Manē virginē papilla soluit humenti populo.*

* *Ipiussit manē tua virgines nubant rosa,
Fusta prius de cruore, deque amoris oculis,
Deq; gemmis, deq; flāmis, deq; solis purpuris.*

15 *Cras ruborem qui latebat veste reclusus ignē.
Vnica marito nodo non pudent solvere.*

*Cras amet, qui nunquam amavit; quique
amavit, cras amet.*

Ipsa Nymphas diua loco iussit ire myrtes,

20 *Et puer comis puellis. nec tamen credi potest.
Esse amorem feriatum, si sagittas vexerit.*

*Ite Hympha, posuit arma, feriatu est Amor,
Iussus est inermis ire, durus ire iussus est,
Neu quid arcu, neu sagitta, neu quid igne*

25 *laderet.*

*Sed tamen Nympha caueat, quod Cupido
pulcher est,*

Totus est inermis idē quādo nudus est Amor:

*Cras amet, qui nunquam amavit; quique
amavit, cras amet.*

30 *Compari Venus pudore mittit ad te virgines:*

*Vna res est quam rogamus: cede virgo Delia,
Ut nemus sit incruētum de ferinis stragibus.
Ipsa vellet ut venires, si deceret virginem:*

35 *Iam tribus choros videres feriatis noctibus.*

Congre

BIO VET. POETVRVM

Congreges inter caternas ire per saltus tuos,
Floreas inter coronas, myrteas inter casas.
Nec Ceres, nec Bacchus absunt, nec poëta-
rum deus.

* Detinēt, & tota nox est peruigilia cāticis. 5
Regnet in Syluis Dione, tu recede Delia.

Cras amet, qui nunquam amauit, quique
amauit, cras amet.

Iussit Hyblais tribunal stare Diua floribus:
Prases ipsa iura dicit, adsederunt Gratia: 10
Hibla totos funde flores, quicquid annis ad-
tulit,

Hybla florū rūpe restes quāt' athna cāpus est.
Ruris hic erunt puella, vel puella montium,
Quaq; syluas, quaq; lucos, quaq; montes 15
incolunt:

Iussit omnes adsidere pueri mater alitis,
Iussit & nullo puellas nil amori credere.

Cras amet, qui nunquam amauit; quique
amauit, cras amet. 20

* Et rigentibus vergentes ducat umbras flo-
ribus:

Cras erit qui prim^o ather copulauit nuptias,
Vt panttoſis crearet vernis annum nubibus.
In sinum maritus imber fluctus alma & con- 25
iugis,

Vt flet^o immixt^o omnis aleret magno corpore.
Ipsa vernas atque mētem permeante spiritus,
Intus, occultis gubernat procreatrix viribus:
Pérque calum, pérque terras, pérque pontum 30
subditum,

Peruium sui tenorem seminali tramite.
Imbuit, iussitq; mūdum nosse nascendi vias.
Cras amet, qui nunquam amauit; quique
amauit, cras amet. 35

Ipsa

*Ipsa Troianos nepotes in Latino transtulit:
Ipsa Laurentē puellam coniugem nato dedit:
Moxq; Marti de sacello dat pudicā virginē,
Romuleas ipsa fecit cum Sabinis nuptias:*

5 *Vnde Rames & Quirites , proq; prole posterū
Romuli , matrē crearet, & nepotē Casarem,
Cras amet, qui nunquam amavit; quique
amavit, cras amet.*

10 *Rura fecundat voluptas; rura Venerem sen-
tiunt:*

*Ipse amor puer Dione rure natus dicitur;
Hunc ager, cū parturiret ipsa, suscepit sinu;
Ipsa florum delicatis educavit osculis.*

15 *Cras amet, qui nunquam amavit; quique
amavit, cras amet.*

*Ecce iam super genestas explicat Aonij latus,
* Quisque tuus quotenetur cōiugali fœdero
Subter umbras cum maritis ecce balantum
gregum:*

20 *Et canoras non tacere Diua iussit alites.
Iam loquaces ore rauco stagna cygni perstre-
punt:*

*Adsonante aërei puella subter umbrā populi,
Vt putas motus amoris ore dici musico?*

25 *Et neges queri sororem de marito barbaro?
Illa cantat , nos tacemus, quando ver venit
meum:*

** Quando faciam ut chelidon va taceret
desinā?*

30 *Perdidi Musam tacendo , nec me Phœbus
respicit:*

*Sic Amyclas, cū tacerent, perdidit sitēsium.
Cras amet, qui nunquam amavit; quique
amavit, cras amet.*

35 *Explicit peruigilium Veneris.*

FLOR

212 VET. POETARVM
FLORIDI DE QUALITATE VITÆ.

*

*Bacche vitium repertor, plenus adsis vitibus,
Effluas dulce liquorem coparandum nectari,
Codicumq; fac vetustum ne malignis suenulis
Asperum dicat sapore versus usus in alteros.*

*

*Omnis mulier intra pectus celat vir pestilens.
Dulce de labris loquatur, corde vivit noxio.*

*

*Sic Apollo, deinde Liber, sic videtur ignifer,
Ambo sunt flammis creati, prosatiq; ex ignibus,
Ambo de comis calorem & radio conferunt.
Noctis hic rumpit tenebras, hic tenebras pe-
ctoris.*

10

*

*Quando ponebam Novellas arbores mali & piri,
Cortici summa notavi nomen ardoris mei.
Nulla fit exinde finis vel quies cupidinis,
Crescit arbor, gliscit arbor, ramus implet li-
teras.*

15

*

*Qui mali sunt, non fuere matris ab alio mali:
Sed malos faciunt malorum falsa contubernia.*

*

*Sperne mores transmarinos, mille habent of-
fugia.*

25

*Cive Romano per orbem nemo vivit rectius.
Quippe malim unum Catonem, quem tre-
centos Socratas.*

*

*Tam malum est habere nummos, non habere
quam malum est.*

30

*Tam malum est audere semper, quam ma-
lum est semper pauere.*

35

Tam

Tam malum est tacere multum, quàm malum est multum loqui.

Tam malum est foris amica, quàm malum est vixor domi.

5 *Nemo non hac vera dicit, nemo non contra facit.*

*

*Consules sunt quotannis, & novi Proconsules:
Solut aut Rex, aut Poëta non quotannis nascitur.*

10

VALERII ÆDITVI

Dicere cū conor curā tibi, Pamphila, cordis;

Quid mi abs te quarā, verba labris abeūt:

Per pectus miserū manat subito mihi sudor:

15 *Si taceo, subitus, duplo ideo pereor.*

EIVSDEM.

Quidā saculam praefers, Phileros, qua nil opus nobis?

Ibimus; hoc lucet pectore flamma satis.

20 *Istam nā potis est vis saua extinguere venti,*

Aut imber calo candidū precipitans:

At contra hūc ignē Veneris, nisi si Venus ipsa,

Nulla est, qua possit vis alia opprimere.

PORTII LICINI.

25 *Custodes ouium, teneraq; propaginis agnum,*

Quaritis ignem? ite huc. queritis? ignis homo est.

Sed digito attigero, incendam syluam simul omnem,

30 *Omne peccus flāma est, omnia qua video.*

Q. CATVLLI.

Constiterā exorientē aurorā fortē salutans,

Cū subito à laua Roscius exoritur.

Pace mihi liceat, caelestes, dicere vestra:

Mortalis visu est pulchrior esse deo.

35

EIVS

Aufugit mi animus, credo, ut solet, ad Theotimum

Deuenit, sic est: perfugium illud habet.

Quod si non interdixem, ne illum fugitiuum 5

Mitteret ad se intrò, sed magis eiiceret?

Ibimur quæsitum. verum ne ipsi teneamur.

Formido, quid ago? da Veni consilium.

C. CÆS. OCTAVIANI AVGVSTI.

Quod fuit Glaphyren Antonius, hanc mihi 10
pœnam

Fulvia constituit, se quoque uti futuam.

Fulviã ego ut futuã? quid, si me Mani? oret,

Padicem, faciam? non puto, si sapiam.

Aut futue, aut pugnemus, ait. quid, si mihi 15
vita

Charior est ipsa, mentula? Signa canant.

C. MOECENATIS CILNII.

Debilem facito manu,

Debilem pede, coxa: 20

Tuber adstrue gibberum,

Lubricos quate dentes,

Vita dum supereft, bene est.

Hanc mihi, vel acuta

Si sedam cruce, sustine. *

Dum dubitat natura mare, faceretne puellã, 25

Factus es, ô pulcher, penè puella puer.

GALIENI IMP. EPITHALAMIVM.

Ite, agite, ô iuvenes: pariter sudate medullis

Omnibus inter vos, non marmura vestra co- 30
lumba,

Brachia nõ hedera, nõ vincũt oscula cõcha.

Ludite, sed vigiles nolite extinguere lychnos.

Omnia nocte vident, nol cras meminera: tã-
cerne. 35

L. POM

L. POMPONII.

Ridiculus est quem te Cascā tua dicit amica.

Fili potoni sesquisenex puerum.

Dic illam pusam. sic fiet, Mutua muli.

5 *Nam verè es pusus tu, tua amica senex.*

IN C. CÆSAREM.

Urbani seruate uxores, mœchum caluum ad-
ducimus.

10 *Aurum in Gallia effutuisti. hinc sumpsi-*
mutuum.

IN EVNDEM.

Gallias Caesar subegit, Nicomedes Casarem.

Ecce Caesar nūc triūphat, qui subegit Gallias;

Nicomedes non triūphat, qui subegit Casarē.

15 *ASINII GALLI.*

Qui caput ad lauam deicit, glossemata vobis

*Præcipit. os nullum: vel potius pugillis. **

Semicapri quicunque subis sacraria Fauni.

Hac lege Romana verba notata manu,

20 *Hersilius hic iaceo, mecum Marulla quiescit.*

Quæ soror, & genitrix, & mihi sponsa fuit.

Vera negas, frōtēq; trahēs anigmata Sphingos

Credis: sunt Pythio vera magis tripode.

Me pater ex nata genuit, mihi iungitur illa:

25 *Sic soror, & coniux, sic fuit illa parēns.*

CVPIDO.

Sol calet igne meo, flagrat Neptun⁹ in undis.

Pensa dedi Alcida, Bacchum seruire coëgi,

*Quamuis liber erat. * **

30 *

Cur Otho mentito sit, queritis, exul honore?

Vxoris mœchus cœperat esse sua.

P. VIRGILII MARONIS

Silicet, hoc sine fraude, Vari, dulcissime, dicā:

35 *Disperream, nisi me perdidit iste potus.*

Sin

*Sin autem praecepta vetant me dicere, sanè
Non dicam: sed me perdidit iste puer.*

*

* *De qua Tucca tibi venit, sed saepe videre
Nō licet, occulitur lumine clausa viri.* 5

* *De qua saepe tibi, non venit adhuc mihi,
nānque*

*Si occulitur, lōgè est, tangere quod nequeas.
Venerit aut tibi, sed iā iam mihi nuntius iste*

Quid prodest? illi dicito qua rediit. 10

* *Socer beate, nec tibi, nec alteri,
Generque Noctuine putidum caput,
Tūque nunc puella talis, hei tuo
Stupore pressa rus abibit? hei mihi
Vt illi versus usquequaque pertinet?* 15

Gener, socerq; perdidistis omnia.

*

*Superbe Noctuine putidum caput
Datur tibi puella, quam petis, datur:
Datur superbe Noctuine quam petis.* 20

*Sed ò superbe Noctuine, non vides
Duas habere filias Atilium;
Duas, & hanc, & alteram dari tibi;
Adeste nunc, adeste, ducit ut decet,
Superbus ecce Noctuinus Hirneam.* 25

*

*Iacere me, quod alta non possim, putas,
Vt antè vectari freta:*

*Nec ferre durum frigus, aut astum pati,
Neque arma victoris sequi:* 30

Valent, valent mihi ira, & antiquus furor.

*Et lingua, qua adsim adsim tibi,
Hei prostituta turpe contubernium
Sororis, ò quid me incitas?*

Quid impudice & improbande Cesari 35

Si

- Si furta dicantur tua,
Et belluato sera patrimonio
In fratre parsimonia:
Vel ubi puero cum viris conuiuia,
Vdaq; per somnum nates,
Et inscio repente clamatum super
Thalassio, Thalassio.
Quid palluisti, foeminane an ioci dolent?
An facta cognoscis tua?*
- 10 *Non me vocabis pulchra per Cotyttia
Ad feriatos fascinos:
Nec dein mouere lumbes in crocotulam
Prensis videbo altaribus
Flauum prope Tibrim & olentes nauticum*
- 15 *Vocare: ubi adpulsa rates.
Stant in vadis caeno retenta sordido,
Macraque luctantes aqua.
Neque in culinam & vncta compitalia
Dapesque ducis sordidas:*
- 20 *Quibus repletus ut saluosus aquis
Obesam ad uxorem redis,
Et astuantes nocte soluis pantices,
Os isq; lambis suauis.
Nunc lade, nunc laceffe, si quidquam vales.*
- 25 *En nomen adscribo tuum.
Cinade Luci, en, te reliquerunt opes,
Fameque genuini crepant.
Videbo habentem prater ignauos nihil
Fratres, & iratum Iouem,*
- 30 *Scissumque ventrem, & herniosi patrum
Pedes inedia turgidos.*

I N C E R T I.

- Copa Syrisca caput Graia redimita mitella,
Crispum sub crotalo docta mouere latius:*
- 35 *Ebria famosa saltat lasciuia taberna,*

K

Ad

Ad cubitum raucos excutiens calamos.
 Quid iuuat aestiuo defossū puluere abesse?
 Quam potius bibulo decubuisse toro?
 Sūt cupa & calibes, cyathi, rosa, tibia, chorda,
 Et trichila umbrosis frigida arundinibus. 5
 Est & Manalio qua garrit dulce sub antro
 Rustica pastoris fistula in ore sonans.
 Est & vappa cado nuper diffusa picato:
 Et strepitans rauco murmure riuus aqua.
 Sunt etiam viola croceo de flore corolla, 10
 Sertaque purpurea lutea mista rosa:
 Et qua virgineo libata Acheolis in amne,
 Lilia vimineis attulit in calathis.
 Sunt & caseoli, quos iuncea fiscina siccāt:
 Sunt autumnali cerea pruna die, 15
 Castaneae, nucēsque & suauerubentia mala:
 Est hic mūda Ceres, est Amor est Bromius.
 Sunt & mora cruenta, & lētis uua racemis:
 Est pendens iunco caruleus cucumis:
 Est tuguris custos armatus falce saligna: 20
 Sed non & vasto est inguine terribilis.
 Huc Alibida veni: fessus iam sudat a sellus.
 Parce illi: vestrum delictum est asinus,
 Nunc cantu crebro rumpūt arbusta cicada:
 Nunc etiam in gelida sede lacerta latet. 25
 Si sapis, aestiuo recubans te prolue vitro,
 Seu vis crystallo ferre novas calices.
 Hic age, pāpine a fossus requiesce sub umbra,
 Et grauidum roseo nocte caput strophio,
 Formosus tenera decerpes ora puella: 30
 Ah! pereat cui sunt prisca supercilia.
 Quid cineri ingrato seruas bene olētia feta?
 Anne coronato vis lapide ista tegi?
 Pone merum & talos, pereat, qui crastina
 curat. 35

Mors

Mors aurem vellens, viuite, ait, venio.

C. PLINII.

Huc mihi vos largo spumantia pocula vino,
Vt calefactus Amor peruigilare velit.

5 Ardenti Baccho succenditur ignis Amoris:
Nam sunt unanimi Bacchus Amorq; dij.

EIVSDEM.

Quum libros Galli legerē, quibus ille parentā
Ausus de Cicerone dare est palmāq; decusq;

10 Lasciuū inueni lusum Ciceronis, & illo
Spectandum genio, quo seria condit, & quo
Humanis salibus multo, variōque lepore
Magnorū ostendit mentes gaudere virorum.
Nam queritur, quod fraude mala frustratus

15 amantem

Paucula canato sibi debita sauiā Tiro (tis,
Tempore nocturno subtraxerit. His lega le-
Cur posthac, inquā, nostros celamus amores.
Nullūque in medium timidi damus? atque

20 fatemur

Tironisque dolos, Tironis nosce fugaces
Delicias, & furta nouas addentia flammā?

INCERTI EX PLATONE.

Dum semihulco sauiō

25 Meum puellum sauior,
Dulcēque florem spiritus
Duco ex aperto tramite:
Anima tunc agra & saucia
Cucurrit ad labias mihi,

30 Rictūque in eris peruium,
Et labra pueri mollia
Rimata itineri transitus,
Vt transleret nititur,
Tum si mora quid pluscula

35 Fuisset in castra osculi,

K 2

Amoris

INCO VET. POETARVM

Amoris igni percita
Transisset, & me linqueret:
Et mira prorsum res foret,
Vt ad me fierem mortuus.
Ad puerum ut intus viuerem.

INCERTI.

Paliphaes fabula, ex metris omnis generis corum, quae apud Horatium reperiuntur.

Filia Solis

10^t

Astuat igne nouo,
Et per prata iuuenicum
Mentem perditam quaritat.
Non illam thalamus pudor arcet,
Non regalis honos, non magni cura mariti. 15
Optat in formam bonis
Conuertit vultus suos,
Et Proetidas dicit beatas,
Totq; laudat, non quod Isis alta est,
Sed quod iuuenca cornua in fronte eleuat. 20
Si quando misera copia suppetit,
Brachiis ambit fera colla tauri,
Florésque vernas cornibus illigat,
Oraque iungere quarit ori.
Audaces animos efficiunt tela Cupidinis: 25
In licitisque gaudet.
Corpus includit tabulis efficiens iuuenecam.
Et amoris pudibundi malesanis
Obsequitur votis, & procreat, heu nefas, bi-
membrem,
Cecropides iuuenis, quem perenlit fractum 30
manu.
Filo resoluens Gnosia tristia recta domos.
L. Apulcij *Ἰνὸς ποῦ* ex Menandro.
Amare liceat, si potiri non licet.

Fruantur 35

Fruantur alij: non moror, non sum invidus:
Nam sese excruciat qui beatas invidet,
Quos Venus amavit, facit amoris compotes:
Nobis Cupido velle dat, posse abnegat.

8 Olli purpurea delibantes oscula
Clemente morsu rosea labella vellicent,
Malas odorent ore & ingenuas genas,
Et popularum nitidas geminas gemmulas:

19 Quin & cum tenera membra molli lectula,
Cum pectora ipsa adherent Veneris glutino,
Libido cum lasciuo instinctu suscitatur
Sinuata ad Veneris cursu foemina foemina,
Inter gannitus & subantis voculas,
Carpant papillas atq; amplexus intiment,

15 Aréntque sulcos molles aruo Venerio,
Thyrsúmque pangent hortulo in Cupidinis
Dum crebros ictus conuiiente lumine,
Trepidante cursu, Venere & anima fessula,
Eiaculent tepidum rorem nuceis laticibus.

20 Hac illi faciant, queis Venus non invidet:
At nobis casto saltem delectamina
Amare liceat, si potiri non licet.

EIVSDEM L. APVLEII.

Florea ferta meum mel, & hac tibi carmina

23 Carmina dono tibi, ferta tuo genio. (dono.
Carmina, uti Critia lux hac optata creatur,
Que bis septeno veratibi remeat.

Serta autè, ut lato tibi tēpore tēpora vernēt:
Ætatis florem floribus ut decoret.

30 Tu mihi da cōtra pro verno flore tuum vor,
Vt nostra exsuperas munera muneribus.
Pro implexis sextis, cōplexum corpore redde,
Pròque rosis, oris suavia purpurei.

Quòd si animum inspires, dona iam carmi-
na: nostra.

Cedent victa tuo duleilq̃uo calamo.

EIVSDEM.

*Et Critias mea delicia, & sol alme Carine,
Par in amore mea vita tibi remanet. (vult,
Ne metuas ne me ignis & ignis torreat ut
Hæcæ duas flammæ dum potiar, potiar.
Hoc modò sim vobis unus sibi quisque quod
ipse,
Hoc mihi vos eritis quod duo sunt oculi.*

*

10

*Iam libet nã lusus, lascivæque furtiva reuerti;
Ludere, Musa, iuvat, Musa seueræ, vale.
Nunc mihi narretur tumidis Arethusa ca-
pillis.*

*Nunc adstricta comas, nunc resoluta comas, 15
Et modò nocturno pulsas mea limina signo.
Intrepidus tenebris ponere docta pedes:
Nunc collo molles circum diffusa lacertos,
Erfectat nuncum semisupina latus.
Inq̃ modos omnes dulces inuitata tabellæ 20
Transeat, & lecto pendeat ille meo.
Nec pudeat quicquam: sed me quoque no-
quior ipsa*

*Exultet toto non requieta toro.
Non deerit Priamum qui desceat, Hectora 25
narret.*

*Ludere, Musa, iuvat, Musa seueræ, vale.**

*

*Esse tibi videor demens, quod & carmina nãm
Scribere Patricio digna supercilio. 30
Quod Telamoniaden non aquo iudice victũ
Præteream, & pugnas, Penthesilea, tuas:
Quod non aut magni scribam primordia
mundi,*

Aut pelopis currus, aut Diomedis equos: 35

Aut

*Aut ut Achilleis infelix Troia lacertis
Quassata, Hectoreo vulnere conciderit.
Vos mare tentetis: vos detis lintea ventis:
Me vehat in tutos parua carina lacus.*

5 *Insanus vobis videor, nec deprecor ipse
Quo minus hoc videar. Cur tamen hoc
videor, (per amasti.*

Dicite nunc. Quod semper amas, quod sem-
10 *Hic furor? hic, superi, sit mihi perpetuus.*

*Quada me, si credis, amat; sed dissilit, ardet,
Non sic non leuiter: sed perit & moritur:
Dum fugiet, gratis quadam simul atque ro-*
15 *gabit,*
Ostendam quam non semper amatus amē.

*Iuratum tibi me cogis promittere, Galla,
Ne narrem. iura rursus & ipsa mihi,
20 Ne cui tu dicas. Nimiū est lex dura: re-*
mittam,

Preterquā si vis dicere, Galla, viro.

PETRONII AFRANII.

Ad Deliam.

25 *Nescio quo stimulāte malo pia fœdera rupi,
Non capiunt vires crimina tanta mea.
Institit, & stimulis ardentibus impulit actū,
Sine fuit Fātum, seu fuit ille Deus.
Arguimus quid vana deos? vis, Delia verū?*
30 *Qui tibi me dederat, idē & ademit Amor.*

*Si me custodi Cosconia, néve ligata
Vincula sint nimiū, néve soluta nimis.
Effugiam laxata nimis, nimis aspera rūpam.*
35 *Sed neutrum faciam, commoda si fueris.*

K 4. Semper

Semper mundicias, semper, Basilisca, decoret,

Semper compositas arte decente comas.

*Et comptos semper cultus, unguentaque
semper,*

Omnia sollicita compta videre manu,

*Non amo. neglectim mihi se qua comit ami-
ca,*

Sedet, & ornatus simplicitate valet.

Vincula ne cures capitis discussa soluti,

Nec ceram in faciem: mel habet illa suū. 10

Fingere se semper, non est considerare amori,

Quid, quod saepe decor, cū prohibetur, adest?

*

Ante dies multos nisi te Basilisca rogavi,

Et nisi pramonui, te dare posse negas. 15

Vt subito creuere, solent ex tempore multa,

Quam scripta, melius cedere delicia.

*

Cur differs, mea lux, rogata semper?

Cur longam petis aduocationem?

Primum hoc artificis scelus puella est. 20

Deinde est difficile & laboriosum

In tentigine tam diu morari.

Nihil est prater ea puella, nihil est.

Deprensa mel. 25

*

Fæda est in coitu & brevis voluptas.

Et tadet Veneris statim peracta.

Non ergo ut pecudes libidinosa

Caci protinus intruamus illuc: 30

Nam languescit amor, peritque flamma,

Sed sic, sic sine fine feriat,

Et tecum iaceamus osculantes.

Hic nullus labor est, ruborque nullus.

Hoc inuit, inuat, & diu inuabit; 35

Hoc

Hoc non deficit, incipitque semper.

*

(uenci

Quid sanis Sybari? demitti modo terga in-

Quid premis, & tenerū currere cogis equū?

5 Dum stupet ac nouus est, & adhuc nō nouit
amorem.

Parce: premēdus erit, cūm ueteranus erit.

*

O sacros vult⁹ Baccho, vel Apolline dignas,

10 Quos vir, quos tuto fœmina nulla videt.

O digitos, quales pueri vel virginis esse,

Vel potius credas virginis esse dea.

Felix, si qua tuum conrodit fœmina collum.

Felix qua labris liuida labra facit.

15 Quaq; puella tuo cūm pectore pectora ponit,

Et linguam tenero lassat in ore suam.

*

PETRONII AFRANII.

Ad Deliam.

20 Garrula qđ totis resonat mihi noctib⁹ auris?

Nescio quem dicis nunc meminisse mei.

Hic quis sit, quaris? resonant tibi noctib⁹ au-

Et resonant totis. Delia te loquitur. (res,

Non dubiē loquitur me Delia: mollior aura

25 Venit, & exili murmure dulce fremit.

Delia non aliter secreta silentia noctis

Submissa, ac tenui rumpere voce solet.

Non aliter teneria collum complexa lacertis

Auribus admotis condita verba dare,

30 Agnoui, vera venit mihi vocis imago,

Blandior arguta tinnit in aure sonus.

Ne cessate, precor, longos gestare susurros.

Dū loquor hac iam vos obticuisse queror.

*

35 Accusare & amare tempore uno,

K 3

Ips

Ipsi vix fuit Herculi forendum.

Incerti.

Formosa es, fateor: diuis generosa, venusta.

Confiteor, si vis, omnia, redde vitam.

Nēpe parū casta es: nēpe es deprehensa, negabis?

Res venit ad lites, rursus & illa negem.

Dic potius: sed nēpe semel: sed nēpe puella:

Et cū deprehensa, quid nisi frater erat?

Frater erat, nihil est, facit quod Iuppiter. il-
lud

Sed quod non facit Iuppiter, hoc facitis.

PETRONII AFRANII.

Ad quandam virifugam.

Pulchrior & niuis oīm sit tibi forma colorū,

Cuncta padicitia iura tenere cupis.

Mirādum est qualinaturam lego gubernes,

Moribus ut Pallas, corpore Cypria eas.

Te neque coniugij liber excepisse leuamen,

Sapius exoptans nolle videre mares.

Hac tamē est animo quāuis exosa voluptas:

Namquid non mulier, cū paris, esse potes?

*

EIVSDEM AD IVEIAM.

Me niue candenti petist modō Iulia, rebar

Ignē carere niuem, nix tamen ignis erat.

Quid niue frigidi? nostrū tamē vñere pectus:

Nix potuit manēbat, Iulia, missa tuis. (vis,

Quis locus infidis dabitur mihi tutus ante-

Frigore concreta si lacer ignis aqua?

Iulia, solū potes nostras exstinguere flāmas,

Non niue, non glaciō, sed potes igne parā.

A L C F M. I.

O blandos oculos & inficetos,

Et quadam propria nota loquaces:

Illic & Venus, & leues amores.

Atque

Atque ipsa in medio sedet voluptas.

EIVSDEM ALCIMI.

Lux mea Puniceū misit mihi. Lesbia malū,

Iam surdēt animo cetera poma meo.

5 *Sordēt velleribus hirsuta Sidonia canis,*

Sordēt hirsuta munera castanea.

Nolo nuces, Amarylli, tuas, nec cerea pruna.

*Rusticus hac Corydon munera magna
putet.*

10 *Horreo sanguineo malè mora rubētia succo,*

Heu gravis funesti crimen amoris habent.

Misit dente leui paulum libata placenta

Munera, de labris dulcia mella suis. (ipsa

Nescio quid plus melle sapit, quod contigit

15 *Spirans Cecropium dulcis odore thymum.*

*

Indoctus teneram suscepit calculo pubem,

Quam cogat primus discere litterulas.

Sed cum discipulos nulla terrore coërcet,

20 *Et ferulis culpas tollere cessat iners:*

Proiectis pueri tabulis. Floralia ludunt,

Iam nomen ludi ritè magister habes.

CLAVDII CLAVDIANI K.C.

Marcus amās puerū, natū mentitur amare,

25 *Vultque pater dici, nescius esse pater.*

Et pietate nefas, et amorem velat amore,

Se pietas umbram criminis esse dolet.

Nate, dies audit: nox, et torus audit, Amice:

Et pro temporibus nomina mutat amor.

30 *Stulte, quid ignaro non dicit. Cincia fratri.*

Ne credas noctis digna latere diem.

Qui pater est, huic filius est. à lumine primo

Filius, à thalamis incipit esse pater.

*

35 *Formosissima Lai-fœminarum,*

K 6

Dum

228 VET. POETARVM

*Dum noctis precium tua requiro,
Magnum continuo petis talentum.
Tanti non emo, Lai, pœnitere.*

*

PETRONII AFRANII.

De cretata facie.

*Dum sumit cretâ in faciem Sertoria, cretâ
Perdidit illa simul, perdidit & faciem.*

*

EIVSDEM AD DELIAM.

*Te vigilans oculis, animo te nocte requiro,
Vincta iacent solo cum mea membra toro.
Vidi ego me tecum falsa sub imagine somni,
Somnia tu vinces, si mihi vera venis.*

*

*Caballina furens amanda nulli,
Excussis modo calcibus fremabas:
Qua quamvis facie micet rubenti,
Et vibret Parium nitens colorem:
Hirsutis tamen est potenda nullis,
Qua possint pariles citare iunctas.*

*

*Gracule, consueta lenandi calidæ arte,
Cœpisti adductor coniugis esse tua.
Et quæ fortè procax penitus cōroserat uxor,
Consueras patria præcipitare damo.
Sed pratensa astu, delusit retia quidam.
Tēque tuis miserum depulit è laribus.
Solum vera probas incundi verba poetæ:
Cum ingulas hircum, factus es ipse caper.*

*

*Quid prodest Martis te vel de nomine dictū,
Pruriat infami cum tibi cluxit Venus?
Fors fuerat poti⁹ Cypridos ut nomē haberet,
Et natura daret Martia membra tibi.*

Nunc

Nunc utroque carens ignoti fabula sexus;
Fœmina cum nō sis, vir tamē esse nequis.

DE CALATEA IN VASE.

Fulget, & in patinis ludit pulcherrima Nais
Prudentum inflammans ora decore suo:
Congrua nō tardus diffundat iura minister,
Vt lateat positis tectā libido eibis.

*

Ludere sueta vadis privato Nympha natata
10 Exornat mensas membra venusta mouēs:
Cosme has nolo dapes: vacuū mihi pone be-
letar.

Quod placet aspiciā, venuo quod saturat.

*

15 Praxitelis Venerē lapidosa per oscula multā
Stuprarunt, quin sub marmore vincta fuit;
At mirū hos gelido ē saxo prodisse calores?
Mirare exustos lampade Solis agros.

*

(sapis: inquam,

20 Mitte, aquila, hunc puerum, mitte inquā, si
Aut tibi per mediū missile corpus agā.
Non mittis? sed nō moueor stridoribus ullis,
Quid gemis? At culpa est, ingemis? auctor
Amor.

25 Mir' Amor si credibilis volacrisq, hominisq,
Sed quātū, oro, homīni cōuenit & volucris?
Et si remigio alarum rostrōq, superba es,

O aquila, ast omni est alite maior homo.
Naturam accusa, qua corpus pectore dispar:

30 At qui dat dispar corpore pectus Amor.
Quicquid formosum est, penetrat, trahit, ar-
ripit ad se.

Nēpe est de Veneris sanguine natus Amor.

*

(na lucis

35 Quānā has forma? dei. Cur versa est? fulgu-
Divina

Diuina non fert debilis hac acies.

*Quid verò existit tanquam uno è corpore
corpus? (uis est.*

Hic Amor est. Si Amor est, cur videt? at Io—

Cur ita complicitis alis? nunquam euolat. 9

At cur

In se conuertit tela? sui ille amor est.

Cur ferro sine tela gerit? q̃a vulneris expers

Ille est: at vester vulnerat & cruciat.

*

10

Sic tua sit, quamcumq; tuã vis esse puellam:

Sic quamcũque voles, mutuus ignis edat:

Sic nũquã dulci careãt tua pectora flamma,

Et sic lasuro semper amore vacent.

*

11

Vince mero caras, & quisq; fortè remordet

Comprime: deq; animo vubila pelle tuo.

Nox curam si prẽndit, alit. malè creditur illi

Cura, nisi à multo marcida facta mero.

*

(stra, 20

Balnea, vina, Venus corrumpãt corpora no-

Et vitam faciunt balnea, vina, Venus.

*

Sanguine si nostro, nostra si morte liceret

Pallentes Orco, proh dolor! eripere:

Et si qua patimur, crudeli fanere fata,

Hoc saltem nobis munere grata forent:

** Taderet quantos coeli conuexa tueri,*

Quanta sanirent in sua corda manus?

Et tu, qua fuerim si nosset, candide lector, 30

Nũc animã quoque tu purpureã vomeres,

Viuerẽ quo rursus possẽ, & superesse daretur,

Trigere & innumeras nexu per ora animas.

*

Hic iacet exutis Dionysia flebilis annis. 33

Exire

*Extremum tenui qua pede rupit iter.
Cuius in octava lascivia surgere melle
Cœperat, & dulces fingere nequitias.
Quod si longæ tua mansissent tempora vite,
Doctior in terris nulla puella foret.*

*

(antra

*Verna puer, puer o mi Verna, quis, ab! quis ab!
In tenebras rapuit? perditus ab! morerer,
Ni tecum assidue loquerer, ni sape iocando.
10 Fallerer, hinc te cum continuo aspicio.
Semper ero tecum, & si me sopor occupet,
umbram, (abs te abeam.
Te umbra petam, ergo unquam ne metus.*

*

(linor

*15 Forma atque illecebris Veneri vix amula
Saxo delicias invidus occuluit.
Artificis pietate iterum rediuvina placebam,
Ni me vidisset Cypria marmoream.*

*

*20 Si fractus proprio subdit de germine, tellus
Si reparat sparsis debita seminibus, (res;
Nascentur eximio forma, noua messis, hono-
Et lepor, & suavis gramina nequitia.*

*

*25 Inice, si pietas usquam est, suspiria, & imple
Mecum hospes lacrymis marmoris hez
vacuum.*

*Nam forma exemplum perit cum obiit mea
Lyde,*

30 Quam perire homines, vel perire dij.

*

*Lydia bella puella, candida,
Qua bene superas luo Colilium.
Albamque simul rosam rubidam,*

35 Aut expolitur ebri Indicum,

Pande

Pande puella, pande capillulos
 Flavos, lucentes ut aurum nitidum
 Pande puella collum candidum,
 Productum bene candidis humeris,
 Pande puella stellatos oculos,
 Flexaque super nigrae cilia.
 Pande puella genas roseas,
 Perfusas rubro purpura Tyria.
 Porrige labra, labra corallina,
 Da columbatim mitia basia: 10
 Sugis amentis partem animi:
 Cor mihi penetrant hac tua basia.
 Quid mihi sugis vinum sanguinem?
 Conde papillas, conde gemipomas,
 Compresso lacte qua modo pullulant. 11
 Sinus expensa profert cinnama:
 Undique surgunt ex te delicia.
 Conde papillas, qua me fauciant
 Candore, & luxu ninei pectoris.
 Sava non cernis quod ago languor?
 Sic me destituis iam semimortuum? 12
 Liciuij Calui in Cn. Pompeium,
 Magnus, quem metuumt omnes, digito caput
 uno

Scalpit. quid credas hunc sibi velle? virū. 13

REGIANI DE BAIA.

Ante bonā Venerem gelida per litora Baia,
 Illa natare lacus cum lāpade iussit Amorē:
 Dū natat, algētes cecidit scintilla per undas:
 Hinc vapor vssit aquas: quisunque natavit, 30
 amavit.

PETRONII AFRANII.

De sigillo Cupidinis aquas fundentis.
 Igne salutifero Veneris puer omnia flammās
 Pro facibus proprias arte ministrat aquas. 31
 SENTIA

CATALECTA. 235
SENTII AVGVRI.

*Canto carmina versibus minutis
His, olim quibus & meus Catullus,
Et Calvus, veteresq;, sed quid ad me
¶ Vnus Plinius est mihi, priores
Mauult versiculos foro relicto:
Et quarit quod amet, iuuatq; amare,
Ille Plinius, ille quid Catones?
I nunc, qui sapias, amare noli.*

10

*

*Parce precor virgo toties mihi culta videri,
Meq; tuum forma perdere parce tua.
Parce superuacuo cultu componere membra:
Augeri studio tam bona forma nequit:
¶ Ne tibi sit tanto caput & coma paxa labore,
Et caput hoc bellum est, & coma mixta
placet.*

*Ne stringant rutilos tibi serita vincla ca-
pillos,*

20. *Cum vincant rutila serica vincla coma.
Nec tibi multiplicē crines reuocetur in orbē.*

Inculi crines absque labore placent.

*Aurea nec video cur flamen vertice portes:
Aurea nam nudo vertice tota nites.*

25 *Vtraq; fert auris aurum, fert vtraq; gemas,
Vtraque nuda nouis anteferenda rosis.*

Ora facis vitreo tibi splendidiora nitore,

*Cum tantum ora vitro splendidiora geras.
Incendunt niueum lunata monilia collum.*

30 *Nec collum simplex dedecuisse potest.*

Contegis occulta candentes veste papillas,

Candida cum nolit veste papilla regi.

*Ne toga fluxa volet, reprimat tibi fascia
corpus:*

35 *Sat corpus veneror, sit toga fluxa licet.*

Dic,

*Dic, teretes digitos quare annulus & lapis
ambit,*

*Cum teretes digiti dent pretium lapidi?
Ornatum nullo potes exornatior esse,*

Et tantum ornaris in mea damna nimis. 9

Ne te plus a quo species externa perornet,

Cum sis plus a quo pulchra decore tuo.

Non ego sum pro quo te componendo labores,

Nec qui te talem non, nisi cogar, amem.

Pronus amo: non sum tenero qui pugnet amori, 10

Nec qui te roseam vellet amare deam.

Cum radiis certare Iouis tua lumina possent,

Et possent radiis vincere signa Iouis.

Sole nihil toto melius splendet in orbe,

Sole tamen melius splendidiusque nites. 15

*Sunt tibi colla quidem niue candidiora re-
centi,*

Sed niue, qua nullo marcida Sole iacet:

Conueniunt tepido tua frons & pectora lacti,

Sed lacti satura quod posuere capra. 20

Cedit odora tibi vernantis gloria Sylva,

*Nec tibi quod rignus praferat hortus
habet.*

Nulla colorati species tibi proxima prati,

Nec cum floruerit par tibi campus erit. 25

Alba ligustra tua nequeunt accedere laudi,

Fixaeque cespitibus lilia laude premis.

Nulla tuos possunt aquare rosaria vultus,

Cum nec adhuc spinis sit rosa vultu tuis.

Gratia, quam Viola maturo flore merentur, 30

Si quod contulerit se tibi, vilis erit.

Non Helena mater, nec par tibi filia Leda:

Quamuis hac Paridem mouerit, illa Iouem.

Compulit illa Iouem cygni latuisse sub alis,

Copulit illa Phrygas saeva sub arma duces. 35

Leda

- Leda per albentes humeros fluitante capillo
 Dum legit Argina florea ferta deæ,
 Erranti super astra Ioui de nube supremæ
 Cognita, plumalem de Ioue fecit auem.
 5 Tuq; puellarū dum ludis in agmine princeps,
 Inter virgineos lucida stella choros,
 Si magno conspecta Ioui de nube fuisses,
 Deposuisse deum non puduisset eum.
 Ast Helena facies & opima potentia forma
 10 Dardanid Paridi per mare prada fuit.
 Gracia conisrat depetendam mille carinis,
 Mirata hanc raribus Gracia mille petit.
 Te tam conspicuā Phrygiis si prado videret,
 Et te vel ratibus, vel rapuisset equo.
 15 Annis tracta decē sunt Troica bella: sed uno,
 Si pro te fierent, mense peracta forent,
 Virgine Leda me iudice dignior esses,
 Pro qua Troianas flamma cremaret opes,
 Tu poteris Priamo validissima causa fuisse.
 20 Nulla de cura foret regna perire sua.
 Si succincta togā * risu pharetrata Diana
 Venatrix toto crine soluta fores:
 Si Dryadum comitata choro, si nuda lacertos
 Arcu fulmineos insequeroris apros:
 25 Te quicumq; deus syluosa per antra vagantē
 Conspiceret, veram crederet esse deam.
 De pretio forma cum tres certamen inissent,
 Electusque Paris arbiter esset eis:
 Praefecit Venerem Paridis censura duabus.
 30 Deq; tribus, victa succubūere dua.
 Cum tribus ad Paridem si quarta probanda
 venires,
 De tribus à Paridi quarta probata fores.
 Pomaq; si forma potiori danda fuere,
 35 Hac potius forma danda fuere tua.

Ferrea

236 VET. POETARVM

*Ferræ corda gerit, tua quem caelestis imago,
Vel tam purpurea non tetigere gena.
Robore, vel scopulo genitum convincere
possim.*

Quem tam sollemnis forma monere nequit. 5

*

*In cratere meo Tethys est coniuncta Lyao,
Et dea mixta deo, sed dea maior eo.*

*

*Blanditur puero Satyrus, Vultusq, manuq, 10
Nolenti similis retrahit ora puer.*

*Quem non commoveant, quamvis de mar-
more? fundit*

Penè preces Satyrus, penè puer lacrymas.

*

15

*Me mihi surripuit contraria flamma sororum,
Pulchra Theis oculis, ore nige lla Melas.*

*Ore Melas, oculisq, Theis, placuere, subinde:
Pulchra Theis oculis, ore nigella Melas.*

Sed dū nigra Melas ridet sine voce sororem, 20

Despectam Theidis forma facitq, Melam.

Me mihi restituit cōtraria flamma sororum,

Pulchra Theis oculis, ore nigella Melas.

SYLLO

**SYLLOGE
ANNOTATIONVM
ET OBSERVA-
TIONVM**

IN

**T. PETRONII ARBITRI
SATYRICON, ET
FRAGMENTA:**

*Ex Theologorum, Iureconsultorum, Medicorum,
Philosophorum, Politicorum, Historicorum,
Oratorum, Poëtarum, Philologorum & Cri-
ticorum scriptis, qui Petronium vel emen-
darunt, vel illustrarunt, vel notauerunt,
collecta ac digesta.*

**A GEORGIO ERHARDO
Franco, Philosophiæ Magistro.**

Cum Indice Interpretum.

THE
JOURNAL
OF
THE
ROYAL ANTHROPOLOGICAL INSTITUTE
OF GREAT BRITAIN AND IRELAND
VOLUME 10
PART 1
1880
LONDON
PUBLISHED BY THE INSTITUTE
21, BEDFORD SQUARE, W.C.



LILII GREGORII
GYRALDI FER-
RARIENSIS

De

PETRONII ARBITRI VITA.



B Eudæmone & Libanio
nō longè aberat Petronius,
Arbiter dictus, & Massi-
liensis à plerisque existima-
tus. Hic Satyricum opus varium, & (ve
sic dicam) miscellum composuit. Cu-
ius licèt fragmenta ad nos tantùm per-
venerint, eademque parum castigata,
multæ tamen eruditionis hominē fuisse
facilè cognoscimus. nam in taxan-
dis moribus cùm acrem tum festivum
maximè, & iocis seria miscentem vi-
demus. Quo tempore vixerit, quòdve
institutum vitæ sectatus fuerit, haud
sanè compertum: in declamationibus
tamen versatum: ex iis, quæ extant, eli-
cimus. In Quintiliani quidem enarra-
tionibus, litteratores * quidam eum
ante

* Ræ-
phael
Rhe-
gius.

ante Quintilianum floruisse suspicatur. Sed Placidus Lactantius illum vult Statio posteriorem, ut à quo versus sumptis, & suis inferuerit, ut illum,

Primus in orbe Deos fecit timor.

Petronij certè versus in testimonium à Grammaticis veteribus afferuntur, Terentiano, Seruio, Fulgentio, aliis. Non parum, mea quidem sententia, hi à veritate absunt, qui hunc ipsum Petronium eum esse non modò putarunt, sed literarum etiam monumentis mandarunt, qui Bononiensium sanctissimus fuerit Antistes, cuius præclara pietatis monumenta in re Christiana nostris in Annalibus traduntur. Talis sunt ignorantia, ut sic dicam, si pario recentes nostri scriptores obiecti, ut pro sanctissimo & integerrimo, impium & nefarium Deorum cultorè aliquando nominent. Non alium, quàm Petronium Arbitrum, significari putarim illis Apollinaris hendecasyllabis:

*Et Massiliensium per hortos
Sacri stipitis Arbiter colonum,
Hellepontiaci parem Priapo.*

Scriptit etenim Petronius lasciuè admodum & impudicè, ut ex ipsis fragmentis

mentis facile cognoscimus. Sed & de Massiliensibus eum scripsisse, testis est Seruius Maurus. Quin & eum Macrobius ait fictis casibus amatorum argumenta fabulâsque scriptitasse.

P. G VIRANDI ALOSIANI *Scripta*

I. C. EPISTOLA.

anno

1590.

ARNAVDO G VIRANDVS.

VEnit Petronius nouæ editionis in manus. Tu petis, vt mittam : & quasi querendo, quæris quid de Arbitro arbitrer. Placet, & tædet dicere. Placet, quia multa placent. nam siue defæcati sermonis puritiam spectes, merus lepos: siue priscas negotiorum formulas, multæ & elegantes. Tædet, quia pleraque quorum me tædet : seu quæ abominor prorsus. Vis enim illas venerandæ antiquitatis gemmas legere? Has necesse est quæras in putore, seu stercore rabidi & nefandi illius Cupidinis: cuius fœdissimæ faces, imo fæces, in eiusmodi quæstu tibi elucebunt. Proh Christiani pudoris candorem! Et hoc vidit Lipsianus * Doufa, * hoc Richardus: illius Præcidanea, huius Noræ librum exornant. At improbanda non approbant. Esto. Sed quid vetabat turpia expungere? Hæc si demas, dicent, quid reliqui fiet? Verum, inquam, quid impediēbat, pro Gitone Gitonam reponere? Hei mihi! quam pessimo exemplo talia luce donantur : & quam carissimo pretio hæc vetustatis reliquiæ & cineres

* Ianus

Liousa

Nordo-

nix.

* Chri-

stophe-

rus Ri-

chardus

Biru-

nix.

L nobis

nobis emuntur. Quotus enim quisque est, qui eiusmodi ne quidem antea cogitata, semel tamē lecta stupefactus non admiretur: & inter admirationem & incredulitatem fluctuās ad aliquid turpe cēca quadam cogitatione ebrius non pelliceatur? Erubescant igitur, qui talia legenda exhibent. In exercentes insurgant leges, armentur iura gladio ultore. Vel potius, ō

Flamine qui terras terres, & fulmine torres.

Fulmine fac subito talia monstrari peti.

Modestius ipi * Linocerius post phaleucos
 * *Geofredus* longē minū turpes, addit: *Cetera, nisi eloquenti*
Linocerius *Timātis silentio, dicere pudor non sustinuit.* Quid
varian- tandem? ais. Amica sermonis elegancia, amici
sis. sales, amica veterum monumenta: sed amicior naturæ honos, quem Christianus pudor æmuletur. Prisci nostræ fidei lumine quasi hoc sibi suo quasi iure arrogabant. Nos alio iure utimur: & cum naturam, tum rationem optimas sequimur duces.

Hoc etiam te moueat, Arnaude, quod in eodem codice extat *Lusus in puella lacrymas*: isque adhuc incerto authore. Extant oculi, non flammæoli, & sereni: sed nubili, lippi, & parum pristini honoris retinentes. Extant: sed ita pro derelicto, ut eos nullus commendatione vel tantilla dignetur. In re natura sua fœdissima non tam detergenda, quàm detergenda toti lincci; rem casu deturpata, alioqui mundissimam, nescio quo fastidio delicatuli contemnunt. Quales quales attamen mitto, ut eos conferas cum illis à se multis in locis repositis. Num autem distinctione nostra cum principium, tum cætera aliquantillum elucidentur, tu videbis. Vale.

EX ROBERTI TITII BURGENSIS

PRÆLECTIONE II. IN CATULLUM, superiori Epistola opponenda.

QUOD eundē obſcœnitatis inſimulant, æui culpa ea fuit, in quod ille incidit, velut ex Horatio, Tibullo, Propertio, Catullo, aliſq; ſciri poteſt. Verùm hæc obſcœnitas nulli prorsus impedimento eſſe debet, quò minùs hunc Poëtam plurimùm diligamus, atque ipſius pleraſque ſcriptiones frequenter lectitemus, ac, quantum poſſumus, imitari conemur. Pluribus enim atque iis quidem nitidiſſimis ingenij, venuſtatis, elegantiz, doctri-næ luminibus interlitæ ſunt atque perſperſæ. Nihil autem prohibet, quo minùs bonos medicos imitemur, qui ex venenatis etiam vel herbis vel animalib. vitia pharmaca perſæpe conficiunt, & quod optimum ſit, ſecernunt è ſingulis, ac vel inſigniter pernicioſa tẽperamentorum beneficio ſanitati perquam commoda reddunt. Quinetiam virtus magis adhuc elucet è viriorum quaſi tenebris euoluta. Vnde factũ fuiſſe reor, vt Homerus, qui prudentem atq; omnib. virtutibus exaggeratum Vlyſſem fingere voluit, illi & Phœacum delicias, & Circes delinimenta obiecerit, & Cyclo-pum pericula propoſuerit. Memorât Pſylos in Africa, Maroſos in Italia, & qui Ophiogenes vocantur in Inſula Cypro, cùm quidã eorũ arbitrantur ſuppoſitum eſſe aliquẽ in ſtirpe, admouere conſueuiſſe, vt pungat colubra; ſi non ſit, mori, cùm pupugerit

pupugerit ; si de gente sit, viuere:atque Exagonem quendam ex familia Ophiogenum , cum Romæ Legati munere fungeretur, à Consulibus in dolium serpentium coniectum experimenti causa circummulgentibus linguis miraculum præbuisse. Huiusmodi pericula atque experimenta, velut lapis Lydius aurum, ita solida virtute præditorum virorum animos indubitanter explorant. Sed nos fucato quodam virtutis colore leuiter aspersi causas vndique aucupamur nostram culpam in alios deriuandi, & consultò quasdam rationes, quæ veritatis leuem modò speciem atque imaginem præ se ferunt; ita complectimur, vt ab eis nullo pacto nos diuelli patiamur. Petronius tamen hanc falsam quorundam persuasionem iam pridè cōfutauit, cum cecinit:

Quid me constricta spectatis fronte Catones,

Damnatisq; noua simplicitatis opus?

Sermonis puri non tristis gratia ridet:

Quodq; facit populus, cædida lingua refert.

Et quoniam fortasse non magnam in eius testimonio, qui crimen aliquod à se moliri studet, fuisse auctoritatem quispiam existimauerit, operæpretium fuerit Catullum audire ita loquentem:

Nam castum decet esse pium poëtam

Ipsū, versiculos nihil necesse est.

Et Ouidium de eadem re:

Crede mihi, distant mores à carmine nostri,

Vita verecunda est, Musa iocosa mihi.

Sed & Martialis inquit:

Lasciua est nobis pagina, vita proba.

Ausonius quoq; vir Consularis, & antiquorum morū, priscæq; grauitatis, ac Diui Paulini amicitia inprimis clarus, ait in eandem sententiam:

Nostra

R. TITII APOLOGIA. 245

*Nostra simul certat varijs epigrammata iugis,
Stoicus has partes, has Epicurus agit.
Salua mihi veterũ maneat modò regula morũ,
Ludat permissis sobria Musa iocis.*

Quod argumentum pluribus deinde prosequitur epistola ad Paulinum, cum Centone auptiali coniuncta, neque non item L. Apuleius Apologia pro se ipso priore. Ac notum est illud D. Adriani in Voconium suum,

Lascivus versu, mente pudicus erat.

Denique si quid bonis moribus non consentaneum scripsit Petronius, illud certè mihi non scripsit, qui ab eo, tanquam à scopulo, diligenter cauebo. Neque tamen par est, ut paucorum gratia, tam bellæ scriptiones penitus abiciantur, quomodo nec messorum quidè manipulos omnes protinus abiciunt, propterea quòd auena, lolium, atque alia huiuscemodi frugũ vitia spicis admista sint: alioqui nec Lucret. legeretur, nec Horatius, nec Ovidius, nec Martialis, nec ullus deniq; poëta, qui hactenus summo in honore habitus sit. Sed nec Oratores quidem attingere fas erit, cum vix quenquam reperias, qui non aliquid, quod bonis morib. utcũque officiat, suis scriptis inseruerit, &c.

PETRI PITHOEI I. C.

*Scripta
anno
1575.*

CONIECTANEA

De Petronio Arbitro,

* P. S.

* Pi-
thoe
Salutè.

R Emitto ad te Petronium tuum, immo nostrum, immò iam omnium. Adieci etiam

L 3 VT

* Va-
rietate
sectio-
num.

ut iracundia tua ingratissimo isto cumulo ex-
pleri posset, * Notulas tuas. Perfide, inquires &
loqueris: Pone tu potius supercilium, atque au-
di. Non meministi quæ Magnus Basilius de vti-
litate ex huiusmodi scriptoribus capienda mo-
net? Memini, ais, & probo. Sed Petronij obscœ-
nitas, spurcities, & ut vno verbo dixerim, nequi-
tia ea est, ut ne Lampfaci quidem ferri publicè
posse videatur. At tu, ô bone vir, & Anacreon-
tem, & Catullum, & Val. Martialem Coquum,
cæterosque eius ordinis, etiam à pueris in scho-
la decantari audis, nec irasceris. Hos tibi, credo,
communis iam usus tolerabiliore fecit, faciet
hunc quoque cæteris aliquando minùs impro-
bum videri. Quanquam ego quidem nec spur-
citiem istam tam accuratam laudo, & ut ab hac
religiosè omnes caueant, seriò moneo, & quan-
tùm possum magna voce denuncio. Utantur
modò fruanturque viri boni arbitrato, dum ne
quid eorum culpa deterius fiat. Quod ad me at-
tinet, hoc testor, hoc adfirmo, id mihi potius
animi fuisse, Latinæ elegantiz Arbitrum, quàm
aut Neronis, aut Siliz Petronium edere. Atque
utinam tam salacem, & Venereum hominem
omnibus post hac infibulare liceat, quod forsi-
tan ausuri sunt illi, qui, ut Plauti verbis di-
cam,

Petronij nomen indunt verveci sectario.

Mihi quidem certè castrare non libuit, ne quod
imperitis istis sectoribus & mangonibus acci-
dit, simul & euitarem & occiderem. Bene vale,
atque irasci tandem desine. CAL. MAII,
M. D. Lxxv.

DE

DE PETRONIO ET EIVS
SCRIPTIS, VETERVM
AVCTORVM LOCI.

AUt valde me coniectura fallit, aut hic ipse
est Petronius, de quo Tacitus libro xvi.
Annal. sic scribit:

C. Suetonio, L. Telepho Coss. intra paucos
dies eodem agmine Annas Mella, Cerialis Ani-
cius, Rufus Crispinus, C. Petronius cecidere. Et
eum de ceteris dixisset, de Petronio subiicit: Illi
dies per somnum, nox officiis & oblectamentis vi-
ta transigebatur, utq; alios industria, ita hunc
ignavia ad famam protulerat: habebaturq; non ga-
neo & profligator, ut pleriq; sua haurientium, sed
erudito luxu. Ac dicta, factaq; eius quanto solu-
tiora, & quandam sui negligentiam praferentia, tan-
to gratius in speciem simplicitatis accipiebantur.
Proconsul tamē Bithynia, & mox Cōsul, vigentē
se ac parē negotiis ostendit: dein reuolutus ad vi-
tia, seu vitiorū imitationē, inter paucos familia-
rium Neroni assumptus est elegantia ARBITER,
dū nihil amoenū & molle affluētia putat, nisi quod
ei Petronius approbauisset. Vnde inuidia Tigillini,
quasi aduersus amulū & scientia voluptatū po-
tiorē. Ergo crudelitatē Principis, cui cetera libidi-
nes cedebant, adgreditur, amicitiam Scenini Petro-
nio obiectas, corrupto ad indicium seruo, ademptaq;
defensione, & maiore parte familia in vincula ra-
pta. Fortē illis dieb⁹ Campaniam petiuerat Caesar, &
Cumas usq; progressus, Petronius illic attineba-
tur. Nec tulit ultra timoris aut spei moras: neque
tamē praeceps vitam expulit, sed incisas venas, ut
L. 4 libitum

libitū obligatas, aperire rursus, & alloqui amicos non per seria, aut quibus cōstantia gloriā peteret. Audiebatq; referētes, nihil de immortalitate animæ & sapientium placitis, sed leuia carmina & faciles versus. Seruorum alios largitiq; quosdam verberibus affecit. Inuit & vias, somno indulgit, ut quanquā coacta mors, fortuita similis esset. Ne codicillis quidē (quod pleriq; pereuntiu) Neronē, aut Tigillinū, aut quem alium potentiū adulatū est: sed flagitia Principis, sub nominib. excolatorū forminarumq; & nouitate cuiusq; stupri perscripsit, atq; obsignata misit Neroni, fregitq; anulum, ne mox vsui esset ad facienda pericula. Ambigenti Neroni quonā modo nocturnis suarum ingenia notescerēt, offeritur Silia matrimonio. Senatoris haud ignota, & ipsi ad omnem libidinem adscita, ac Petronio perquam familiaris. Agitur in exilium tanquā non siluisset qua viderat, pertuleratq; proprio odio. Haftenus Cornelius.

Atqui C. Plinij codices quidam, ut & Plutarch. in lib. de discr. amic. & adulat. Titum vocant. Sic in lib. xxvij. Nat. hist. scriptum est: T. Petronius Consularis moriturus, inuidia Neronis principis, ut mensam eius exheredaret, trullam murrhinam CCC. H. S. emptam fregit.

Petronius alius, cuius Tacitus idem meminit libris xiiij & xv. est Petronius Turpillianus. Sic enim apud ipsum legendum est lib. xv. Ann. ex Plutarcho. Eum verò non sub Nerone, sed sub Galba periisse certum est ex lib. i. Hist. Petroniorum familia Equestris fuit, meminitque Plinius libro vi. P. Petronij equestris ordinis & præfecti Augustalis sub Augusto ipso. Ex qua etiā familia fuisse verisimile est Petronios, quorum Gennadius presbyter Massiliēsis honorificè meminit

meminit in libro de viris illustribus. Sed & Flavius, Sabinus, Probus, Maximus, Primus, aliosque, quorum non apud scriptores modò, sed in ipsis lapidibus monimenta restant: itémque illum qui iussu Caracallæ ante templum Diui Pij occisus à Spartiano traditur. Sed & iureconsultum Petronium, ad quem leguntur Sollij Sidonij epistolæ plures.

Sanè Petronium Arbitrum Domitianij tempora præcessisse, ex eo etiam intelligitur, quòd eius Terentianus Maurus meminerit: si modò Terentianus is est, quem suo tempore Siensem rexisse Martialis testatur. Is igitur, quisquis tandem fuit, Petronij sic meminisse, cum de dimetro Iambico claudio agit:

*Horatium videmus
Versus tenoris huius
Nusquam locasse inges.
At Arbitrarius disertus
Libris suis frequentat.*

Et paulò post de sexta rone Hendecasyllabi:

*Nunc diuisio, quam loquemur, edet
Metrum, quo memorant Anacreonta
Dulces composuisse cantilenas.
Hoc Petronius inuenitur usus,
Et plures alij: sed iste versus
Quali compositus rone sit, edem.
Iuuerunt segetes meum laborem.*

Aurel. Macrobius Theodosius li. Cōmentar. in Somnium Scipionis: Fabula, quarum nomen indicat falsi professionem, aut tantum concilianda auribus voluptatis, aut adhortationis quoq; in bonam frugē reperta sunt. Auditū mulcent, velut Comædia, quales Menander, eiusve imitatores agendas dederunt: vel argumenta fictis casibus

amatorum referta, in quibus vel multum esse Arbitrum, vel Apuleium nonnunquam luisse miramur. Hoc totum fabularum genus, quod solae aurium delicias proficitur, è sacrario suo in nutricum cunas sapientia tractatus eliminat.

C. Sidonius Apollinaris Aruernorum Episcopus in carmine ad Magnum Felicem:

*Non Licinius hic Laetitiūque est,
Non Turnus, Memor, Ennius, Catullus,
Stella, & Septimius, Petroniūque.*

Idem in Narbone:

*Et te Massiliensium per hortos
Sacri stipitis Arbiter colonum
Hellepontiaco parem Priapo.*

Vbi illi Massiliensium horti (vt hoc obiter dicam) non tam mihi Arbitri patriam significare videntur, quàm mores, qui ex Plautino prouerbio, & Arhenæi historia notati sunt.

Fabius Planciades Fulgentibus Libro 1. Mytholog.

Licet mulierum verbalibus undis & cussidici cedant, nec Grammatici mutiant, Rhetor taceat, & clamorem praeo compefcat, sola est Satyra quae modum imponit furentibus. Scilicet Petroniana subit Albutia: hac enim adludente & Plautina Saurea dominatus obdormit, & Sulpicilla Ausoniana loquacitas deperit, Sallustianaq; Sempromia, quamvis praesens sit, melos raucescit.

In veteri libro Destinatorum, qui fuit Iohannes Biturigū Ducis, non vique adeò vetusto, Petronij frustra hanc inscriptionem habent: *Petronij Arbitri Afranij Satyrici*. quod probare non possum. Nam vt quæ de Afranio Quintilianus scribit, inquitasse eum argumenta fœdis puero-
rum amoribus mores supersassum, de hoc quoque

Petronio

Petronio dici posse videatur, longè tamen alium ab Afranio fuisse certum est.

Sunt & qui de Petronio dictum illud scribant:

Lascivus versu, mente pudicus erat.

Quod tamen D. Adrianum de Voconio poëta amico suo scripsisse, testis est Apuleius Apologia. Cæterum nihil puto ad hunc Petronium pertinere, quod Rhaphaël Volaterr. lib. xvij. Comm. sic scribit:

Petronius Arbiter Poëta, cuius aliqua de medicina versibus conscripta ad nos pervenerunt.

In veteri exemplari bibliothecæ Vaticanæ sequens Epigramma Petronij fragmentis quibusdam præfixum dicitur:

Petronij carmen divino pondere currit,

Quo iuvenum mores arguit atque senum.

*Quare ille * prasa gaudet lasciva puella,*

At quoque delicias frigida sentit anas.

*Nam * iter diri scripsitq; Neronis amictus*

Arbiter arbitrio dictus & ipse suo.

SATYRICON.

Quale sit hoc scribendi genus, Fabius sic expressit:

SATYRA quidem tota nostra est: in qua primus insignem laudem adeptus est Lucilius qui quosdam ita debitos sibi adhuc habet amatores, ut eum non eiusdem modò operis auctoribus, sed omnibus Poëtis præferre non dubitent. Ego quantum ab illis, tantum ab Horatio dissentio, qui Lucilium fluere lutulentum, & esse aliquid quod tollere possis, putat. Nam & eruditio in eo mira & libertas, atque inde acerbitas, & abunde salis. Multò est tersior, ac purus magis Horatius, & ad notandos hominum mores præcipuus.

Alterum illud est & prius Satyra genus, quod non sola carminum varietate mistum cōdidit Terentius Varro, vir Romanorum eruditissimus. Hactenus M. Fabius. Huius est generis hic liber, itēque Martiane septem artes, quarum in veteribus plerisque membranis titulus est, Martiani Minae Felicis Capella. Afri Carthagenensis Satyricon lib. vij. de nuptiis Philologia lib. ij. Sed & ipse sub finem libri hic canit:

*Habes senilem Martiane fabulam,
Miscella luset quam lucernis fame
Satyra Pelasgo dum ducere nititur
Artes creagris vix amicas Atticis.*

Tractum est hoc nomen à Satyra cibi, vel, ut Acron ait, lancis genere ex variis rebus condito: à quo & per Satyram aliquid dici vel fieri veteres usurpantur: quod & Diomedes latius persequitur lib. 11. Ceterum quod Fabius ait de Satyricis Varronis, ad Menippeas pertinet, de quibus est & hic Ciceronis locus libr. 1. Acad. quæst sub persona ipsius Varronis: *Et tamen in illis veteribus nostris, quæ Menippum imitati, non interpretati, quadam hilaritate conspersimus, multa admixta ex intima philosophia, multa Dialecticè dicta: quæ quò facilius minus docti intelligerent, iucunditate quadam ad legendum imitati, &c.* Ex his etiam apparet, falsi potuisse eos, qui inter veterum poetarum carmina passim retulerunt quæcumque ex Menippeis Varronis à veteribus adducta sunt, frustra que alios tentare omnia omnino ad poetices normam exigere.

HER



HERMANNI BVSCHII

PASIPHILI MONA-

STERIENSIS

* ANNOTATIONES

IN PETRONII ARBITRI

* SATYRAM

DE VITIIS ROMANORVM.

* Recitata in
Academia
Lipsica, &
M. P.

P Ag. 117. vers. 31. *Orbem iam totum*] Orbis olim ex ore imperium Romanum appellabatur. Sic Aurelianus Victor in Diocletian. *Ubi orbis Romani potentiam cepit.*

v. ult. *si quis sinus abditus ultra*] Sinus propriè, pars anno illa dicitur, quæ est intra pectoris brachiorumq; complexum. Per metaphoram littora curua vocantur, & quasi brachiis mare amplectentia. Sinus etiam prima producta vasis genus est sinuosum * galcila. Vergilius Eclog. III

— *Sinum lactis & hac tibi liba, Priape,*

Expectare sat est. —

Pag 118 v. 2. *fatuus, in tristia bella paratus*] *Fatum*, voluntas hoc loco, & apud Verg. — *Fatu Iunonis iniquæ.*

v. 5. *Spolia cum sanus laudabat miles*] aliud exemplar habet, *Ac spireum cum laudabat.* quod nullum habet sensum, & corruptum est.

v. 6. *Ostro*] *Ostru* cruor muricis aut cōchylj dicitur.

v. 7. *Hinc Numida accusatus*] Corruptus & hic locus est. Potes legere, *Numida ac satius.*

v. 8. *Vellera Seres*] Seres lanitio sylvarum dediti sunt depeccantes capitiem frondium aqua perfusa. * mus feminis laborem ducendi fila rursusque * ab iis *sericum* ipsa lana arborum & *serica* vestes sunt appellatae.

v. 9. & *ultimus Hammus*] Eberhardus Gracista non ineleganter:

L 7

Hammus

Hammos vox Græca est, à nobis fertur arena;

Iuppiter hinc Hammon, Lybica regione vocatur.

Ergo ultimus Hammo possunt intelligi vitima Lybie deserta, in quibus Hammon Iuppiter colitur.

v. 13. *Afforum*] Africa, vnius orbis partis, Libya pars multa est, & vel eremis sterilibus obducta, vel propter situm cœli deserta, aut monstroso ac malefico genere bestiarum infesta. Ex hac Romani animantes feras pro celebrandis ludis afferri curauerant.

ibid. *Excutitur*] *excutere*, mouere, Cic. *Explica atque excute intelligentiam tuam.*

v. 16. *vestator in aula*] *emenda*, *vestatur*.

v. 19. *malè pubescentibus annis*] *malè parum*. Vergilius,

Hec malè tum mites defendit Pampinus vnas.

Etiā valde, sed semper in malam partem.

v. 21. *In Venerem fregere*] sic melius quàm *fugere*, in vetusto exemplari legitur.

v. 27. *renidens*] *nidere* & *renidere* dicuntur, quæ sentiunt aliquem odorem. aliquando etiā fulgorem reddere significant. Plautus: *Tota renidet domus.*

v.34. *circum gramina fusa*] fort. *fusa*.

Pag.136.v.2. *Tremebat illa*] ita v. lib. vulg. *fremebat*.

ibid. *marmoreis cinibus*] locus mendosus: for. *crinibus*.

v.10. *ecquid hodie lotus venisti?*] ita ex coniectura scripsi. vulg. *totus*. ita & in Tibullo male est, *tota*, pro *lota*.

v.13. *non precantis*] fort. *comprecantis*.

Pag.137.v.3. *languorem simulavi*] ita vet. cod. vulg. *putavi*.

v.13. *Ita non potui*] sic vet.cod.vulg.*iam non p.*

v.27. *nec magis incerto*] vet.cod.*incæpto.*

Pag.138.v.2. *natali conuiuio*] vet.cod.*naturali.*

v.19. *membra calere toro?*] ita vetus codex.

v.31. *deprecatur sua numina versu*] ita v.c.vulg. *victi-*
ma fort.depr.*suauissimo versu.*

Pag.139.v.13. *Et quandoque mihi*] id est, quandocun-
que, vt aliàs sæpe.

v.16 *fatus suis*] ita leg.vulg. *festus.*

Pag.140 v.1. *masturbatorem*] ita v.c. vide tamen num
retineri possit vulgata lectio, *mascarpionem.*

v.10. *O inquit, Genothea*] ita vet. cod.vulg. *Genotra.* sic
mox v.c. *ô Genothea.*

v.26. *fundit aquas scopulis,*] ita coniectura ducti scri-
psimus: vulg. *scopulis.*

Pag.141.v.7. *Inhorruí ergo*] fort. *ego.*

v.28. *folliculos perire spoliat*] v.c. *pariter.*

v.31. *singulariumq; rerum*] ita vetus codex.

v.32. *quadam artes*] vulg. *quasdam.*

v.14. *Nec iam calcato*] vet.cod. *falcato.*

Pag.142.v.3. *finxerat astu*] vet.cod. *astu.*

v.14. *texta coronas*] vet.cod. *

v.16. *Battida veteru*] ita partim ex v. c. partim conie-
ctura ducti restituiimus. *Hecales* anus Atticæ cœnam ter-
restre Theseo adpositam *Battiades*, id est, Callimachus,
celebrat. Vide Plinium.

v.25. *excitato funere perfundit*] fort. exc. cinere, vel;
pulvere.

v.29. *ad case ostiolum processit*] fort. *processit.*

Pag.143.v.9. *sanieq; fluentes*] fort. *pœnasq; luentes.*

v.10. *cum fursino*] vet.cod. *Phynco.*

Pag.145.v.8. *Uxorem ducat Danaen*] v.c. *Daphnen.*

v.13. **PATET, NON PATET**] ita leg. Sunt
verba ex formulis Iurisconsultorum. Vide Fesum.

v.17. *Et venies*] fort. *Enenies.*

Dedimus, amice Lector, ea, quæ in præsentia habere po-
tuimus; plura daturi, si, vti spero, eruditi vi-
ri nostram operam inuenerint.

FRANC.

FRANC. DANIELIS AVRELII
I C. N O T A E.

IN PETRONII ARBITRI
Satyricon.

Pag. 41. v. 23. *papauere & sesamo*] Impressi cod. habent *sainsuco* ego veterem lectionem maximè probo, quæ rationem habet. Significat autem soporifera & aurium delensifica. In vno ex veteribus scriptum est, *sisam*, vt & apud Plinium pluribus in locis. Plautus in *Pœnulo*.

Pag. 42 v. 1 in *Culina*] Vnus ex veterib. lib. *Curia*.

v. 2. *Primi omnem eloq*] vnus ex veterib. *primi eloq.*

v. 4. *quibus deberent*] vnus ex veteribus, *deberemus*.

v. 13 *Et ne Poëtâs quidem*] impressi, *poëtâs solum*.

v. 14. *Certè neque Platona*, &c.] Hic aliquid deesse videtur, aut certè corruptus est locus. Vnusquisque pro ingenio aut emendabit, aut supplebit, aut interpretabitur.

v. 16. *Et idè*] impress. *Et iam*.

v. 34. *quam ipse in schola*] vnus ex veteribus, *quam ipse*.
Fortasse, *qua ipse*.

Pag. 43. v. 4. *Nam nisi*] Impress. *nam qui*.

v. 12. *sic eloquentia magistri*] Impress. *sic eloq. magister*.
vnus ex veteribus, *sic eloq. magistri*, *tanquam piscator*, qui *non eam*: quod valde probo.

v. 19. *Ambitione*] in pr. *ambitioni*.

v. 21. *Qua nihil esse maius*] vnus ex veterib. *mag.*

v. 25. *Mstigarentur*] impr. & vet. *irrigarentur*: quod non adeò placet.

v. 27. *Ut quam vellent*] Impr. *quem*.

v. 28. *Quod pueris placent*] vet. *placeret*. rectius.

v. 22. *quisque*] Impr. *quisque*.

v. ult. *Luciniana humilitatis*] Impr. *Luciana improbitatis*. idem penè error est apud L. Apuleiû Apolog. 1. & in loco Sidonij, quem alibi de Sidonio adscripsimus.

Pag. 44. v. 3. *Prisus more*] vnus ex vet. *mera*. sed hi sunt scizontes.

v. 4. *Polleat*] vetus vnus, *palleat*.

v. 6. *Impotentum ne capter*] Sic nos emendauimus. vet. libri habent, *Impotentum capter*. At si quis malit
impe

impotentium, ut illud, nec, ex priore versu hîc tacitè repetatur.

v. 7. *Nec perditis addictus*] sic habet vnus ex veterib. & impr. Alter, *Nec pradictu abdictus*. quod rectum non videtur.

v. 9. *Sedeat redemptus histr.*] vetus vnus, *Sedeat redemptus histrioni*. Impr. *histrionea*. nisi quis malit *histrionia* legere, quo verbo Plautus vsus est. Cæterum quod habet *redemptus*, non caret ratione: atque ideo reiiciendum non est. Coronæ enim Spectatoribus dabantur, sedebantque plerunque coronati, qui ludis aderant, maximè factionis auctores & plausores.

v. 10. *Sed sine armigera*] vet. *sed sen crimigera*.

v. 19. *Hunc Romana*] vet. *Huc*.

v. 15. *Mittat habenas*] Impr. *Imitet*. malè.

v. 30. *Non notavi Aschylti*] Impr. *non notavi mihi*: quomodo etiam postea legitur. Cæterum ut hoc semel-moneam, in vno ex vet. libris, & eo quidem integrior, constantissimè scriptum est *Aschiltos & Gniron*.

v. 32. *Motus incedo*] Impr. *in hortu*. iuxta veterum scholas hortos fuisse notum est.

Pag. 45. v. 7. *in cursu*] impr. & *cursu*.

v. 13. *Diminam ego*] impr. *dicturam*. al. *dacturam*.

v. 16. *Reiecit*] impr. *iniecit*.

v. 18. *inter viculos*] sic habent impr. Vetus liber, quo solo hac in parte uti potui, habet, *inter titulos*.

v. 19. *Spatiantes*] impr. *conspatiantes*.

Pag. 46. v. 2. *Perduxit*] vet. *produxit*: quod rectum est, siue hoc verbum simpliciter accipias, siue cum emphasi: nam ut de mimis scenicisque, ita & de prostitutis vsurpatur, ut & paulò post.

v. 3. *Affem exegerat*] Quadrans lauationis pretium & merces fuit: as, ut ex hoc loco apparet, cellæ meretriciæ. Sanè locus Plutarchi in Cicerone ad prostibuli mercedem mihi pertinere videtur. Sic infra, *Vos mehercule ne mercedem cella daretis*, &c. Briffon. emendat in lib. de iure connub. malè.

v. 6. *Satyrión*] Plinius Satyriõ Venerẽ, etiã si omnino manu teneatur radix, stimulare scribit, & paulò post subiicit: *In totum quidem Græci, cum concitationem hanc volunt significare, Satyrión appellant*. Quod de Satyriõ alij scripserunt, non est hîc necesse rescribere.

Pag. 47. v. 27. *Bona fide*] seriò, vel, ut significatiùs verbis

his nostris dicam, à benescient. hac voce etiam postea aliquotiens vsus est.

Pag. 48. v. 31. *Nec futura*] Sic habet vetus exempl. quo vno hac in parte, vt in alijs pluribus, vsi sumus. fortasse leg est, *nec furtiuè*.

Pag. 49. v. 11. *Ad interdictum*] Hoc valde mihi nouum est. Nam iure ciuili rei mobilis nomine nullum recipiendæ possessionis edictum proditum est. Nam vnde vi ad res tantum immobiles pertinet, l. i. §. *illud*. ff. *Unde vi*. Virubi autem retinendæ est possessionis, non recipiendæ.

v. 15. *Tempora cera*] Impr. *cena*.

v. 16. *Nonnunquam nummis*] Alter ex veterib.

Nonnunquam nummis verba solent emere.

Et paulò post:

Atque eques in cera, qui probat emptas, sedet.

v. 25. *Dispondium sicel supinosq;*] Erat hoc ita emendatum in vet. lib. Quid si legatur, *dupondium* quibus *sicelion* *supinosq;*, vel. quibus *sificer* *supinosq;*, &c. quod lōgè verius puto. Imò legend. *dupondium sicel lupinosq;*. *Sicel* autem pro *siclus* positum. Glossæ in libros Bibliorum: *Sicel*, qui Latino sermone *siclus* corruptè dicitur. Hebraorū nomen est, habens apud eos uncia pondus: apud Latinos verò & Græcos quarta pars uncie est & stateris medietas, dragmas appendens duas: unde cum in Diuinis libris legitur *sicelus*, uncia est: cum verò in Gētilium, quarta pars uncia est.

Pag. 51. v. 14. *Reclusaq;*] vnus ex veterib. *remissaq;*.

v. 30. *ad ostentationem*] *ad ostensionem*, alij.

v. 35. & *anteceffura*] aliàs etiam *anteceffuros*: rectius,

duas institas protulit è sinu] in vet. Lexico scriptum est de *sura*, atq; *institam* interdum significare, qua manus ligant vel pedes, vt de Lazaro in Euangelio scribitur: *Prodiit ligatus pedes & manus institis*. Vide Papiam & Fratris Notas.

Pag. 58. v. 6. *in secreta*] impr. *in furto*. al. *in scorto*: malè.

v. 7. *Iam Psyche*] Hi sunt ritus nuptiarum, de quibus plura, sed dicere instituto nostro non conuenit.

v. 24. *Commouebat obiter labra*] hoc est, valgiter osculabatur. atque ita fortè hoc loco leg. est. Nam hoc verbum apud Petronium alibi reperiri Fulgentius notat. *Valgium* etiam suauium Plautus dixit in Milite, quod non omnes intelligunt.

v. 30. *Inter pueros capillatos*] Comam nutrire pueros solitos, qui in deliciis habebantur, ex Petronio, Catullo, Plinio, aliisque quàm plurimis auctoribus notum est. Martial. lib. 5. epigr.

Et padagoga iniubente lascivi

Parere gaudent villico capillati.

Ambrosius lib. 6. Hexamer. *Haud inscitum extat adagiū*; *Nullas comatus, qui non idem cynædus.* quod sanè est Synesij: Vt autem viri pueros, ita mulieres puellulas comatas in deliciis habuisse indicat. l. 49. D. de legat. 3. si modò vt Florent. legatur.

Pag. 59. v. 3. *Circuli*] sphæristerij.

v. 13. *Longum erat*] Fortasse est hoc scriptoris, non auctoris.

Pag. 60. v. 7. *Venalitium*] id est, vt quidem ego existimo, grex venalium, quod vsurpatur in l. vlllo. D. de ædil. edict. & l. 5. §. 1. D. de iur. deliberand. *Venalitium* etiam dicitur. in l. 4. de proximis sacror. scriin. *Vestigal. rerum venalium*, l. inter cætera, §. primo, D. de verb. signif. Atque ita accipiendum puto hoc verbum in l. 1. C. de nundin. vt & *proponendorum* in l. 1. Cod. de veter. qui locus in omnibus lib. admodum corruptus est. Nam & in l. 8. C. de indicis, *Nemo*, inquit, *pretia statuit, cum venalia proponuntur.* Esse verò hanc siliqualem præstationem indicat Cassiodorus lib. 4. Variar.

v. 26. *Procurator rationis*] sic vet. *Lego*, *procurator rationes accipiebat.*

v. 32. *VIRO AVG*] sic vet. *Lego*, *VIVIRO AVG.*

Pag. 61. v. 13. *in balneo*] hic igitur erat seruus capsarius, de quo in l. de Offic. Pr. vigilum, & apud Epiphanium lib. 2. tit. 1. contra Adamianos.

v. 22. *Quid ergo est*] *Leg.* puto, *quicquid ergo est.*

v. 32. *paronistia*] malim scribere, *paronichia.*

Pag. 66. v. 23. *Penes Mopsū*] impr. *morsū*, malè.

v. 26. & *publicum*] sic vet. lib. impr. *Publicum.*

Quid si de Publio Mimo intelligas? (da.

v. 32. *Gallina tibi Numida*] Imp. *Numicida*, al. *munici-*

v. 33. *(iconia etiam)*] Hadr. Iunius lib. 6. cap. 15. Crinit. lib. 4 cap. 13. Nos à veteri exemplari in exscribendis his versibus numquam discessimus.

ibid. *Peregrino*] Crinit. *peregrina.*

v. 34. *pietatis cultrix*] Crinit. *pietaticultrix*, & Cælius lib. 12. cap. 66.

ibid.

ibid [Crotaliftria] Hadr. Iunius glotoristia Crinit. & Cælius choralistria. Impr. è tota Iystria. veteris lib. lecti rectissima est.

v. ult. Trepidid] Imp. trepidi. malè.

Pag. 67. v. 3. Aut ut matron. Impr. aut ut matr. ornata. Cæterum & vetus exemplar pelagus habuit. sed pelagii legendum esse ratio carminis suadet.

v. 4. Tollat pedes] Vide Manutium in Epist. Ciceronis & Turneb. in locis libri II. de Oratore.

v. 8. est carbunculos] Impr. est carbunculus. quod probè, si ita legatur:

Nisi ut scintillet ? probitas est carbunculus.

Pag. 68. v. 11. per omnes scirpos] Lego, scriptos. Apud Gellium lib. 12. cap. 6. vet. lib. habent scriptos, ut & apud Fabium & Cicer.

v. 14. Prudens, enim trude.] Sic vet. Puto legendum, prudens enim pridrie cum luce, &c. Prudens enim p̄tis.

v. 16. Notauerat certaque] sic vet. Lego, notauerat creta, qualinea.

v. 25. inuenisset.] Lego, interuenisset.

Pag. 70. v. 8. Mobile ducit opus] sic vet. lib. impr. mobile, quod omnino reiicere non possum.

v. 21. Grex agit in scena nimium] vnus ex vet. Grex agit, ut & impr. Ego legend. censeo, Grex agit in scena nimium est in hoc eodem idem error duob. in locis apud Apul. libris Floridor.

v. 25. Nec diu tamen impr. diu tum.

v. 26. Scholarius] impr. Scholanius.

v. 30. Solitudine] vnus ex vet. sollicitudine, non tam bene.

Pag. 71. v. 1. iudicium harena] huc pertinet, quod supra dixit Ascylos, quem de ruina arena dimisit. sed totus ille locus deest.

v. 7. Cuius anni ad tesseram venerunt] Lego, venierunt.

v. 9. Quid ille alter die qui] malim, qui toga virilis distolam sumpsit. nisi tanquam toga virilis, pro, toga virilis loco positum est.

v. 34. Phœasiati] quid si legas, phocaliati, id est, crispatis capillis, à focali, id est, amictu armatorum, quam ineptum fortasse videri possit emendare quædam quod non intelligat.

Pag. 72. v. 14. Nemo ieiunium seruat] sic habet vet. lib. quo vnico hac in parte vsi sumus. Cæterum ut i
quo

quod sentio, libere dicam, vereor ne hoc nobis verbum Monachus exscriptor pro *insurandum* ex ingenio re-
posuerit.

Pag. 73. v. 12. *Et hylari*] Leg. puto, & *Hylam nymphæ*
prædara.

v. 13. *Ad interdictum*] Quodnam quæso interdictum
liberum hominem exhibere postulasset?

v. 30. *Amor ingenij neminem inquam*] quid si leg.
unquam?

Pag. 74. v. 2. *Desertas innocat aures*] vet. vnus *desertas*:
quod postulat carminis ratio.

Pag. 76 v. 27. *usque beneficio*] Lego, *ususque.*

Pag. 77. v. 12. *Tropica*] id est, umbram & imaginem
tantum. Imò potius conuersiones.

v. 21. *excellentsissimi montis*] vnus ex veteribus *excel-*
sissimi.

v. 31. *Sed acc. antiquitatis vitia tantum*] impr. *sed acc.*
iniquitatis vitia tamen.

Pag. 78. v. 1. *si philosophia fontem inuenisset*] vnus ex
veterib. attigisset.

v. 8. *recti bonique*] impr. *recti honestique.*

v. 17. *Halosin*] *Halosin* etiam *Illy* dixit Sueton. in
Nerone.

v. 21. *& vatis fides*] vnus ex veterib. *volis. fid.* quod
non adeò placet.

v. 23. *Cum Delio*] deleatur sanè vel ferro vel casti: alio-
qui exuberat versus.

v. 24. *aperitur ingens antrum*] impr. *castrum*, malim,
antrum.

ibid. *& obducti specus*] vet. *obductum specis.*

Pag. 79. v. 3. *(rimen solutus*] malim *crinem.*

v. 5. *uterum notauit*] impr. *uteri*, quod probo.

ibid. *sed tradunt se*] dele *sed.*

v. 13. *Ecce alia monstrat*] malim, *monstra,*

v. 22. *Libera pontem iuba*] impr. *ponto iu.*

v. 27. *Laocoonti*] impr. *Laonti.*

v. 30. *pietas vices*] impr. *pias.*

v. 33. *infirmis.*] impr. *infirmus.* *Infirmis & infirmus* v-
trumque dicitur. vide Gif. in Cassiod. librum de Insti-
tutione diuinar. literar.

v. 34. *lana morte pacti*] impr. *In morte passi.*

Pag. 80. v. 9. *ad excursum iuba*] impr. *excussum.*

v. 10. *Com. orbes manu*] impr. *manu.*

Pag.

Pag. 81. v. 20. *Contero*] quid si legas, *contergo*?

Pag. 82. v. 19. *Afcilti parem*] id est, *Afcyltos* simile.
Sic in l. 5. D. de iis qui deiecer. vel effuder. *Edicti* port
id est, simile edicti, vbi not. Sic Tertullian. in Apolo
cap. 5. *Domitianum Neronis portionem* appellat.

v. 24. *ad folium*] veteres ad folium sedentes lauabar

Pag. 83. v. 23. *Atque arata sitis*] Leg. puto, *ara*
Syrts.

v. 26. *Rosa Cynnannomum*] ratio carminis post
lat, vt legatur, *cynnamum*. *Cinamomum* porro & *cinn*
amum legitur.

v. 34. *Aminothecam*] malo, *pinacothecam*.

Pag. 84. v. 14. *Eucalpius*] vel *Enclopius*. impr. *Circ*
pius: sed esse hoc nomen fabularum narratoris ex ali
huius libri locis manifestum est, quanquam interdum
Encolpion dicatur. Sic paulo, post pro *Eumolpo*, *Eumol*
& *Eumos* perperam legitur. *Eucalpius* Plinio lib. 8. epist.
1. *Encolpus* Martiali lib. 5. apigr. 49.

v. 16. *Quem animum aduersus Afcyltum*] impr. *ali*
quin quoque adsus, quem, &c. Lego, *quem animaduersi*
rus Eumolpum. sic enim loquebantur veteres, vt in ill
Proconsulis sententia; *Passum* *Cypriarum* gladio *an*
maduerti placet. Et in Pandectis *animaduersi* dicuntur
in quos animaduersum est.

v. 26. *Putat igitur*] vnus ex veter. *Putat igitur*.

Pag. 86. v. 4. *Tot hospitum potionib. liber.*] impr. *l*
berum.

v. 13. *Redditaq, scordalo*] sic vet. lib. impr. *scortillo*.

v. 26. *Ansa ostioli rupta*] vnus ex vet. *ansa ostiali*.

v. 34. *iniuriaq, Eumolpi*] vnus ex vet. *iniuriamq, E*
molpi aduocationemq, commendabam.

Pag. 87. v. 22. *Nec longè à pracone*] Vnus est locus
ex quo intelligam, quid fuerit furtum per lancem con
ceptum. Nam de licio quidem probabile est, quod
Gellio ab aliis adfertur, apud quem tamen *Limi* ve
bum corruptum est, vt est authoribus *Limi* tamen ap
paret. vbi tamen perperam etiam *limis prolimum* vt
loco scriptum puto. Cæterum quod hic verus fuer
mos furti perquirendi, qui à Petronio describitur, in
dicant hi Plauti versus *Dioscoloria etia*
veste vti solitos, qui quid publica auctoritate faceren
indicio est l. 1. C. Theod. de habitu, quo intra urbem
vt oportet. Porro quod ex Verrio Flacco adferri vulg
est

est, Plauti esse verba ipsa indicant.

v. 24. *indicium*] id est, præconium indicinæ, vt in l. 9.

D. de pæn.

Pag. 88. v. 6. *insertans commissuras*] si quid hic locus emendatione indiget, malim ita legere, *insertans commissuris digitos*.

Pag. 90. v. 21. *In altum compono*] fortasse leg. *in allene*, id est, in vnum, in massam. vide Cælium.

Pag. 92. v. 1. *nec ullius dolum*] Leg. *nec ullum*.

Pag. 94. v. 3. *in duas iam pelles coniiciam*] Pelles sunt, quibus inuoluuntur vestimenta, & loris constringi solent. vide Cuiac. lib. 9. Obseruat. cap. 13.

Pag. 96. v. 3. *execratusq; omen*] vide Hadr. Iunium de Coma.

v. 11. *Eucolpium quid queris*] Lego, quem queris.

Pag. 100. v. 28. *ut maiora*] lego, eo maiora.

Pag. 102. v. 31. *Non flatarium*] Lego, non tralatitium. vsus est hoc verbo pluribus in locis.

v. ult. *Protendit ramum olea*] Sunt huius moris apud Virgilium aliósque auctores multa vestigia. Quamobrem etiam *pacales olea* dicuntur, & oleagina corona. vti non solebant, qui in prælio fuerant.

Pag. 103. v. 19. *Ex tui animi sententia*] Est hæc formula iurisiurandi. Gell. lib. 5. cap. 6.

v. 29. *Eucolpion*] sic vet. impr. *Eumolpus*, quod ineptum est.

Pag. 104. v. 14. *exonerat cantibus*] vnus ex vet. *exsonat* ex 30 cantibus totum nauig.

v. 5. & quo] fortassis leg. *quoniam*.

v. 10. *quas testis*] vnus ex vet. *textis*.

v. 14. *pinnaeq; per maria*] aliàs pennas per manus.

ibid. *inanis pluma*] aliàs inani spuma. impr. *macria inani spira*.

v. 21. *Cæpit capillorum*] aliàs *cæpitq; in capillos suos*.

Pag. 106. v. 1. *funus passis*] impr. *funeris sparsis*.

v. 12. *sine alimento trahebat*] impr. *se alimento subtrahebat*.

v. 23. *proxima ergo*] aliàs *proxima verò*.

v. 26. *notasset sibi*] impr. *ibi*. Ego veterem lectionē maximè probo, vel eo maximè quod hæc phrasis Petronio maximè placet, vt suprâ; *Non notavi mihi Ascyliæ fugam*.

Pag. 108. v. 11. *Ex notis ignotisq;*] impr. *ex ignotis cognatisque*.

290 ANONYMI NOTAE.

v.17. *Itaque cruciary*] sic lib. scripti impr. *cruciati*.

v.34. *ex area*] leg. *ex arca*.

Pag. 112. v.13. *portam mugientem*] puto leg. *porcam*.

Pag. 114. v.30 *Andebitis oppidum*] Leg. *adibitis*, vel *potius, videbitis*.

Pag. 115. v.5. *panam istam differrem*] quid si legatur. *peram?*

Pag. 117. v.5. *sententiolis vibrantibus*] impr. *umbrantibus*.

v.7. *nec conspici aut edere*] impr. *cancipere aut edere*.

v.8. *inundata*] vnus ex vet. *inundanter*.

v.14. *extra corpus orationis*] impr. *extra orationis modace expressi*, al. *extra rationis modum expressi*.

v.15. *sed intexto vestib.*] vnus ex vet. *sed intexto versibus colore niteant*.

v.19. *Aut pressum tumultum calcare*] Iuuenalis Sat. 1.

—— *Ut nudus presit qui calcibus anguem*.

v.29. *tanquam si places*] impr. *iamq;*, desunt verò hñc nonnulla.

v. vlc. *Peragebantur*] sic vetus, impr. *peragrabantur*.

Pag. 118. v.4. *Non usu plebis tractabatur voluptas*] vetus vnus, non *risu pleb.*

v.5. *Ac sepiretum*] vetus vnus, ac *sepyrecion*. Impr. *Ac spiretum*.

v.7. *Hin Numida accusant*] vetus vnus, *accusatus*.

v.10. *& lesa vulnera pacis*] impr. *elisa*.

v.11. *& ultimus Hamon*] alter ex vet. *Hamo*.

v.21. *Nobilis ano*] sic vet. Impr. *mobilis aui*.

Pag. 143. v.8. *Tales Herculeæ*] Est hoc ex sententia Plandri Camirei, qui Stymphalidis in Arcadia non interfestas ab Hercule, sed Crotallorum sonitu fugatas tradidit, vt auctor est Pausanias lib.8.

ANONYMI AVCTORIS

NOTÆ

IN PETRONII ARBITRI

Satyricon

Pag. 41. v.1. *Num alio, &c.*] Eadem ferè reperies apud Tacitum in Dialog. de Clar. Oratoribus. Plinium in Panegy.

Panegy. Eabium lib. 2. cap. 10 & lib. 1. cap. 12.

Pag. 42. v. 1. *qui in culina habitant*] Vsurpat hoc Ioan. Salisberiensis lib. 3. Polycrat. cap. 1. sub finem non laudato auctore. Sidon. epist. 11. lib. 8.

ibid. pace vestra] Plinius 34. 11.

v. 7. *Nondum inuenes*] Fab. lib. 5. cap. 12.

Pag. 43. v. 30. *Nunc pueri in scholu*] Seneca in proœmio lib. 3. Controuers.

Pag. 44. v. 33. *in porticum venit*] subaudi palestræ siue gymnasij.

Pag. 45. v. 18. *nudæque meretrices furtim spatiantes*] stabint nudæ meretrices ante lupanar. Xiphilin. in Aniro 405.

Pag. 46. v. 2. *prolatōq; peculio*] vet. Lex. *Peculium pro asse vel denario ponitur*. Petronius; *Prolatōq; peculio*. Infrā; *lo-nem quoque peculio exorat*. Lamprid. in Heliogab. *Homines ad exercendas libidines bene nascatos & maiora peculii opponit*. In Priapeis & apud Plautum.

Pag. 47. v. 20. *taralum est differre quod placet*] vet. Loisel. *quod habes*. Pithoe. anes. idem enim apud Senecam Controuers.

Pag. 48. v. 5. *sic dividere*] sub obscœna est allusio. Cic. ad Pœt. um, Plaut. in Aulul. 116. Vide caput Puteani.

Pag. 49. v. 17. *Ergo iudicium nihil est*] usurpatur à Sallust. lib. 5. cap. 15.

Pag. 50. v. 9. *Pannuciam*] Persius Sat. 4. *pannucia Baucis*. vet. Lex. hunc locum Petronij citat, & ait esse *pannum*.

v. 15. *aduocati penè nocturni*] Seneca de breuit. vit. *quos missi dum canes*.

Pag. 51. v. 4. *Calumniantium*] malos causidicos loquaces & rabulas *calumniantes* siue *calumniatores* appellabant. In proœm. Institut. *Calumniantium iniquitates pel-la*. Donat. in Phorm. act. 11. sc. 3. *Multa calumniatores de-clamandi causa dicunt & vociferandi, ut ipso strepitu ter-reant*. Posteriorib. temporibus clamatores dicti, ut in LL. Karoli Magni.

Pag. 53. v. 1. *temptata manu*] *lenta, suspensa, vel lenata*. Panag. vide Putean.

v. 11. *Et qui non ingulat*] à gladiatoribus.

v. 25. *hyeme Gallica*] *Gallica hyemes* prouerbio notæ sunt Eunap.

Pag. 54. v. 27. *innocare Quiritium fidem*] hinc *Quiritare* Sidonio.

292 ANONYMI NOTÆ.

v.vlt. *Ballenatiam tenens virgam*] Rudes.

Pag. 55. v. 5. & nos legitimo perfusus oleo] tanquam legitimi gladiatores.

v. 29. duo Syri] *Scopa Syrisi. Vet. portantias.*

Pag. 56. v. 12. *Quartilla ad bibendum reuocauit*] Turneb. lib. 4. cap. 21. tom. 1.

v. 26. *acacia vini*] Vet Lex. *Acacia succus primællorum immaturorum.*

v. 27. *erat creta*] Horat. in Epod. Od. 12.

— *nec illi immanet humida creta.*

v. 31. *Embasciatam*] Vet. Lex. *Embasciatam* interpretatur, qui vel quæ frequenter dat basia.

Pag. 57. v. 16. *in promulside*] Infrà de cœna Trimalcionis, in promulsidari. & in L. XVIII. de auro & argent. leg. Turn. d. tom. 1.

Pag. 58. v. 4. *taurum tollere*] Obscœnum est & virile membrum significat, vt Diomedes libr. 2. & Suidas scribunt. Prouerbij origo est apud Fabium lib. 1. c. 9.

Delben. v. 29. *videmus senem*] Salisber lib. 8. Policrat. c. 7. cœnæ Trimalcionis apud Petronium meminit : & apud Martial. libr. 3. epigr. 40. Malchionis cœna prope eadem. An Trimalcio, ter malcio, vt apud eundem de Hermete & ter unus. Multa enim inter se hi communia habent, vt; Ingeniosa gula est.

v. 30. *ludentem pila*] Sidon lib. 1. epist. dum omnium rerum ordinem peruertere significat; Student, inquit, pila senes, alea iuuenes, armis eunuchi.

Pag. 59. v. 9. *digitos concrepuit*] Erasmi. Prouerb. Ad digitum crepitum, 171. Martial. lib. 3. in Zoilum;

Digitum crepantis signa nouit eunuchus.

& lib. 14. de matella;

Dum poscor crepitu digitorum, & verna moratur. & apud Petronium sequitur; Al quod signum matellam supponit.

v. 13. *Longum erat excip*] Seneca de breuitat. vitæ.

Pag. 60. v. 4. *Cave canem*] Nonius in verbo Albicatur citat Varronem, Cave canem, qui fabulæ (vt opinor) titulus est. Notum est Basi apud Senecam illud; Si tamen ad hostium alligasses, lib. 6. Controuersi.

Delben. v. 22. *in qua barbaram ipsius conditam esse aiebant*] Veneris scilicet. Macrobius lib. 3. c. 8. Signum etiam Veneris est Cypri barbatum corpore, sed veste muliebri, cum sceptro ac statura viri; & putant eandem marem & feminam esse, &c.

v. 25.

v.25. *ad triclinium veneramus, in cuius parte prima* [Procurator] Colum.lib.1. Procuratori supra ianuam sis habitatio, ut intrantium excurrentiumq; conspectum habeat.

Pag.62 v.22. *Pallio incluserat caput*] Seneca de Mecenate homine luxurioso & molli : In omni publico loco sic apparuit, ut pallio velaretur caput exclusis utrimque auribus.

Pag.64.v.19. *larnam argenteam*] Plutarchus in conuiuiio Sept.Sapien.ait Aegyptios osseum cadauer post epulas ita proponere solitos.

v.22. *Catenario mobilu*] neuro (pasta Cœlius lib.4.cap.16.vide Gellium & infra pag.114. *Oscillatio* Bud in Comment.Aristot. de Mundo. Seneca vocat *pagmenta* libr.13.epist.89.

Pag.65. v.28. *processit statim scissor*] Iuuenal.Satyra 5. *Chironomon.*

Structorem interea ne qua indignatio desit, &c.

Pag.66.v.13. *nunc nec quid nec quare*] quoy que ce soit & de quelque cause que cela vienne.

v.14. *topanta est*] c'est son fac totum.

v.vlt. *titulus tepidi temporu*] id est, index.

Pag.67.v.15. *Smaragdum ad quam rem viridem*] quo bonum.

v.7. *quo Carchedoniös*] Plinius lib.37.cap.7.

v.10. *nebula linea*] Plaut.in Casin. *Nebula* haud est mollis atque cutis eius est.

Pag.68. v.31. *errantes animas*] Crinitus & Plato in Epigr.infrà; *Corpora animarum mixturam fecerant.*

v.32. *Mortales ego sic perire capi*] Martial.lib.12.epig.18.

Sic me viuere, sic inuas perire.

Pag.70.v.17. *Nomen amicitia*] citatur è Salisberienf. libr.3.cap.7.

v.21. *in scena nimium*] malim, mimum, quamuis idem error sit apud Salisber.vide vet.cod.Salisberienfis.

Pag.71.v.7. *Cuius anni ad tesseram*] Terent. *Symbolam* dedit, canauit.

v.29. *planus*] impostor.

v.34. *phæcasti*] *phæcastum* est calciamentum rusticum non militare.

Pag.72.v.7. *Non bibit*] Citatur à Fulgent.Placiade lib.2. Mytolog.in Tantali fabula.

ibid. *poma aut pendentia*] in vet.quodam, aut nec carpis pendula poma.al.aut poma natantia.

v.10. *Cernens*] al.late.

v.11. *qui timet*] al. *qui tenet*.

v.19. *Quod non expectes ex transuerso fit*] Auctor *Quærolis*; *Nunquid ex transuerso quispiam me heredem instituet?* Quintilian. in *Declamar.* *Deorum numen rebus humanis etiam quæ non apparet interuenit.*

v.21. *Apes ideo pungunt*] *Apuleius*; *Ubi mel, ibi fel. ubi uerbi tuber.*

Pag.73. v.2. *Hinc aquila, &c.*] *Videntur esse Iambici.*

v.12. *hilaris nympha*] *Hylas* de lib. *Sat. ex h.*

v.34. *vilis adulator*] *Salisber. lib.3. cap.13. non laudato auctore citat.*

Pag.77. v.17. *Itaque hircula herbarum omnium*] impr. *Rom. Itaque hercula al. y. s. i. o. s. Alpina*, ex *Martiano Capella lib.2. c.33. FF. vbi leg. Abderita.*

v.17. *Miron*] *Ausonius.*

Pag.78. v.7. *trecentis sestertium*] *equestris census.*

v.23. *Delio profante*] *profante.* Atqui *Apollo Troianis fæbat, & Virgil.*

— *diuina Palladis arte.*

v.31. *hoc titulus fero*] *titulus victi equi incisus.*

Pag.81. v.19. *Asyli partem*] *portio, id est, similitudo,*
pura-
aus. in *Digest.* *Neronis portio* apud *Suetonium.*

Pag.84. v.7. *O felicem*] In *Bibliis*; *Beata viscera qua te portauerunt.*

Pag.85. v.26. *inimicam mortem*] *mimicam.* notauit plur. adde *Sidon. & infra pag.63.*

Pag.86. v.13. *scordalo*] *Seneca epistol. 57. & 84. vbi Erasmi.*

Pag.87. v.3. *à duobus leſticarijs*] *Alciat. in tres poster. Cod. libr. ait legi leſtuarijs, & putat legend. perleſticarios, 113.*

v.18. *hac proclamauit*] de eadem proclamatione est apud *Senecam lib.5. Controuers. pag.538. Mittis praconem, adducis illi omnia insignia, in caput malus perdat.*

Pag.88. v.34. *furiſam amulationem*] id est, zelotypiam.

Pag.90. v.17. *tanquam propudium*] quid si legas, *proludium*, ut intelligatur celeusma illud, quo nautæ discesum significant?

ibid. *Haud mora*] Non dubium quin desint multa.

Pag.94. v.33. *pertunde aures, ut imitemur Arabes*] *Iuuenal. Saty.1. — quamnis*

Natus

*Natus ad Expiratē, molles quod in aure fenestra
Arguerint.*

Pag. 95. v. 26. *stigmatē esse puniti*] quid si *puncti*? quod non probo.

Pag. 96. v. 11. *Eucolpion*] *Eucolpius* est, qui hoc libro totus est, suprà aliquotiens.

Pag. 99. v. 5. *inimicis*] *Lego, mimicis*, vt suprà pag. 85.

Pag. 102. v. 31. *stalatarium*] ἱσως *statarium*, vel *tralatarium*.

Pag. 103. v. 5. *Troius hostis*] in Græca vrbe. Suprà, in *dinersorio Græcæ urbis iacerem desertus*.

Pag. 104. v. 16. *extrema parte potisionis*] Horat. Od. 12. libr. 4.

Non ego te meis

Immunem meditor tingere poculis

Plena diua vt in domo, &c.

Pag. 105. v. 4. *corymbioq;*] & post. *corymbion*, Gallicè, *faul se perruque*.

v. 32. *Matrona quadam*] Citatur à Salisber. libr. 8. c. 11. qui ait Flauianum etiam auctorem esse Ephesi ita ex facto accidisse, mulieremque impietatis suæ & sceleris paricidalis & adulterij luisse pœnas.

Pag. 105. v. 25. *ne quis ad sepulturam corpora detraheret.*] noe. in L. 9. de Cadaveri punit.

v. 34. *faciemq; unguibus se. tam*] prohibitum in XII. Tabb.

Pag. 107. v. 32. *humanam satietatem*] Antiphanes Comicus ἐν πλημυνῇ κύπετε, in *satietate Venus. Sine Cerere & Baccho friget Venus*.

Pag. 108. v. 17. *Cruciati unius*] Seneca libro 4. Controuers. *Cruciarios* dicit in crucem sublatos. Apuleius libr. 10. *Asin. aur. cruce dignos. Vide Annotat. in exempl. Colinei.*

v. 34. *ex arca*] in *sarcophago. Vide insequentia.*

Pag. 111. v. 20. *lapidabit*] Monte sub hoc lapidum iacet *Boliffa sepultus. Pro hoc loco de arena ossibus danda. vide Od. 28. libr. 1. Horat.*

Pag. 113. v. 20. *At enim fluctibus obruto*] Στεβæ λόγ. 96. *Philemonis illud adducit ex Ephebi;* & τοῖς πλέσι τῶν θαλάσσιον γίνετ' ὥρωςιν χιμῶν.

v. 22. *Consumat ignis, an fluctus, an mora*] Minutius Octauio 298. *Non interest utrum fera diripiant, an maria consumant, vnde fortè leg. pro mora, mare.*

Pag. 116. v. 9. *omnibus renouet*] for. addendum, *horis*.

Pag. 117 v. 22. *non enim res gesta versibus comprehende*] Lucanus videtur reprehendi; quem etiam nonnulli ob id putarunt non esse poetam, vt Martial. de eo ait lib. 14.

v. 31. *Orbem iam totum*] Citatur à Pomponio Sabino ad illud simile Virgilij lib. 7.

— *qua Sol utrumque recurrens*

Aspicit Oceanum —

Pag. 118. v. 3. *Quærebantur opes*] Ouid. lib. 1. Metam.

v. 16. *vestatur in aula*] Pomp. Sab. in Cyrim 1976. legit, *iactatur*, & explicat quæ explicatio si vera est, ostendit atatem Petronij, cuius vitam recenset, cum loqueretur ante bellum quod tangitur. Itaque est vt illud

— *portusq; require Velinos*, de quo Gellius & Paterculus.

v. 19. *Perfarum ritu*] Hoc Domitianus primus prohibuit, quod non iam obliuisci tempore Petroni, id est, Neronis. hoc celebrant temporis Domitiani Poëtæ, atque inter cæteros Statius his maximè versibus, qui huc pertinent ex lib. 3 Syluar. de Coma Earini.

v. 25. & *tot noua nomina vestu*] Plautus in Epidico.

v. 34. *ingeniosa gula est*] Martial. lib. 13. de gallina altili;

— *Ingeniosa gula est.*

ibid. scarus] Plin. lib. 9. c. 17. Fab. lib. 5. c. 10. *Nec helopem postro mari aut scarum ducas.*

Pag. 119. v. 13. *pellitur à populo victus Cato*] Plutarchus in Catone.

v. 25. *sed velu: i tabes*] apud Liuium.

Pag. 120. v. 30. *expelluntur aqua saxu*] Lucrinus lacus profluit.

Pag. 121. v. 30. *Prothmus*] Bit. *Protheus*. Baptista Pius *Porthmeus*, id est, Charon, in Annot. post. 248.

Pag. 129. v. 19. *flagellorum vestigia*] Vlpian. in Fragm. pro stigmatibus.

v. 21 *in sequestribus sedeo*] Seneca lib. 7. de Benef. c. 9. *Equestris omnium Equitum Rom. sunt.*

v. ult. *Crines ingenio suo*] vt sponte sua sandix, Non.

P. 131. v. 17. *POLLIENTUM*] al. *Boliennum*. Verùm hic fortasse est Eutcolpius, qui nomen Crotonæ mutauerat.

Pag. 135. v. 11. *licium varij coloris filii intortum*] Vtebantur in magicis, vt in Pharmaceutria.

Pag.

Pag. 138. v. 7. *Oculos suos tanquam audientes*] videtur deesse aliquid, vt, *tanquam videntes aut aures tanquam audientes.*

v. 20. *Ipse pater veri*] sic Lucret. sic cæteri suæ sectæ auctores *Patres* vocant. vide Indicem Gifan Cic. lib. 4. Acad. Epicurus, qui voluit subuenire erroribus, videtur conturbare veri rationem. Et lib. 1. de Finib. *insector ille veritatis.*

Pag. 139. v. 24. *purgamentum*] commotum.
ibid. *in truno*] intritum, infaustum est Plauto.

Pag. 142. v. 16. *Battiada veteris*] Scaliger admonuit.
v. 21. *frangitur ergo cervix cucumula*] Politian. lib. Miscellan. c. 30. *pius in posteri.* c. 61.

Pag. 145. v. 6. *Quisquis habet nummos*] Citatur à Salisb.

Pag. 148. v. 30. *Oscillatione*] Sex. Pompeius. lib. 7. c. 16.

v. 34. *automata*] *αὐτοματά.*

ibid. *per clostrum*] Seneca lib. 7. de benefic. c. 21. *per clostrum, qua se commissura laxauerat.*

PETRI DANIELIS

AURELLII IÇ.

Pierij
Aure-
liani.

NOTÆ

IN C. PETRONII TVRPILIA-

NI ARBITRI

SATIRICON. }

Mirum est, qui Petronium in lucem emiserant, nihil dum certi de illius ætate prodidisse, ante quos Lilius Giralduſ hac in re valde allucinatus est, secutus Placidum Lactantium Statij Interpretem, qui Statio posteriorem facit Petronium, vt à quo ſumpſerit hoc hemistiſtichium, & ſuis verſibus inferuerit;

Primus in orbe Deos fecit timor.

Sed iam conſtat Neronis temporibus vixiſſe è Corn. Tacito, qui in Nerone vitam eius deſcribit, ideoque locum integrum ſubiicere viſum eſt. De C. Petronio inquit, ſupra pauca repetenda ſunt. Nam illi dies per ſenectutem,

N 5

uov

nox officiis & oblectamentis vita transigebatur, utque alia industria, ita hunc ignavia ad famam protulerat, habebaturque non ganeo & profligator, ut plerique sua haerentium, sed erudito luxu. Ac dicta factaque eius quantò solioriora, & quondam sui negligentiam preferentia, tantò gratius in speciem simplicitatis accipiebantur. Proconsul tamen Bithynia, & mox Consul, vigentem se ac parem negotiis ostendit. Dein reuolutus ad vitia, seu vitiorum imitationem, inter paucos familiarium Neroni assumptus est, elegantia Arbiter, dum nihil amœnum & molle affluensia putat, nisi quod ei Petronius approbauisset. unde inuidia Tigillini, quasi aduersus amulum & scientia voluptatum potiorum, ergo crudelitatem Principis, cui cetera libidines cedebant, aggreditur, amicitiam Scevini (de quo lib. 15. Scevino dissoluta luxu mens, & proinde vita somno languida) Petronio obiectans, corrupto ad inuicem seruo, ademptaque defensionis, & maiore parte familia in vincla raptâ. Fortè illis diebus Campaniam petiuerat Caesar, & Cumas usque progressus Petronius illic attinebatur. nec tulit ultra timoris aut spei moras, neque tamen praeceps vitam expulit, incisas venas ut libitum obligatas, aperire rursum, & alloqui amicos, non per seria aut quibus constantia gloriam peteret. audiebatque referentes, nihil de immortalitate anima, & sapientium placitis, sed leuia carmina & faciles versus. Seruorum alios largitione, quosdam verberibus affecit. Inuit & vias, somno indulgit, ut quantquam coacta mors, fortuita similis esset. Ne codicillis quidem (quod plerique pereuntium) Neronem aut Tigillinam, aut quem alium potentium adulatus est, sed flagitia Principis sub nominibus exoletorum seminarumque, & nouitate cuiusque stupri perscripsit, atque obsignata misit Neroni, fregitque annulum, ne mox usus esset ad faciendam pericula. Ambigenti Neroni, quomodo notitiam suarum ingenia noscerent, offertur Silia matrimonio Senatoris, haud ignota, & ipsi ad omnem libidinem adscita, ac Petronio perquam familiaris. agitur in exilium, tamquam non siluisset qua viderat, pertuleratque, proprio odio. Haec enim Tacitus: cui addendum, quod scribit Plinius Naetur. hist. lib. 37. cap. 2. Petronium virum Consularum Neronis inuidia mortuum, ut mensam eius excubaret, & rullam murrinam CCC. sestertiis emptam confregisse. Tacitum autem beneficio restitutum est Petronio C A I I PRONOMEN, T V R P I L I A N I cognomen, A R B I T R I agnomen, denique eius aetas, studium, dignitas & mors innotescit.

nescit. Quidam tamen putant eundem Petronium Neronis *Arbitrum* ab officio sic appellatum, & notitiæ atque dignitatis nomen in Aula Principis fuisse, quod ut credam sine auctore adduci adhuc non potui. *Turpiliani* verò cognomen & Taciti, & aliorum auctorum testimoniis satis clarum est. Vnde & Senatusconsulti *Turpiliani* quidam auctorem volunt. Petronium, quum Neronis temporibus Consulatum gessit, cum C. Iunio Cæsonio Pæto. Certè eo tempore Legem Iuniam Petroniam de libertate tulere C. Iunius Cæsonius & Petronius Turpilianus COSS. Anno videlicet DCCCXIII. ut si dissonantes pares iudicum existerent sententiæ pro libertate pronunciaretur, l. 24. De de manumissionibus. Petroniam quoque de servis tulisse fertur idè Petronius Turpilianus COS. eodem anno DCCCXIII. ne dominis potestas esset ad bestias depugnandas suo arbitratu servos tradere: ut ei qui iure viri delatum adulterium non peregisset, nunquam postea deferre hoc crimen permitteretur. Filiam reliquit Petroniam, cuius in Vitellio meminit Suetonius, Vitellij scilicet vxoris, ex qua & filium Petronianum altero captum oculo suscepit.

De scriptis eius fragmentum tantum ad nos pervenit ex Satyrarum opere, quod in libros diuisum fuisse credibile est: nisi fallunt veteres Glossarij, qui subinde Petronij testimonia citant & aduocant à libro primo *Satyrarum*. Sic citatur in verbo, *Excelsissimus*: sic etiam in hoc versu,

Et thymbra veteres, & passis vna racemis.

Quin & in veteri Glossario S. Benedicti Floriacensis habetur hic locus desumptus à Petronio Arbitro libro xv. *Sed video te totum in illa herere tabula, qua Troia halosin offendit*: qui tamen in excussis extat fragmentis. Ex quo apparet, Petronij scripta magna ex parte concidisse: quæ, ut opinor, multa erant in mulierum ineptiis leuitatèque ridenda & exprimenda, utpote qui argumentis (ut ait Macrobius) fictis amatorum casibus referre multum se exercuerat. Puto etiam suppressa fuisse propter nimiam obscenitatem & argumenta lasciuia plena. Flagitia enim Neronis sub nominibus exoletorum sceminarumque, & nouitate cuiusque stupri perscripsisse, & obsignata misisse Neroni ex suprà citato Taciti loco & auctoritate constat: putantque nonnulli ea esse ipsa, tam quæ nunc extant, quàm quæ

ampliora quibusdam doctis & antiquitatis studiosis videre licuit: sed an ea sint, valde addubito. Eiusmodi quidem scripta Mimos appellare vetustas consuevit, quod magna ex parte stuprorum actus contineant; & Petronium ipsum Mimographum fuisse non præter fidem est, licet hoc nomen speciali privilegio Laberio tributum sit. Verosimile tamen est huic operi Satyrum nomen impositum ob maledicentiam & carpta Neronis vitia, tum etiam propter variorum pœnas, tum quasi per Satyram asperisionem, rerumque ridicularum & pudendarum narrationem. Huius etiam Arbitri esse pleraque, quæ de Priapo extant Epigrammata, mihi probabile est.

Fertur & alter Petronius (ne quem fortè fallat) de re grammatica nonnihil scripsisse, cuius auctoritate vitur Sèrgius in Commentariis ad editionem secundam Donati, itemque alter Grammaticus: hic, dum *Quirites* & *Quiritem* nominatiuo & accusatiuo singularibus, rectè dici, ille, dum (*lascia à calando, id est, vocando dicta esse tradit.*

Ad extremum hoc prætereundum non puto, quid hac editione à nobis præstitum sit. Pleraque Petronij non tantum emendata & conlata cum veteti codice eruditi cuiusdam amici nostri, cuius ope & beneficio magna ex parte restituta & aucta sunt hæc fragmenta, sed & sparsos vndique Petronij locos diligenti opera in vnum coactos exhibemus. Atque utinam, qui plura habent magna studiosorum fraude inuisa, speciosis quamlibet coloribus non tamdiu retineant, aut Catullum (si possint) & Martialem cum cæteris quoque eodem carcere damnent. Verum ne diutius querer, facit M. Anton. Muretus, vir vnde cumque doctissimus, quam audio ex vetustissimo & integerrimo codice Petronij editionem omnium absolutissimam publicè parare. quo nomine studiosi omnes illi meritò plurimum, ut à qua benignè & liberaliter in communem Reipubl. literariæ utilitatem erogatum sit, quod ab aliis inuidiose suppressum fuerat.

SATYRICON] Quale sic hoc scribendi genus Fabius expressit li. 10. Instituit. & sic docet, Diomedes lib. 3. Satyra dicitur carmen apud Romanos, nunc (sc. non) quidem apud Græcos maledicum, & ad carpenda hominum vitia

vitia *Archea* comædia charactere compositum, quales scripserunt *Lucilius* & *Horatius* & *Persius*; & olim carmen quod ex variis poematibus constabat *Satyræ* vocabatur, quales scripserunt *Pacuvius* & *Ennius*. *Satyræ* autem dictæ sine à *satyræ*, quod similiter in hoc carmine ridicula res pudendaq; dicuntur, quæ velut à *satyræ* proferuntur, & sunt; sine à *satyræ lance*, quæ referta variis multiq; primitiis in sacris discordiis (for. *Cereri*) inferebatur, & à copia & à saturitate rei *satyræ* vocabatur, cuius generis lancium & *Virgilius* in *Georgicis* meminit, cum hoc modo dicit;

Lancibus & pandis fumantia reddimus extra.

Et; — lancesq; & liba feremus;

sive à quodam genere sarciminis, quod multis rebus refertum *satyræ* *Varro* vocat. Est autem hoc positum in 2. lib. *Plautinarum* questionum; *Satyræ* est una passa & polenta & nuclei pini ex mulso consparsi: ad hæc alij addunt & de (for. è) malo punico grana. Alij autem dictam putant à *Lege* *Satyræ*, quæ uno rogatu multa simul comprehendat, quod scilicet *satyræ* carmina multa simul & poemata comprehenduntur, cuius *Legis* *Lucilius* meminit in primo; Per *satyræ* adilem factum, qui legibus soluat. & *Salustius* in *Ingruitha*; Deinde quasi per *Satyræ* sententiis exquisitis in deductionem accipitur.

Pag. 41. v. 1. Num alio genere] Contra delicatos lectores *Petronius* in primo *Satyrarum*, & *Persius* in illa *Satyræ*; Nempe hoc assidue, & *Plinius* lib. 19. Ep. Ex vet. Grammatico.

Pag. 42. v. 9. quibus deberent loqui] in v. Glossario S. Dionysij, loqui debemus.

v. 21. animos iuvenum ad magna surgens] Leg. animosque i. a. m. surgentes. Delben.

v. 23. simulatque corrupta] VC. MS. semelq;.

Pag. 43 v. 5. ut ait Cicero] Cicero pro *Cælio*; Illud unum ad laudem cum labore directum iter qui probaverunt, propriam sibi in schola sunt relictæ.

v. 33. Perperam discit] Leg. puer iam disc. Nicol. Faber.

v. ult. Luciana improbitatis] in id Lucilliana. nam & *Satyræ* scripsit *Lucilius*. Turnebus legit, *Lucilliana* humilitatis: nam in v. c. legitur, *Luciniana*.

Pag. 44. v. 24. truci memorata canore] Leg. Catone. N. Faber.

v. 26. verba minentur] Leg. imitetur. N. Faber.

v. 30. Dum hoc diligentius aud.] Supple; Dum hæc dilan

dil. audio, & dum hæc doctorem astu motus incedo, non notari, &c.

Pag. 45. v. 13. *ducturam*] Turneb. legit, *diuinam*, lib. 19. Aduersar. cap. 6.

v. 15. *Centonem*] Cento Iuuenal. Briffon. de ritu nupt. vel iure connub. vbi emendat Petronij locum.

v. 18. *inter viculos*] Citat hunc quoque locum Turneb. lib. Aduers. 21. cap. 28. & *inter nuculos*. legit duobus verbis. exponit autem meritorios pueros & concubinos, qui nondum reliquere nuces, sed etiamnum inter eas versantur. nam à Catullo scribitur; *Concubine, da nucas*. An legend. *quasdam in interniculis nudas meretrices*. Interniculus vel Interniculum est stabulum, quo verbo vsus est Plin. lib. 8. Nat. hist. c. 44. in fine, his verbis; *Mulum LXXX. annis vixisse, Atheniensium monumentis apparet. Eo gavisum cum templum in arce facerent, quod de relictis senecta, cadentia iumenta comissum niscuq; exhortaretur, decretum fecere, quo cauere, ne frumentarij negotiatores ab interniculis eum arcerent*. In impresso cod. legitur *incerniculis*. Budæ. *ὁπό τῶς πηλίων* interpretatur in Comment. Ling. Græcæ, fol. 519. Vide exempl. vet. D. Salignari & Mamati.

Pag. 46. v. 2. *prolatoq; poculo*] rectè, *peculio*. Vnde apud auctorem Priape. *peculiatius*. Obscœnū enim est verbum & apud Plautum in Pseudolo, pag. 633. *Mea quidem hæc habeo omnia meo peculio emptæ*.

v. 3. *Profella meretrix*] Briffonius libro de iure Connub. legit, *Profeda meretrix*. sed nihil mirandum putato. Meretricis enim *fella* propriè dicitur. Iuuenal. sat. 3. lib. 1.

Et dubitas alta Chionem deducere fella.

Deinde *profeda* meretricem significat, vt non fuerit opus ad eam exprimendam & denotandam, substantiuo altero idem valente, cum hoc otiosum esset & *παράλογον*, quod vitium incidisse disertissimum Petronium non est verisimile. Scribendum verò *procella*, per c. Iuuenal. sat. 1. lib. 2.

Intransit calidum vetori centone lupanar,

Et cellam vacuum atque suam, &c.

Et paulò post; — tamen ultima cellam

Clasit, adhuc ardens rigida tentigine vultus.

Pag. 47. v. 17. *tanquam scholastici*] Persius; — *ingentes trepidare Titos. Cornutus, Dicitur Titus à membri viridis*

virilis magnitudine : ουενδ οχλὸς autem Titos, scholasticos, quòd sint vagi, neque uno magistro contenti, & ad libidinem proni, sicuti aues, quibus comparantur.

velf. 34. *Operam me*] Glossarium sancti Dionysij, *opertum*.

Pag. 48. v. 10. *fidem malè ambulantem*] fort. *furē m. a.*

v. 18. *cum muliercula comise*] Infrà, *mulier illa, qua paulò antè cum rustico steterat.*

v. 22. *examinatus*] fort. *exanimatus.*

v. 31. *suturæ*] *sutura, sutella, id est, astutia.*

v. vlt. *depositum*] *mandatum.*

Pag. 49. v. 10. *sed planè iure civili dimicandum*] Cuiac, lib. 5. *Emendat, aut Obseruat. hunc locum aliter citat pag. 123.*

v. 24. *in ambigua lite descendere*] in Sophologio Iac. Magni lib. V. cap. V. ex Petronio (vt puto) quem paulò antè citat ; *Tutus est paruo are rem perditam recuperare, quàm ius ambigue prabere litè.* Sed Vincentius in Specul. histor. cap. XXV. lib. XX. sic citat, vt hìc est.

v. 25. *scel lupinosq;*] Turneb. lib. 19. *Aduersar. cap. 7. pro scel legendum putat scilicet.* Sed in vet. Lexico sic habetur ; *Sicel Latino sermone siclus appellatur corruptè. Hebraeum nomen est habens apud eos uncia pondus : apud Latinos autem & Græcos, quarta pars uncia est, & stateris medietas, drachmas duas appendens. Vnde cum in litteris diuinis legitur siclus, uncia est ; cum verò in Gentiliis, quarta pars uncia est. Vide Cuiac. lib. 12. Obseruat. cap. 40. In alio Lexico legitur ; siclus, id est, stater, qui habet obolos XX. Stater siue siclus drachmas IIII. Drachma VIIII. Latinam unciam faciunt : ita ut unus (vetus, verus) panis X. uncias habere dicatur, quo trahitur magis anima quàm sustineatur. cibi aqua auget sterilitas. Hinc mensura est Hebraica, duos choi Atticos facit, quos nos possumus appellare duos sextarios Italicos, ita vt in mensura sint (sit) Iudaici sextarij nostriq; castròsis, cuius sexta pars facit tertiam partem sextarij Italici, qui potus iuxta inditum Oratorem, non vires tribuit, sed mortem prohibet. A tempore usq; ad tēpus comedes & bibes illud, id est, usque ad vespēram à vespere, L. X. scli minam faciunt. Statera Hebraicè dicitur moxene. In hu autem intelligitur, qua appenduntur. Esa Hebraicè, qua corte dicitur in Græco ephi, ad mensuram pertinet variarum frugum tritici hordei & leguminum. est autem decima pars cori, in speciebus qua modio mensurau-*

itur.

tur, id est, tres modj, sicut bath, qui vocatur batus sine vadiu, idem est, quod & ephi, decima pars cori in speciebus liquidu vini & olei & istiusmodi. Paulinus pag. 79. siclus pondus regale.

Pag. 50. v. 20. *in utramque partem*] *malim, in utra parte.*

Pag. 51. v. 13. *sera sua sponte delapsa*] Ouid. & Prosper de Prouidentia. *Demere seram dixit Ouid. lib. 1. Fastorum fol. 6. & 7.*

Pag. 54. v. 6. *Psyche*] de Psyche apud Fulgent. in Mytholog & Apuleium in *Metamorphos.*

v. 27. *malas pungebat*] fortè, *pingebat, acu pingere. Iuuenal. pag. 25.*

Pag. 56. v. 5. *hoc conuenisse*] Leg. *hos conuenisse.*

Pag. 57. v. 31. *Itaque, inquit, Quart.*] Leg. *Itane?* Putean.

v. 33. *Iunonem meam iratam habeam.*] Turneb. lib. Aduersar. 3. cap. 20. & Britannicus in Iunonalem sat. 2. lib. 1.

Pag. 58. v. 3. *proverbium illud dicatum, ut possit*] Leg. *dicatur ut possit.* Putean.

v. 8. *embasico atas*] Leg. *embasica tas.* Vet. Lexicon, *Embasicata, qui vel qua frequenter dat basia. à uCacmōm, quæ inscendit grabatum, inscentrix grabati, grabatin-scentrix.*

v. 22. *lenta manu*] id est, tenaci & hærente. Turneb.

v. 24. *obiter labra*] *obiter, id est, interim. sic apud Iuvenalem accipi notat Cornutus ipsius interpre.*

v. 25. *Osculis verberabat*] Turneb. *oculus, & rectius est.*

Pag. 59. v. 6. *luxu expellente*] Leg. *lusu expellente.*

Pag. 60. v. 9. *tenia intrabat*] fortè, *thermas intrabat.*

Pag. 61. v. 8. *dextros gressus*] paulò post, *dextros pedes. quomodo & Seneca locutus est.*

v. 15. *in precario*] fortè, *in precario, vel imprecarium, ut referatur ad dispensatorem, id est, qui precari, & flecti non possit: vel precarios, id est, mutuos.*

Pag. 62. v. 9. *in promulgidari*] fortè, *promulgidario.*

v. 27. *vitellio*] fortè, *vitello.*

Pag. 64. v. 7. *pradisum*] fortè, *præclusum.*

v. ult. *bubale*] fortè, *bubulum.*

Pag. 65. v. 4. *scriblita*] *Scrib. sriblita.*

Pag. 66. v. 17. *Cænam Trimalchionu ingredere*] Salsiberienf. libro 8. de Nugis Curial. ex vestigijs Philoso

Iosoporum, cap. 7.

v. 18. *porcum sic gravidari*] de porco Troiano vide *Erasmum* in *Adag. & Cœl. Rhodig. num.*

v. 32. *Gallina tibi Numidica*] quæ infra *Afra avis*. *Varro* de re rust. lib. 3. Gallinas Africanas appellat, & *Græcis* *μυιόγες* dici scribit.

pag. 67. v. 2. *Quo margarita cara tribacca Indica*] *Scal.* *margarita Erythrae bacca Indica.*

v. 12. *Fabrum fuisse*] Sæpe citat *Petronium* *Io. Salsberiens.* etiam non laudato auctoris nomine, atq; etiam quandoque laudato, sed eorum, quæ laudato nomine allegat, omnia extant, præter hæc, quod sciam vide eundem lib. 4. cap. 5.

v. 29. *martiolum*] fortè leg. *marculum*, vel potius *martulum*. vide *Caprum & Turneb.* libro 1. *Aduersar.* cap. 18.

pag. 68. v. 11. *gastrarumque*] fortè, *castrorumque* *minentium.*

pag. 70. v. 19. *Cum Fortuna manet*] *Lambinus* in *Horat.* pag. 88. *Si fortunam, &c.*

v. 18. *nobile*] *Scal. mobile.* *Turneb.* legit *nobile*, ut huc excusum est.

pag. 72. v. 7. *Non bibit inter aquas*] *Vincentius* adducit in *Specul. histor. lib. XX. cap. XXV.* & ante eum *Fulgentius Mytholog. lib. 2. in fab. de Tantalo*, ubi legitur;

Nec bibit inter aquas, nec poma natantia carpit.

apud *Vincentium* verò legitur;

Non bibis inter aquas poma aut pendentia carpit.

alias legitur, *poma patantia.*

v. 19. *ex trans verso*] *V. Cod. transuerso.*

v. 34. *monocremion*] fortè leg. *monogrammon*, ut sit *pictura linearis Apellis.*

pag. 74. v. 12. *Nescio quo modo*] *Vet. Cod. quo non.* sed *Vincent.* in *Specul. legio, quomodo.*

pag. 76. v. 17. *Nihil est iam arduum, &c.*] *Vincent.* legit, *Nihil tamen tam arduum improbitas quod non extorqueat*, lib. 4. cap. 18. *Specul. doctrinal.*

v. 13. *sensum meum*] *Scrib. censum per c.*

pag. 77. v. 17. *Itaque harcula*] *Deest harcula* in *V. C. G.*

v. 20. *Eudoxus quidem in cacum: n excelsissimi montis conscendit*] *V. Eudoxius in excelsissimi montis cacumine consensit.* *Vet. Lexicon*; *Excelsissimus* dicitur à *Petronio* in *primo Satyrarum*, quod & à *Maerobio* 3. *Saturnaliorum.*

v. 23.

v. 23. *Chryſippus*] de Chryſippi elleboro Fulgentius in Virgil. continent. initio.

v. 30. *auemus*] vulg. *audemus*. & ita v. c. quod magis placet.

v. 31. *iniquitatu*] v. c. *antiquitatis*.

Pag. 78. v. 8. *reſti honeſtiq;* *boniq;* ſic habet V. Cod. S. Dionyſij, ſic & meus.

v. 9. *mille pondo auri*] pondo, libra, id eſt, 25 vel aſſis.

v. 16. *ſed video te totum in illa habere tabula*] Hoc in vet. Lexico S. Benediſti Floriacenſis citatur ex lib. XV. Petronij Arbitri.

v. 20. *Iam decima*] CATACLASMOS ILIACOS.

v. 26. *Aperitur*] V. cod. *operitur*.

ibid. caſtrum] fort. *clauſtrum*, vt Scalig. legit.

v. 31. *hoc titulus fero*] Leg. *bello liberũ hoſtili fore Iuratus*.

Pag. 79. v. 6. *Latusq; reſiliit*] *ſi. Lentuſq;* Leg. *Telumuq;*, cenſent N. Faber & Delben. quæ coniectura illuſtratur Vergilij loco perſimili.

Pag. 80. v. 10. *retractant*] V. *retranſant*, ſed mendosè, vt puto.

Pag. 83. v. 5. *Eques Rom. vt aiebat, infamis*] ſtupro ſcilicet. ſic apud Quintilianum *infamis* pro adultera, cap. 3. libro 6. Inſtit. Orator. fol. 374. *Dicebantur autem, dum vixit, infames ſcæmæ ad eam conuenire ſolita*. Et 2. cap. lib. 9. fol. 525. *Ut ſi pater, qui infamem in matrem filium ſecretò occidiſſet, reus mala tractationis iacularetur in uxorem obliqui ſententiis. Nam quid impurius quàm retinuiſſe talem? Infames perſonæ quæ ſint, vide Briſſon in verbo, Infames*.

v. 18. *Ales Phaſiaci Colchis*] Leg. *Ales Phaſiacus petita Colchis*. De *alite* vide Laſtantium in Statiū lib. 3. vel in Hymnis Bebelij folio 48. b. Sidonius in 23. Carmine, cui tit. Narbo;

Sine Ecceſias & ſuus, Iaſon

Inducuntur ibi ſeruſq; Phaſus,

Qui iaſtos ſuper arua Colcha dentes

Expanit fructicare cum duello

Spiciu ſpicula mixta fluctuarent.

v. 19. *Aëria volucres*] & hoc malè legitur in vet. meo cod. Cl. Puteanus vir doctiſſimus, *Afra* repoſuit ex Horatio od. 2. Epod. *Non Afra auis, non attagen Ionicus*. & Iuuenali Sat. 11. — *Nec latus Afra. Nonit annus*. — Illuſtrat autem Petronium idem Puteanus è Latini Pa-

cati

cati Drepani loco à se emendato in Panegyri. Theodosii. Augusto dicta, ubi Romanorum luxuriam carpit his verbis; *Namque appositæ dapes non sapore, sed sumptu: illis demum cibis acquiescebant, quos extremus oriens, aut positus extra Romanum Colchus imperiū, aut famosa naufragiis maria misissent, quos innita quodammodo reluctantiq; natura hominum pericla rapuissent.* vulgo malè in impressi legitur.

v. 31. *synacio*] fort. *gynacio*. vide Veget. Putean. & Briffon.

Pag. 86. v. 3. *palma excelsissima*] fort. *excelsissima*, vt supra, *excelsissimi montis*.

v. 4. *Liberum urceolum*] id est, *vacuum*.

v. 8. *igneum candelabrum*] fort. *lignum*, aut fortasse *igneum candelabrum* pro ardenti lumine.

v. 11. *scortillo*] in Pithœi MS. Petronio legitur *scardalo*. quod Turnebus non approbat lib. 7. cap. 4. ubi corrigit *scordalo*, interpretaturque, homini alliato illuviæque & squalore fardo. Pith. etiam legit, *scordalo*.

v. 15. *liçtores*] Baptista Pius in Comment. ad Fulgent. retinet veterem lectionem, *coçtores*. tu vide Pium.

v. 16. *mulctant*] Leg. *mulcant*, vt infra, *isterumq;* nihil respondentem *mulcant*. quo verbo utitur & Virgilius.

v. 18. *furca de carnario rapta*] infra, *pannum de carnariis detulit furca*. al. *carnaria*; vide Io. Ruellium in Commentariolo super Moret. Virgilij, quod excudit Colin.

Pag. 87. v. 18. *Puer in balneo*] de puero perduto & quæsito per lancem & licium, simile est quiddam apud Lucianum in Dialogis meretriciis cum hac Petronij fabula.

Pag. 94. v. 32. *& circumcide nos, vt Iudai videamur, &c.*] Vide Plutarchum in Cicerone, ubi de iocis & dictis Ciceronis.

v. 33. *Pertunde aures, vt imitemur Arabes*] vide Iuvenal in Satyr.

Pag. 95. v. 24. *frontes notans inscriptione, vt videamini stigma esse puniti*] Infra, *Implevis Eumolpus frontes utriusque ingentibus literis, & notum fugitivorum epigramma pertotam faciem liberali manu duxit*. Vide Vlpian. in fragmen. tit. 1. ubi de lege Aelia Sentia, cui stigmata scripta fuerunt, & Cuiac. lib. 7. Obseruat. cap. 13. de fugitivorum epigrammate.

Pag. 97. v. 3. *leporis vestigia latrat*] fort. *tranat*.

v. 20.

v.32. *ut tutela navis*] statim, tentantq̃, vilissimo sanguine tutelam placare. Paulò pòst; ramum olivæ a tutela navis raptum. videndus Turnebus.

Pag.103.v.11. *vincite potum*] Leg. pontum, vt in margine.

v.18. *tabulas fœderis signat*] Vide Cuiacium lib.1. Obferuat. de formulis fœderum.

Pag. 104.v.19. *stigmofosque*] *stigmofus* Plinio libro 1. Epist.5.

Pag. 105. v.13. *non tralatita deformitate*] Insignis est locus ille Ciceronis ex lib.3. epist. ad Appium. *Et si quantum, pag. 70. Roma composui editum, nihil addidi, nisi quod publicani me rogarant, cum samum ad me venissent, ut de tuo edito totidem verbis transferrem in meum. diligentissime scriptum caput est, quod pertinet, &c. hoc verò, ex quo suspicio nata est, me exquisisse aliquid, in quo te offenderem, tralatitium est. Sic translaticium funus, id est, vulgare, commune ac nullius sumptus apud Sueton. in Nerone cap.33. & ius tralatitium apud eund. in Octauio, cap.10. vbi de M. Antonio Conf. Ac ne publicum quidem ac tralatitium ius ulla in re sibi sine passione gravissima mercedis impertiente ad Optimates se contulit. Sic hoc loco apud Petronium translaticia vel tralatitia deformitas est non insignis, sed vulgaris. Et infra: Nec Giton me aut tralatitia propinatione dignum indicabat. Et iterum; Prateriens aliquis tralatitia humanitate lapidabit. Asconius 3. in Verr. Vetus editum translaticiumq̃, est.] Translaticia veteres dixerunt non nova, nec nuper inventa, sed aliunde translata.*

v.22. *in muliebrem lenitatem*] Salisberiens. lib. 8. cap. 21. *Multus est in mulierum ineptiis ridendis aut exprimendis Petronius. Virgil. lib.5. Aeneid. — Varium & mutabile semper Fœmina —* Calpurnius in Bucolicis; *Mobilior ventis mulier* — Videatur Vincentius lib. 5. cap.10. Specul. doctrin. de moribus faminarum. Donatus in Terent. Act.2. sc.1. Heeyræ, in hæc verba; *Tum nequam mulier*, citat Euripidis locum, qui ascriptus non est, in cuius loco stellula posita est. tu quære. citat & dictum locum Virgilij, *Varium*, &c.

v.32. *Matrona quadam Ephesi*] Eadem est ferè fabula apud Apuleium in libro de asino aureo, vel Metamorphos.

Pag.106. v.1. *funeris officium*] v.cod. *funus*.

v.5. in

v.5. in hypogeo] de hypogeo vide Egessippum, quem citat Gul. Philander Vitruuij interpres lib. 5. cap. 9. pag. 234. & lib.6, cap. vlt. pag. 285. ὑπαιθεα vocat Vitruuius. vide Egessippum meum manuscriptum cum ex. Morelij.

v.6. custodire] Vet. cod. condire.

v.14. commundabat:] pro Cuiacio in Obseruat. vbi commendare, commundare. nam vet. cod. habet, commendabat lugenti.

Pag. 107. v. 15. commuere debet] V. commonere, sed rectius puto commouere.

v. 30. se repleuit cibo] Vet. impleuit se cibo. & in Glos. repl.

Pag. 108. v. 17. (cruciati] Vet. Cruciarij, quod verbum reperitur & apud Apuleium de Asino aureo in Colinei exempl. lin. antepenult. sum legendo, pag. 130. b. vbi emacarij legit Gif. Cuiacius Quintilianum citat tit. de obligat. leg. 7. II. B.

Pag. 109. v. 17. spoliatum crinibus vultum] Leg. crinibus vultum. Puteanus, & ita codex Chaldeus.

Pag. 111. v. 17. iuncta nos mors feret] Legen. cunctos nos mare feret. induxit autem errorem, quod praecedat ead. pag. ut nos sola morte coniungerent.

v. 20. humanitate lapidabit:] Humanitatis negotium gerere dicitur, qui cadauer sepelit, L. & si quis, §. sed interdum, de Religios. vbi scribit P. Faber. Humanitatis ratione multa se I C. dicunt admittere L. 6. de appella. Humanitate suggerente L. 1. vers. quid ergo, Quando appell. sit. Cicero communis humanitatis iure dixit pro Flacco pag. 272. & 273. Si quem infimo loco natum nullo splendore vita, nulla commendatione fama defenderem, tamen ciuis ciuem a ciuibus communis humanitatis iure ac misericordia deprecarer, ne ignotis testibus, &c. ciuem ac supplicem vestrum dederetis. Vide Briffon. in verbo HOMINIS appellatione. Seneca epist. 66. pag. 325. Itaque homines quidem pereunt, ipsa autem humanitas, ad quam homo effingitur, permanet, & hominibus laborantibus interuentibus illa nihil patitur. Apuleius Apolog. 2. fol. 231. Commune ius humanitatis & fas commune dixit, quod commune omnium hominum nostri dicunt L. 1. in fi. & L. omnes populi, D. de iustit. & iur. & plerunque ius gentium dicitur. Verba Apuleij haec sunt; Athenienses quidem propter commune ius humanitatis ex captiuis Epistolis Philippi Macedonis hostis

hostis suis unam epistolam, cum singula publicè legere recitari prohibuerunt, ne maritale secretum divulgare praferendum rati fas commune propria ultioni. Et lib. Afri. aur. pag. 357. Lugubriter eiulantes, per publicam misericordiam, per commune ius humanitatis aium feremini indignè casorum iuuenum. Contumeliosa humanitas quid sit apud Senecam epist. 4. fol. 183. eandem. Quintilian. cap. 11. & ult. libro 12. Institut. 737. Hos ille formabat quasi eloquentia partus, & ut gubernator littora & portus, & qua tempestatum quid secundis flatibus, quid aduersis ratio poscat, de non humanitatis solum communi ductus officio, sed a quodam operis. In L. 2. C. Theod. de postlim. tit. 5. humanitati sit praestitum. Spartianus in Antonino Tacalla pag. 243. ubi de Papiniano & Petronio iussu Tacalli occisis; Tractaque sunt (ait) eorum per plerumque cadauera sine aliqua humanitatis reuerentia. Idem in Adriano pag. 64. & 65. De militum etiam acribus iudicabat, ne quis aut minor quam virtus posceret maior quam pateretur humanitas, in castris contra morem veterem versaretur. Seneca lib. 1. de Tranquillitat. cap. 15. fol. 832. Alienis malis torqueri, eterna miseria alienis delectari malis, voluptas inhumana, sicut illa in suis humanitas flere quia aliquis filium suum cfferat, & eam suam fingere. Idem Epist. 86. fol. 446. Humanitas rat superbum esse, &c. Ut humanitas, ita & est contra inhumanitas dicitur ab eodem Seneca Epist. 100. lib. fol. 514. Quid nunc ex avaritia suadeo, &c. Inhumanitas ista non virtus, &c. Cic. Philip. XI. pag. 481. Nisi deus natura & humanitati inuentus esset inimicus. Et Quintio, pag. 18. Hac in homines alienissimos viri ni faciunt, & hominum existimationis & communis humanitatis causa. Et sub finem pag. 36. Aliquam si propinquitatis, at etatis suae, si non hominis, at humanitatem rationem habeat. Negotium gerere humanitatis more dicitur, qui mortuum sepehit. Nam qui cadaueris reliquias alicuius sepulchrae tradit memoria humanitatis conditionis id facit L. quidam in suo, 27. D. de conditione instit. Seneca pag. 325. ubi de luctu; Saepe salua salutes, &c. & oblitisci quidem suorum, ac memoriam corporibus efferre, &c. inhumani est animi, & contra pietatis. Quintilianus in agro redempto, clamat. 5. fol. 66. Hinc & ille venit affectus, quod igitur

cadaveribus humum congerimus, & insepultum quodlibet corpus nulla festinatio tam vapida transcurrit, ut non quantuloocunque veneretur aggestu, id est, lapidet. Idem auctor verbo, humanitatis, vius est in Declamat. 6. Corporis proiecti, fol. 82. Conuenerunt etiam alieni parentes, totum in spectaculum populus effusus est, & ignoto quoque corpori publica humanitas quasi quasdam fecit exequias. Et paulo post: Non sepelis? Vide quaso ne dum litigae, arenam fluctus aggerat, iniiciat humum misericors populus. Et postea; Nobis verò (rerum natura) exanimis genuit non solum miserationem, qua cogitationi nostra subit, sed etiam religionem, inde ignotis quæque corporibus transeuntium viatorum collatis sepultura inde iniecta ab alienis. Seneca lib. 5. de Benefic. cap. 20. Patrem alicuius in solitudine exanimem inueni, corpus eius sepeliui, &c. praestiti patri eius, quod ipse prestare voluisset, necnon & diuisset. Hoc tamen ita beneficium est, si non misericordia & humanitati dedi, ut quodlibet cadaver absconderem, sed si corpus agnouit, si filio tunc hoc prestare me cogitavi. At si terram ignoto mortuo inieci, nullum in hoc habeo huius officij debitorem in publicum humanus. Lactantius cap. 12. lib. 6. Instituit. Et quamvis in homine ignoto necessarium sepulturam nulli negandam munus implebimus, in quorum locum quia desunt succedat humanitas, & ubicumque homo desiderabitur, ibi exigi officium nostrum putabimus. In quo autem magis iustitia ratio consistit, quam in eo, ut quod prestamus nostris per affectum, aliis prestemus per humanitatem, qua est multò certior iustiorque, &c. Iustinus lib. XI. Eiusque mortem illacrymatum Alexandrum, benigne profectum, idque eum non moris, sed humanitatis causa fecisse.

v. 22. imprudens arena componet] id est, sepeliet. Virgil. lib. I Aeneid.

Ante diem clauso componet vesper Olympo.

Vide Turneb. lib. 18. cap. 14.

Pag. 116. v. 31. iuuenes carmen] V. cod. nimirum carmē.

v. 33. sensumque teneriorem] Samb. teneriorem: vet meus teneriorem, ut in textu.

Pag. 117. v. 12. Odi profanum] Horatius Od. 1. lib. 3.

v. 19. aut versum timuerunt] Leg. aut visam t. N. Faber.

v. ult. iam peragrabantur] Fort. perarabantur sic Virg.

— Aequor arandum. Delbenius.

Pag. 118. v. 5. Aes pyrenum] Scal. Assyria concham. Turneb.

312 PETRI DANIELIS

neb. lib. 4. cap. 19. *Ac se se pictum.* Fr. *Ac se piretron.*

v. 23. *Quare se natam non inuenit*] Vincent. in Specul. doctrin. lib. 4. cap. CXX. sub tit. de naturalibus desideris secundum Philosophos.

Quarit se natura, nec inuenit. omnibus ergo

Scorta placent, fractiq, nervi in corpore gressus.

v. 24. *enerui corpore gressus*] al. apud Vinc. *nervi serpere gressus.*

v. 26. *virum quarit*] Vincent. *viru quarunt.*

v. 34. *Ingeniosa gula est*] Martialis — *res est ingeniosa gula.*

Pag. 119. v. 7. *emptiq, Quirites*] Fort. *emptusq, Quirites*, vt sit nominatiuus, locus à Sergio fortasse intellectus.

v. 8. *suffragia vertunt*] Vincen. lib. xx. cap. xxv. *vertit.*

v. 10. *curia patrum*] apud eundem legitur, *pramus.*

v. 14. *corrupta iacebat*] idem, *iacebit.*

Pag. 120. v. 33. *iam montibus austriis*] al. *haustis.* Delben. *auſtis.*

v. 34. *Antra gemunt*] sub mole scilicet & pondere montium.

Pag. 121. v. 19. *destruet istas*] *distruat*, vt in vet. cod.

v. 30. *Portheus*] Sic restituit Bapt Pius Annotat. poster. cap. 48. ex quo loco apparet, Baptistam Pium vidisse plura Petronij fragmenta Scaliger Proreus, Negpos.

v. 33. *satiare ruina*] Horat. Od. 2. *Hec nimis longo satiare ludo.*

Pag. 122. v. 7. *Deformis titubans*] Leg Titan. sic Delbenius etiam coniecit legend.

v. 10. *rupta tonabant*] Legi posse videtur Delbenio.

— *iam rupta tenebant*

Verticibus lassis montes inga —

Pag. 123. v. 7. *dum Rhenum*] scrib. *Renum* sine h. vt est in vet. cod.

Pag. 128. v. 21. *semper expectant*] vet. cod. *super.* sed puto leg. *semper.*

Pag. 129. v. 27. *vt platea noma*] Turneb. lib. 26. *Aduersar. cap. 64. in platanona*, id est, vbi platani crescunt, vt apud Sidonium lib. 8. ep. 9.

Myrtos & platanona peruagatus.

Pag. 131. v. 17. *nec sine causa balierio nece am.*] Leg. *nec sine causa Polyanum Circe am.* Turneb. *Aduersar. libro 26. cap. 6.*

Pag.

Pag. 133. v. 17. *sine nervis posse ire*] Bapt. Pius lib. 4. Commentar. in Lucretium circa fi. fol. 124. citat hunc Petronij Arbitri locum ; *sine nervis aiunt stare nihil posse*. quo loco idem Pius quosdam legere *venis* testatur, ut sit sensus, quæ voluptas in venarum interiori fomite bacchabatur.

Pag. 134. v. 6. *Olienos Circe*] fort. *Polyenos* vel *Polyaros*, ut ex superscripta Turnebi emendatione.

v. 19. *moram corporis*] Infrà ; *atatisque longe moram*. suprâ ; *Ignis an fluctus an mora consumat corpus*, nihil incereft.

Pag. 136. v. 23. *catomoligare*] Vide Turnebum in Juvenale.

v. 25. *quasitarius*] fort. *quasitarius*. *Quasitaria*, *motatus*, & *inatus*, mendica, à quærendo, ut rogatur à rogando.

Pag. 137. v. 24. *apodixin defunctoriam*] id est, remissionem senilis ætatis, ut explicat Cnacijs libr. 10. Cod. tit. 22. de apochis publicis. In Passione S. Georgii ; *O apodixen carminum*, ô inlecebra maleficiorum tuorum, ubi *apodixis* videtur accipi pro liberatione, ut puto, Gallicè, ô la belle deliurance : aut pro ostentatione, Gallicè, ô la belle montre, la belle parade.

Pag. 139. v. 3. *Septifluis*] Turneb. lib. 26. Aduersar. c. 6. legit, *Vestifluis*, ut apud Ausonium *Vestifluis ser*.

• Pag. 140. v. 23. *Quicquid in orbe vides*] Lambinus pagina 285.

Pag. 142. v. 16. *Battiada veteris*] Leg. *Rat. vati vinendo br. auo. Battiades*, id est, Callimachus, videtur de Aruspicina scripsisse secundum Fulgent. lib. 3. Mytholog. in fab. Orphei. quin & idem Fulgent. Battiadem in Paredris citat, in principio Expositionis Virgil. continent. Hecalefia autem scripsisse refert Plutarchus. *Battiades* verò à Batio nomen desleat.

Pag. 143. v. 9. *peneq, fluentes*] Legend *sani q,*.

Pag. 145. v. 6. *Quisquis habet nummos*] Vincentius lib. XX. cap. XXV. Specul.

ibid. *nauiget*] Vincent. *navigat*.

v. 7. *temperet*] Vincent. *temperat*. Et postea toto versu

Carmina componit, declamat, concrepat omniu.

v. 13. *Paret non paret*] Vide Festum in verbo *paries*, expressè.

v. 16. *Multa loquor, quidvis*] Vincent.

Parra loquor, quodvis nummos præbentibus opto.

v.17. *Et veniet*] Vincent. *Eueniet*: & rectè. vide Henricum Stephanum in frag. Comicorum Græcorum, qui versum Græcum adducit, à quo videtur Petronij carmen desumptum. & tamen Henric. *Et veniet* malè retinuit, cum versus Græcus *Eueniet* legat.

v.19. *(camellam)* Ouidius lib. 4. Fastorum, circa fin.

Dum licet apposita veluti cratere camella

Lac niueum potes purpureamq, sapam.

Gellius lib. 16. cap. 7. *camellam* vsurpat, vbi vulgo malè *camelliam*. An legend est, *scamellam*? de quo verbo consule Brissonium, quod reperitur in libro Adelardi de Virginitate, quem mihi ostendit, & postea vidi in Bibliotheca Nauarræ.

Pag. 150. v. 28. *Petauij*] Leg *Petelini*, de quibus Frontinus lib. 4. Stratagem. cap. 5. Athenæ. Dipnosophist. lib. 12.

Pag. 151. v. 2. *Albutia*] Meminit *Albucilla* multorum amoribus fimosæ Corn. Tacitus libro 5. quæ & ea fortasse fuerit, de qua Fulgentius lib. 1. Mytholog. in præfatione scribit Petronium Arbitrum carmen amatorium luisse.

v.8. *Massilienses quotiens pestilentia*] ex Seruio Honorato ad versum lib. 3. Aeneid. *Auri sacra fames.*

v.14. *& sic proficiebatur*] puto leg. *proficiebatur*, id est, sacrificabatur & immolabatur, & in partes dissecabatur, à verbo *proficior*, *proficere*, cuius actiuum est *proficio*, *ci*, quod in *porricio*, *possicio*, *prolicio*, perperam & corruptè mutatum passim apud bonos auctores reperitur. Est autem verbum antiquum sacrificantibus solemne, vt docet Macrob. lib. 3. Saturn. c. 2. apud quem vulgo malè *porricio* legitur. In vet. *Extæ proficariet atque ea aspicere*. leg. *spicere*, veteri itidem verbo. Idem Macrob. lib. 7. c. 12. *Hoc & in Ponto fieri videmus, in quo frustra quidam & (vt ita dixerim) proficia gelida feruntur contracta de fluminalium vel palustrium undarum multitudine.*

Pag. 152. v. 19. *Memphitides puella*] Ex Terentiano Mauro de versibus extremo.

v.17. *Balneatricem*] ex Seruio ad versum lib. 12. Aen. *Author ego audendi*: vbi tamen videntur desiderari Petronij verba. Consulendi libri manuscripti Memmij, Tiliij, Loifelli, & aliorum.

v.31. *Anus recolta vino*] Ex Diomede lib. 3.

v. 34. *Inuerunt segetes*] & hunc versum videtur Terentianus

senianus indicare esse Petronij).

Pag. 153. v. 1. *Triplici*] ex eodem Terentiano. quam horum versuum nonnullos Varronis esse Terentiani interpretes quodam Augustini loco innuere videtur.

v. 6. *Non bene olet*] ex Hieronymo in epistola ad Demetriadem de Virginitate seruanda. Qui versiculus apud Martialem quoque reperitur libr. 2. epigrammate 12. Sed & multa Petronius & Martialis habent inter se communia, vt illud; *Ingeniosa gula est.* & de cœna Trimalchionis, cui apud Martialem libr. 1. epigram. 4. *Trimalchionis cœna prope est eadem.* Adde Cæl. Rhodiginum lib. 7. cap. 27.

v. 10. *Cui vultus iecur ultimum*] ex Fulgentio Mytholog. libr. 2 in fab. de Prometheo. vet. cod. *iecor intimum*, quod probro.

v. 11. *Et pectus trahit*] vetus codex. Horatius; *Et quaerit pectus.*

v. 12. *repidi vocant poëta*] ita vet. cod. P. Pithæus *lepidi*, Scal. *timidi*. Baptista Pius in Comment. legit, *repidi*, & exponit, insuaues, insipidos, non inflammanter, ardentem, lacertosè, nec omnibus nervis rei scopum attingentes. Putean. *trepidi*. sed *lepidi* ex Pithæi conjectura legendum videtur.

v. 18. *In aurarium*] sic Fulgentius: quancquam in vno v. cod. manuscripto legatur, *In naumarium*. an *ναυμάχι*? in altero, *omacium*. Fortè, *ναυμάτιον*. vnde *ναυμάλιστα*, aprica, Arrianus lib 8.

v. 20. *Oborto valgiter labello*] vulgò apud Fulgentium; *Abrosa valgia labello*. sed in vet. cod. & vet. Glossario legitur, *Oborto valgiter labello*. aliàs, *Abroso valgiter lauello*. in impr. cod. quibusdam.

v. ult. *Nam centum vernales me allucita molestabant*] Fulgentius in Expositione sermonum antiquorum, in verbo *Hallucinari*. vulgò, *centum venales*. in vet. cod. *centum vernali me allucite molestabant*. in altero, *comptum me vernali alicite mol.* *Allucere*, iactare. *Allucinare*, vane somnari. *Allucinatio*, luau alienatio. *Allucinaria*, vana somnaria. *Allucina somniatores*. Vide Papiam, ex quo hæc sumpsimus.

Pag. 154. v. 5 *Totum regum manubia penes fugitivum restiterant*] in vet. cod. manuscripto Fulgentij, *Tot regum manubies penes fugitivum*. sed altera manu postea reperta

emendatum est. in altero v. cod. etiam legitur *manubier*, non *manubia*, vt in excusis.

v. 8. *Satu constaret eos*] ex Glossario S. Dionysij.

v. 9. *Cryptam Neapolitanam*] Vide Erasmus in Adag. Cœl. Rhodiginum, & Henricum Stephanum in Apolog. vbi *Cryptam* explicat.

v. 11. *Petauroq; iubente modo superior*] Glossar. S. Dionysij; *Petaurus* genus ludi. Petronius, &c.

v. 13. *Affer nobis alabastrum*] Ambrosius Calepinus in dictione COSMVS, qui nobili unguetarius Roma fuit. hinc, inquit, (osmianum unguentum. Petronius, &c.

v. 23. *præsse cupit*] sub nomine Plauti adducitur à Iacobo Migni in Sopholog. pag. 74. vbi restituendum videtur Petronius.

v. 31. *tenuem formauimus orsum*] id est, initium.

v. 33. *Mille saporatam*] Dionysius Halicarnassens.

Pag. 155. v. 17. *Primus in orbe Deos*] ex Fulgentio Mytholog. lib. 5. vbi habet V. C. in urbe. Habetur hoc hemistichium & apud Statium libr. 3. Thebaid. ad quem versum eius interpret Cœlius Firmianus Lactantius Placidus scribit; *Negat Deos vlla alia re celebrari, nisi timore mortalium, vt Lucanus; Quæ fixere, timent. & Petronius Arbiter istum secutus;*

Primus in orbe Deos fecit timor——

Puto autem ex Fulgentij riuulo Lactantium siue Lucatium sumpsisse, nō ex ipso Petronij fonte, quem numquam fortasse viderit. Nam & illic Mintanorem Musicum citat iisdem omnino verbis atque Fulgentius, vt Lucatius Petronium post Statium fuisse affirmare non possit, sed potius contecerit neotericum auctorem Petronium esse, quippe à Fulgentio citatum. Certè Lucanus & Petronius *Κύρηνες* fuerunt, imperante Nerone; Statius autem longè post vixit, temporibus nimirum Domitiani. itaque omnino fallitur Lucatius, qui Statio facit posteriorem Petronium, cū fieri potuerit, vt illi inferior tempore hunc secutus sit, & versum ab eo sumpserit. Lilius Gyraldus Dialog. 3. de Latinis poetis de Petronio scribit, sed quo tempore vixerit, non habet compertum. In Quintilian, ait, enarrationibus literatores quidam eum ante Quintilianum floruisse suspicantur. Sed Placidus Lactantius illum vult Statio posteriorem, &c. Sciendum, qui sint illi literatores, an veteres, an neoterici: deinde reprehendendus Gyraldus, qui non bene examinaverit

uerit Statij interpretem, quod ex Fulgentio hæc sumpserit, uti dictum.

Pag. 156. v. 33. *Sic commissa ferens*] Fulgentius Mytholog. lib. 3. in fab. de Apolline & Marsia. Quos versus mutatus est Petronius ab Ouidio lib. 2. Metam. ubi dedecus stolidi Indici Midæ describit;

Creber arundinibus tremulus ibi surgere lucus

Cæpit, & ut primum pleno maturuit anno,

Prodidit agricolam: lani nam motus ab Austro

Obruta verba refert, dominiq; coarguit aures.

Porro vet. cod. pro *ferens*, habet, *verens*, & pro *minister*, *magister*

Pag. 159. v. 23. *Hæret detritus*] Virg. lib. 2. Aeneid.

v. 27. & *scuta latentia*] Virg. lib. 3. Aen. id est, hæc patentia. Vide quæ notauit noster S. G.

v. 29. *torna*] sic emendaui, cum esset *curua* scriptum.

ibid. *latebat*] R. *latebant*, id est, late patebant.

Pag. 160. v. 4. *Catillata geru*] Fabius Planciades Fulgentius in Expositione sermonum antiquorum, in verbo, CATILLARE, citat Propertium,

Catillata geru vadimonia publicum prostibulum.

sic enim in omnibus excussis. fortè pro *Propertius*, substituetur *Petronius* non malè, ut & Scaligero visum. nam *Petronium* & alibi in suis libris sepiissime laudat. Quamquam in vet. cod. manuscripto legitur; *Propicius*

Catillata geru sua dominica publicam prostibulum.

pòst *publicam* in *publicum* mutatum est: sic fortè scriptum erat *Propicius*, quod postea altera manu mutatum est in *Propertius*. in altero vet. cod. legitur, *Propartius*.

v. 7. *Diuidias mentis*] sic apud Eundem Fulgentium in verbo DIVIDIAE, citatur Propertius. ubi etiam fortasse pro *Propertius* leg. *Petronius* (quomodo idem Scaliger non malè iudicauit) quod altera quoque manu in *Propertium* commutatum esse facillè apparet. Certè hi duo versus *Petronium* redolere non nobis tantum, sed & aliis viris sagacissimis videntur. Porro apud Fulgent. legitur; *Diuidias dixerunt tristitiam*. In vet. Lexico; *Diuidia, discordia, bellona*. Et; *Diuidiosus qui per suam discordiam alios diuidit*.

v. 11. EVSCIVS] apud Fulgentium in Expositione Virgilianæ continentiae moral. secundum Philosophos, legitur, *Petronius in Eufcio*. ubi aliàs in vno vet. cod. *Eufscion*. in altero *Eufscion*. fortè *Eufscion*. Et subiicit Fulgètius;

Ergo tunc iurgij calumnia discitur, & venalis lingua in alieni negotijs exercetur, dum studij doctrina profecerit, sicut in advocatu nunc usque conspicitur. Quæ verba, inquam, sunt Fulgentij, non (vt quidam putarunt) Petronij.

v. 23. Quid est, Indices, dolum? ex Isod. libr. 5 Etymol. c. 26. de Criminibus in lege constitutis: Dolosus, insidiosus vel malignus, ab eo quod deludat: aliud enim agit, & aliud simulat. Petronius aliter existimat dicens: Quid est, Indices, dolum? nimirum ubi aliquid factum est, quod legi dolet. Habetis dolum, accipite nunc malum. Idem c. 27. Dolum est mentis calliditas, ab eo quod deludat. Aliud enim agit, &c.

v. 32. Quiritem? Sergius in editionem II. Donati; Item Quirites dicit numero tantum plurali: sed legimus apud Horatium hunc * Quiritem. vetus nominativus hic Quiris Item idem Horatius; Quis te redonavit Quiritem Djs patrijs? cuius nominativus erit hic Quirites, vt dicit Petronius. Hunc putant quidam Grammaticum, quem citat Sergius, quod & facile crediderim, cum inueniam in vet. libro Petronij citatum in explicatione vocabuli Clasicum, ubi si habetur.

v. ult. Clastica.] Clasicum dicitur ex Vegetio de Re militari lib. 2 quod buccinatores per cornu dent, quod insigne videtur imperij, quia clasicum canit Imperatore presente, vel cum in militem capitaliter animaduertitur: & clastica aullore Petronio, a calando, id est, vocando sunt dicta.

IOANNIS TORNAESII

LYGDVNENSIS

VARIARVM LECTIONVM

Libellus

IN PETRONII ARBITRI

SATYRICON.

Io. Tornaesius D. Lebes I C. S.

ANNO superiori, cum per aliquot menses hic subsisteres, & me semel atque iterum Petronium, quem typis iam tum destinabam, legere atque relegere summo

mo studio videres, quæ tua facilitas humanissima est, haud grauatè me occupatissimum in eo negotio, & de illo te officio rogantem, adiunxisti in conferendo eius Satyrico cum sex exemplaribus, quæ tum ad manum fuerunt. Horum primarium & vetustissimum in membranis descriptum nactus sum à * clarissimo viro, cui nos, & quotquot Musas, Musarumve filios & alumnos in honore habent, tantum debemus, quantum vix dici potest. Alterum, quod imitandum meis operis tradidi, fuit * hominis doctissimi, & amicitia mihi coniunctissimi, cuius vigiliis si nos aliquando fruemur, innotescet eius singulare iudicium ac doctrina, præsertim si quæ in Plinium ac Theophrastum incredibili diligentia commentatus est, in lucem exire patiat. Tertium fuit Antuerpiense, quod Sambucus publico donauit. Quartum, editio Parisiensis iam olim vulgata. Ad me illam quidam misit insignis huius ætatis * Iurisconsultus, quem ob eximiam erga me beneuolentiam diligo, & ob raram omnium scientiarum cognitionem, veneror. Cætera, fragmenta fuerunt. Meum quoque laborem valde leuarunt Iosephi Scaligeri Catalecta, viri proculdubio eruditione præstantissimi, à quo præclara multa speramus, vel ingeniiis felicissimis nondum comperta, quamuis amplissimam iam gloriam consecutus sit ob ea perspicacissimi iudicii sui monumenta, quæ diutius latere noluit. Vsum etiam me fragmentis veterum Poëtarum ingenuè profiteor, quæ collegit Henricus Stephanus, typographorum nostri temporis citra controuersiam & inuidiam princeps. Cæterum, prioribus huius Satyræ foliis iam formis excussis, priusquam obtinuisssem exemplar, cuius primo loco supra mentionem feci, gnauiter illud conferendum putavi cum iis, quæ iam expressa fuerant: & quæ nobis prætermissa digna visa sunt oculis studiosorum, in calce libri indicanda & adnotanda censui: & ne quid desideraretur, quod industria fidèque mea præstare posset, quæ in Catalectis Iosephi Scaligeri legi præter ea, quæ habebantur in nostris exemplaribus, ea proximo folio exhibui. Cum autem maximè cuperem nostram editionem alicuius nomine patrociniòque tutam prodire, te vnum elegi, cui dicarem haud totam quidem: nam ea tui iuris pars est, in qua castiganda & purganda, operam sedulo nauasti: sed reliquum illud, quod mihi vindicare non immeritò liceret, ob molestissimam operam, quam

* Iacobus Cuius iacina I.C.

* Iacobus De leham. pius Medicus.

* Franciscus Rour. dus I.C.

in eo restituendo & emaculando suscepi ac pertuli. Hoc ergo quaecumque est tibi nuncupo, & ut ab amico hilari fronte accipias, obnixè precor. Vale. Lugduni, a. d. 11. Kal. Maij, anno 1575.

Pag. 41. v. 9. *Nunc & rerum tumore*] al. *verborum tumore*.

v. 17. *sed tyrannos*] M S. & tyrannos.

Pag. 42. v. 9. *quibus deberent loqui*] M S. *quibus loqui debemus*.

v. 14. *certe neque Platona*] al. *certum est*. M S. *deest certe*.

v. 20. *ex Asia commigravit*] M S. *emigravit*.

v. 28. *ad senectutem*] M S. *usque ad sen.*

Pag. 43. v. 2. *arte secreta*] al. *artis secreto*.

v. 10. *quod petunt: sic eloquentia magister nisi,*] M S. *petunt, nisi quasdā infidias auribus fecerint: sic eloquentia magistri, tanquam piscator, qui nisi eam, &c.*

v. 20. *in forum propellunt*] M S. *impellunt*.

v. 24. *& studiosi*] M S. *ut studiosi*.

v. ult. *studium Lucilliana*] vet. cod. *Pythai, schedium Luc.*

Pag. 44. v. 2. *amat effectus*] al. *ambit*. Stephan. *ardet*.

v. 3. *prius more*] M S. *mera*. Turneb. *morem*.

v. 4. *polleat exacta*] M S. *palleat*. Turn. *pellat*.

v. 6. *impotentium*] Turneb. *ne potentium*.

v. 7. *Ne perditis addictus*] Stephan. *Nec in popinis additus*.

v. 9. *redemptus*] M S. *redimitus*.

ibid. *histrionia addictus*] M S. *histrioni*. Turn. *histrionia*.

al. *redemptus histrionive add.*

v. 10. *armigera*] M S. *crinigera*.

v. 15. *Mox & Socratico plenus grege mittat habenas*] Stephan. *Socraticum: plenasq, immittat hab.*

v. 24. *memoranda*] Stephan. *memorata*.

v. 30. *Cum hunc diligentius aud.*] al. *Cum hac dil.*

Pag. 45. v. 18. *video quosdam inter viculos,*] v. c. *Pythoei inter titulos*. al. *vitulos*. al. *puellulos*. fortassis *titulos*, ut *tabernarum meretriciarum inscriptiones intelligat*.

ibid. *nudasq, meretrices*] al. *udasq,*

Pag. 46. v. 1. *me perduxit*] M S. *produxit*.

v. 19. *ancucurrit*] M S. *accucurrit*.

v. 25. *ne spiritus*] al. *nec sp.*

v. 34. *subduxisti te, inquam*] M S. *inquit*.

v. ult.

v. vlt. *Quid ergo homo*] al. *Quid ego*.

Pag. 47. v. 11. *privatis quaestionibus*] M S. *questibus*.

v. 29. *ad invidiam falicibus*] al. *fermentibus*. al. *frequentibus*.

Pag. 48. v. 16. *splendida vestis*] M S. *splendor vest*.

v. 19. *ac considerare pallum*] M S. *ac diligentius confid. pallum*.

v. 32. *aliquo motu*] M S. *metu*.

v. 31. *nec futura quidem*] M S. n. *fortuna q.*

Pag. 49. v. 7. *quia non tantum pradam*] M S. n. t. *quia pr.*

v. 11. *alienam rem reddere*] M S. *rem domino red.*

v. 13. *Quid faciant leges*] M S. q. *faciunt*.

v. 14. *vincere nulla potest*] M S. *nuda p.*

v. 15. *trad. temp. cara*] al. *cana*.

v. 16. *vendere verba solent*] Steph. *verba solent emere*.

v. 17. *Ergo iudicium*] al. *Iam nunc iud.*

v. 18. *eques in causa*] M S. *in cera*.

v. 25. *dispondum fice*] al. *cicer*. sed magis placet *fice*.
vide Cuiasum lib. 12. *Obseruat. cap. 40. An leg. dip. ac
ficialium*, quibus *lupinos destin. mer. m. ad m. erat*. Itaque,
ne interim *prada discederet*, vel *minoris pall. add.* ? ita ha-
bent. qq. codd.

Pag. 50. v. 7. *ridebant invidiam*] al. *in scitiam*.

v. 20. *longe aliud quari*] al. *quari, quod in vtraq.*

v. 24. *aliquando & causas ag.*] al. *alioqui, &c.*

Pag. 51. v. 3. *calumniantium*] al. *criminantium*.

v. 10. *non satis audaci strepitu*] non videtur abundare.

v. 25. *assentationem*] al. *assensionem*. al. *assentionem*.

v. 32. *inter se usq. ad artic.*] M S. *interius in artic.*

v. vlt. & *antecessura*] M S. *etiam antec.*

Pag. 52. v. 19. *Protendo igitur*] M S. *Obtendo iugiter*.

Pag. 53. v. 1. *reptata manu*] al. *temperata m.* al. *tem. atem.*

v. 4. *annuissetis*] M S. *admississetis*.

v. 10. *inurgia flectis*] al. *neffis*.

v. 23. *Vt hac dixit Quartilla*] malim. *Quadrantia*, vt
apud Quintilianum *Quadrantaria*, quæ ob quadrantem
sui copiam faceret.

v. 30. *virilis sexus esset. Et praeinstiti*] al. *esset*, quod
illis auxiliaretur. Et.

Pag. 54. v. 4. *cæpit abducere*] al. *obducere*.

v. 5. *tortis adde*] al. *tenti perire*.

v. 11. *alienis interesse secr.*] M S. *peric. esse alienis inter-
uenire secr. ita & q. ed. l.*

v. 12. *de sinu*] al. *de fora*.

v. 16. & *hinc Psyche*] M S. & *hinc P*.

v. 32. *gansapia*] al. *gansapina*.

v. 33. *extortis*] al. *extectis*,

v. vlt. *ballenatam*. al. *belluatam*. al. *venenatam*. Quid *balenatam*, è balenz setis confectam : quales in Gallia & Batavia gestari solent à nobilibus fœminis equo vectis ? *Venenatam*, φαρμακίδον. Noricis *Belenus*, Deus, *Pythæus* cap. 4. lib. 1.

Pag. 55. v. 6. *Iamq̃* igitur] al. *Verumq̃* igitur.

v. 7. *cœnatoria*] al. *cœnacula*.

v. 21. *sopitionibus*] al. *scriptionibus sopiti*.

Pag. 56. v. 6. *cœperunt*. * *Iam & Triclim.*] Non est *sterilicus* in v. c.

v. 17. *eiusmodi carmen*] M S. *carmina*.

v. 21. *Deliaci*] *Spadones* : nam capones *Deliaci* manum castrabantur. Scalig. in Varron.

v. 26. *sudantes acacia*] al. *sudantis*.

v. 27. *tantum erat creta*] al. t. c. *porriginis*.

v. 31. *Embasciatam*] *cinzdum*. *Embasciatam*, Εμβασιολίαν.

v. 34. *non intellexeras*] M S. *non intelligis*.

Pag. 57. v. 1. *contubernali meo*] M S. *cont. modo mel*.

v. 13. *Mox manum dimisit*] al. *demisit*. M S. *no. etiam demisit*.

v. 14. *pertracto*] al. *pertractato*.

v. 15. *tam rudi hoc*] al. *tum rudi, hac*.

v. 21. *Panichidis*] al. *Pannichidis*, al. *Pannichis*.

v. 23. & *quia*] al. & *qua*.

Pag. 58. v. 19. *deductam*] al. *diductam*.

v. 24. *Obiter labra*] al. *valgiter lab*.

v. 33. *pila sparsua*] quam in ludantium iuuenum turbam spargeret & mitteret.

Pag. 59. v. 6. *luxu expellente vibrabant*] al. *lusu expellentis vibrabantur*.

v. 8. *Trimalcio*] *Trimalcio* videtur dictus, quasi *καλαχός*.

v. 10. *ludenti supp.*] al. *inbenti*.

ibid. *Exonerata illa vesica*] M S. *ex illa v*.

v. 6. *excipere*. * itaque non est nota in v. c.

v. 13. *Chiramaxiq̃*] gestatoria sella.

v. 28. *com Agamennone*] *Trimalcione* regio factu invidente.

Pag. 60. v. 7. *Venalitium titulis pictum*] Catastorum grex cum titulis, cuius regionis, ætatis, artis, pretij, essent.

v. 9. *ducente tenia*] al. *tania*.

v. 21. & *pixis aurea*] scrib. *pyxis*. Sueton. Neron. *Barbam primam posuit, conditamque in auream pyxidem, &c.*

v. 24. *in medica*] al. *media*, id est, porticu.

v. 26. *procurator rationis accip.*] *Pyth. procurator rationes, &c.*

v. 28. *in postibus triclinij fasces erant*] ad terrorem & supplicium seruorum.

v. 31. TRIMALCIONI VIRO] *Pyth. VI. VIRO.*

Pag. 61. v. 21. *sed iam semel lota*] al. *sciantum s. nempe*, non dibapha.

v. 22. *ibid. Quid ergo est?*] *Pyth. Quicquid ergo est, dono v.*

v. 32. *paronicia*] al. *paronychia*, sordes unguibus adhaerentes, non subluuier, aut reduuias.

Pag. 62. v. 2. *acido cantu*] leg. *arido*, quod assa voce caneretur.

v. 7. *cui locus nouo more primus*] prisco enim more ὁ τῆς πελτίας ἀφ' οὗ & μάλιστα ἔ' ἰσχυρότερος. Plutarch. ἀ Συμπροσ. γ'.

v. 9. *promulsi dari*] fort. *promulsi de danda*.

v. 10. *bisaccio*] fort. *Bysancio*, aut *gemino sacco*.

v. 16. *trimatula*] al. *somacula*; al. *trimetalla*, ex ære, auro, argento, qua mixtura fit orichalcum. Lege, *trimetalla fermentia supra craticulam argenteam posita*. *Trimetalla* alij malunt vasa Corinthia, sic dicta ab eorum trium metallorum confusione, de qua Muretus cap. 5. lib. 3. Var. lect.

v. 33. *ut deinde*] al. & *deinde*.

Pag. 63. v. 1. *absentius*] al. *diutius absens*

v. 5. *omne delicatissimam*] al. *omnino del.* al. *omnium del.*

v. 11. *incumbunt oua*] al. *incubant*.

v. 13. *scrutari paleam*] in qua oua iacebant abdita.

v. 18. *temptemus tamen*] al. *r. igitur*.

v. 27. *piperatio*] M S. *piperato*.

ibid. vitellio] pro, *vitello*.

v. 34. *parapsis*] etiam *parapsis* in v. c. legitur.

Pag. 64. v. 5. *Equum s. Mars am.*] al. *Equum*.

v. 7. *Obiter ei pradisum seruus*] al. *Obiter & per discessum s.*

v. 8. *sua frequentia*] al. *sublata freq.*

v. 10. *gipsata*] hoc est, gipso litæ, Porphyrio in Od.
20. Horatii, lib. 1. Carm.

v. 25. *Heu, heu nos miseros, quàm totus homuncio nil est!*

Quàm fragilis tenero stamine vita cadit.

Hunc versum aut aliū consimilem interponendū puto.

v. vlt. *bubula*] al. *bubula.*

Pag. 65. v. 1 *super cancrum, coronam*] turdorum. nā cum
Sol cancrum permeat, coronarum frequens vsus est.

v. 3. *super virginem, sericulam*] nempe serotinam, quæ
Augusto maturescit al. *ficedulam*. M S. *sterculam.*

v. 5 *placenta* : * *super sagittarium*] * Deest fortassis,
super scorpium, eiusdem nominis piscem.

v. 12 *Laspiciario minio*] al. *lasepitio & minio.*

ibid. extorquet] al. *intorquet.*

v. 22. *ex quorum intculus* , *quarum pip. curr.*] al.
ex q. interulis aquatum curr. M S. *ex q. interculis garnu*
pip. curr.

v. 27. *methodo*] *methodio*, *transitu.*

v. 29. *ita gesticulatus*] *Pyth gesticulatus ita lae.*

Pag. 66. v. 4. *imperat* * *Non*] deest asteriscus in v. c.

v. 7. *arcessere fabulas*] sermonis occasionem querere.

v. 13. *in cælum abiit*] al. *subiit.*

v. 14. *topanta*] al. *hierophanta.*

v. 24. *memorata est*] deest est in v. c. Brit.

v. 29. *Luxuria ritu*] al. *Luxuria & victu. al. ritu.*

v. 30. *elansus*] al. *exclusus, al. cantus.*

v. 33. *grata, peregrina*] al. *peregrina, grata. al. Grata.*

v. 34. *(rotalystria)* sic versus poscit, non *corallystria*, &
melius. & apud Propertium sic emendandum videtur
libr. 4. eleg. 9. id est, *exxisee*, quæ cum crotalis saleat.
Macrobian.

Pag. 67. v. 8. *tribacca*] al. *tibi bacca.*

v. 3. *onera*] al. *ornata*

ibid. pelagiis] al. *patagiis.*

v. 9. *Aequum est enim ducem nuptam*] Pith. *Aequum*
est inducere nu.

ibid. ventum textilem Palam?] al. *ventum texti Palas;*

Pag 68 v. 11. *gastrumque*] stirpium, arundinum, ari-
starum. Lego, *caricum.*

v. 17. *certaq; lineamenta*] al. *cresita, qua lin.*

v. 31. *cura, Mortalis*] al. *cura Mortales, ego.* M S. *cura.*
Mortalis ego sum, sic per.

Pag.

V A R I A E L E C T I O N E S. 325

Pag. 69. v. 4. indormitauit] M S. indorminit.

v. 9. morti ingererem] al. mortis ing.

v. 21. gladio contentus] al. gl. continuo.

Pag. 70. v. 21. in scena nimirum] M S. nimum.

v. 26. Men. etiam, aut Scolanus] M S. Men. etiam ante-
scolanus.

v. 34. non iratum] al. num irat.

Pag. 71. v. 4. solitudinem imposui:] al. solitudinem.

v. 7. ad tesseram] ad oleam forte iactam.

v. 8. venerunt] Pyth. venierunt.

v. 13. libidini sua solum] al. libidini.

v. 19. solitudinem meam] al. solitudinem.

v. 23. cibi exciso vires] M S. auctior, largioribus cibi.

v. 34. phocasiati] phocasiati, Turnebus 10. Aduers.

vlt.

Pag. 72. v. 2. non bibis] al. Nec bibit. a. neque poma.

v. 11. Qua timet] al. Qui timet.

v. 13. Nequaquam recte] M S. Numquam r. f. q. e.
redit.

v. 14. nemo infurandum seruat] M S. n. ieiunium f.

v. 23. Semper haec in re, qui vincitur, vincit] De iurgio.

v. 28. vario genere fabularum] al. v. g. abularum.

v. 31. cum ipsius natura certantia] al. cum ipsa natura
cer. M S. cum ipsius natura veritate cert.

v. 34. monochremmon] al. monohemerem. al. monochremmon.

Pag. 73. v. 4. Naida] M S. Naida.

v. 5. Damnabat Apollo noxias manus] quod Hyacin-
thum disco interemisset.

v. 12. Hylari Nympha] al. Hylam Nympha.

v. 13. ad interdictum Herculeum] al. ad interceptum
Herculeum.

v. 15. Et os fabula] al. Et hos tabula. M S. Et os fabula.
quod forsan pro omnes scriptum est

v. 17. recepi Lycurgo crudeliorem] M S. auctior, r. be-
spitem L.

v. 19. senex canus] Enmolpus.

v. 20. exercitati vultus] rugosi, austeri.

v. 23. quos odisse diuinites] al. quod od. diu.

v. 33. praecingitur auro] M S. pr. ostro.

v. 34. ebrius ostro] M S. eb. auro.

Pag. 74. v. 2. Atque inopi lingua desertas innocat artes:]
M S. desertas. Apud Henricum Stephanum sequuntur
octo versus huc prateriti.

v.15. *leonibus doctior*] al. *lapronibus d.*

v.17. *stipendio conductus*] M S. *st.eductus*.

Pag.76. v.24. *Vides tamen, inquit, non ero tui similis*] M S. *Videris tamen.*

v.27. * *usque beneficio eius*] al. *usq[ue]*

v.33. *Uicunque is inter anbelitus*] al. *U.igitur inter.*
ibid. *sudoresq[ue] tutus*] M S. *s.ritus.*

Pag.77. v.12. *hæc tropica fecit*] M S. *h.æ. instituit.*

v.17. *Itaque hærula*] al. *I. hercule.*

v.21. *in cacumen excelssissimi montis conscendit*] M S. *in cacumine excellentissimi m. consenuit.*

v.18. *are comprehendit*] M S. *a. comprehenderat.*

v.30. *anemus cognoscere*] M S. *audemus cog.*

v.33. *ubi sapientissima consultissima via*] al. *sapientia c.v.*

Pag.78. v.12. *fontem attigisset*] M S. *f. iuuenisset?*

v.12. *Noli ergo mir.*] M S. *Nolite ergo.*

v.23. *præsente casi vertices*] Stephan. *pr. ferro cast.*

v.29. *& in verbo latent*] in equo, quem vouerant.

v.31. *hoc titulus fero*] al. *hoc penitus fero.*

v.32. *Incisus*] al. *Imus, vel Iuratus.* Stephan.

v.33. *mendacium*] al. *mendacij.*

Pag.79. v.6. *Lentusq[ue] resilit*] al. *Lentusq[ue], vel Telumq[ue]*

v.33. *Infirmi auxilior*] al. *Infirmus.*

Pag.80. v.10. *Commonent orbes*] id est, scuta.

v.19. *poëtam vocaret*] al. *vocarent.*

v.31. *ut recitem*] M S. *ut recitarem.*

Pag.81. v.26. *peregrini amoris concessio.*] al. *concessor.*

Pag.82. v.19. *Ascyli partem*] al. *Ascylo parem.*

Pag.83. v.1. *laciniam fascini*] al. *lasciniam f.*

v.16. *errore lentus*] al. *lenitus.*

v.18. *Alas Phasiacis petita Colchis, Et p[er]it[us] Attagen opaca pennu, &c.*] Hi versus in M S. ita leguntur:

Alas Phasiacis petita Colchis,

Atque aëria volucres pl. pal.

Quod n. f. fac. at al. anfer

Et p[er]it[us] anas renouata pennis

Plebeium. ———

v.31. *in eodem synacio*] al. *gynacio.*

Pag.84. v. vlt. *hemicyclo*] M S. *semicinctio.*

Pag.85. v. 26. *mortem inimicam*] *mimicam*, legit Pythæus.

v. vlt. *iam enim faxo*] *iam iam faxo*, V. c. Buit.

Pag. 86 v. 4. *liberum urceolum*] al. *liber urc.*

v. 15. *Interim lictores*] M S. *Interim & coctores.*

v. 16. *mulcant*] al. *multant.*

v. 20. *soleu ligneu*] *ligneu* deest in V. C. Brit.

v. 34. *iniuriaq, Eumolpi, veluti*] *iniuriamq, Eumolpi, aduocationemq, commendabam, ac veluti, V. C. Brit.*

Pag. 88. v. 26. *tangebatur. * * Eumolpus*] Asteriscus deest in V. C.

v. 31. *meritissima propositione*] al. *verissima p.*

v. vk. *excandescens*] al. *excandesciu.*

Pag. 89. v. 5. *plenus, continuo ita sternut.*] MS. pl. ter. cont.

v. 29. *amplexusq, iam mihi gratum*] al. *amplexusq, i. no. gratus.* M S. a. i. *mitigatum.*

v. 25. *hibernum in vad. mare.*] V C. *hiberum.*

Pag. 90. v. 6. *domefacta*] al. *mansuefacta.* al. *domita.*

v. 15. *barbis horrentibus*] al. *verbis horrentibus.* vel leg. *barba horridus.*

v. 16. *Et mirari*] al. *morari.*

v. 17. *propudium*] al. *properandum.*

v. 21. *in altum compono*] al. *in alutam.*

v. 27. *ducit ad pabulum*] al. *mittit a. p.*

v. 31. *unus & senex*] al. *victus & sen.*

v. 34. *infra fiduciam*] al. *intra fid. pos.*

ibid. fraudauitq, anim] al. *firmavitq.*

Pag. 91. v. 7. *mulier lacerata*] al. *laniata.*

v. 8. *quu Deus manibus meiu*] al. *nauibus m.*

v. 10. *exulem exciperet*] al. *exciperem.*

v. 15. *laciniam duxi*] al. *traxi.*

v. 18. *Et hoc inquit, placuerat tibi*] MS. *Et h. erat, inquit, quod pl.*

v. 23. *Licham*] al. *Lycam.*

v. 24. *Tryphanam exulem Tar.*] al. *Tr. uxorem Tar.*

v. 31. *morigentium, * i. pro consortio*] al. *morientium, & proc.*

Pag. 92. v. 7. *dolum illud malum*] al. *id. vllum malo.*

v. 10. *familia negotiantu*] al. *f. negotiatorum.*

v. 11. *ad mercatum conducit*] al. *conduxit.*

v. 32. *portibus se curuatu*] al. *curatio.*

Pag. 93. v. 21. *siderum quoque motu*] al. *sid. quaque m.*

ibid. Et utcumque imponi] al. *Et utique imp.*

v. 26. *scapha gubernacula tenet*] al. *f. custodiam r.*

Pag. 94. v. 23. *Aliud aliquod iter*] al. *Adhuc aliq. it.*

v. 31. *Quid tu, inquit, Git, al. Quin tu.* MS. *Quid nita,*

Pag.

Pag. 95. v. 2. *et non natione mendacium*] al. *et non oratione m.*

v. 9. *tumore teterrimo*] al. *humore t.*

ibid. *crines calamistro convertere*] al. *c.c. comburere.*

v. 13. *barbam peregrinatione*] al. *barbara peregrina ratione.*

v. 28. *umbra supplicii tegent*] al. *simplicii, alij, duplici, resurrectionis & notarum.*

Pag. 96. v. 6. *nauseantius deuotione*] *execratione, detestatione.*

v. 11. *Encolpion quid quaris?*] al. *Eu. quem q.*

Pag. 97. v. 9. *Hesus nomine*] al. *latus omine.*

v. 21. *auspiciis mihi feci*] al. *ausp. triste f.*

Pag. 98. v. 6. *ancilla quoque omnes*] al. *ancilla etiam O.*

v. 8. *mirabili forma*] al. *miserabili.*

v. 24. *corporis iudiciorumque lineamentis*] al. *Cor. faciei que li.*

v. 29. *Nunc inimici artibus*] *miricis,*] *Pyth. legit.*

Pag. 100. v. 13. *deprecationem Lichas*] *M S. auctior, de supplicii Lichas.*

v. 28. *amici fuerunt mei*] *M S. a. f. nostri.*

ibid. *eo maiora*] al. *et maiora.*

Pag. 101. v. 24. *fuliginea nube confudit, in odium se ira conu.*] al. *fuliginis confusa redierunt, in iram se odium conu.*

Pag. 102. v. 21. *non aculam insertam*] al. *no. infectam.*

v. 24. *disimulata missione*] al. *d. offensione.*

v. 31. *non statarium bellum*] al. *nec cessaturum bellum.*

Pag. 103. v. 5. *non Troius hostis*] *V. C. Brit. heres.*

v. 11. *nec vincite pontum*] al. *ne v. p.*

v. 16. *Inita penitentia occasione*] al. *Utitur p. oc.*

v. 24. *Ut tu nihil imperabis*] al. *et tu n. imp.*

v. 27. *pro qua re*] al. *pro hac re.*

ibid. *numeraueris*] al. *numeras.*

Pag. 104. v. 3. *hilaritate concilium*] al. *conviniuum.*

v. 4. *Exonerat cantus totum navig.*] *v. c. Brit. exsonas ergo cantibus t. n.] Lego, personat cantu t. n.*

v. 5. *repentina tranquillitas*] al. *tranquillitate.*

v. 6. *exultantes*] al. *exultans.*

v. 7. *quarebat*] *v. c. Brit. captabat.*

v. 9. *Ecce etiam*] al. *Quinetiam.*

v. 21. *cepitq. capillorum elegiarum*] *M S. cepitq. in capillos suos eleg.*

v. 26. *attritus ridet*] al. *extritus luget.*

Pag. 105. v. 13. *tralatitia deformitate*] *translatitia*, *exigua*, *parua*.

v. 19. *flauorum corymbion*] al. *flauum cor*.

v. 27. *ad furorem aserteretur*] al. *aucleretur*.

v. 29. *sed sua memoria facta: qua expositurum*] v. c. *sed rem sua memoria factam, expositurum*.

Pag. 106. v. 11. *complerat aque ab omnibus*] in v. c. *deest ab*.

v. 23. *Proxima ergo nocte*] M S. *P. utrò n.*

v. 27. *scilicet quod erat*] M S. *sc. id quod erat*.

Pag. 107. v. 8. *consolationis percussa*] al. *perculsa*.

v. 13. *incertum habeo odore*] al. *in. ab eo od.* Defunt in vet. cod. M S. *incertum habeo*.

v. 20. *effuderis? cinerem aut manes credi curare sepultos*] M S. *Effuderis? id c. a. m. c. sentire f.*

v. 25. *commonere debet*] M S. *co. potest*.

Pag. 108. v. 14. *forma mulieris*] in vet. c. *abest. mulieris*. MS. *& forma mulieris & secreto*.

v. 20. *circum pectus*] al. *circumscriptus*. al. *circum pecus*.

v. 25. *commodet ergo illa*] v. c. *commodaret modò illa*.

Pag. 109. v. 10. *in animum edile*] al. *cubile*. vet. cod. *bedile*.

Pag. 110. v. 8. *ibi ad spurcam*] fort. *spintbriam*.

v. 20. *uentus dabat*] al. *ostendebat*.

v. 21. *Italicis litoris Aquilo possessor*] *uentis aliis validior*.

v. 22. *obnoxiam partem*] al. *ob. proram*.

Pag. 111. v. 15. *fluctus detraheret*] al. *disfraheret*.

v. 17. *iuncta nos mors feres*] *iunctos nos mare fret*. Petr. Faber.

v. 20. *tralatitia humanitate*] *obiter adhibita & perfunctorie*.

ibid. *lapidabit*] al. *tumulabit*.

Pag. 112. v. 20. *leui vertice*] al. *vertice*.

v. 21. *viuentibus oculis*] al. *nistantibus*. al. *humentibus*.

P. Fab. *liuentibus*.

v. 29. *quemadmodum natus*] al. *q. natus*.

Pag. 113. v. 22. *qua ratio consumat*] al. *q. natio c.*

v. 33. *longius mittit * * ** Hoc peracto] deest asteriscus in v. c. M S.

v.10. *Non habet exemplum volucris vindiçta prehente?*] Leg. *perenne*.

Pag.165. v.19. *De electione coniugij*] imitatio scholastica.

v.13. *scditas dissoluet amorem*] Leg. *feritas*.

v.25. *Crura submittere a fello*] Leg. *suras subm.*

Pag.221.v.3. *fecit amoris compotes*] Leg. *facit*.

v.6. *rosea labella*] Leg. *rosa*.

v.10. *Cum pectora * adherent*] * hîc interponendum vnâ, vel quid simile.

v.11. *lascinia instricto*] Leg. *lascinio instinctu*.

v.12. *Sinuare at Veneri*] Leg. *Sinuent ad Veneris*.

v.15. *Hærentque sulcos*] Leg. *Iteréntque*, vel si mauis, *Aréntque*.

- v.16. *horto in Cupidinis*] Leg. *hortulo in Cup.*
 v.17. *Dum crebros istus*] Leg. *Dent crebros istus.*
ibid. conhibente lumine] Leg. *conniscente lumine. ut in*
C. Theodol. saepe.
 v.18. *Crepidante cursu*] Leg. *Trepidante.*
 v.19. *nineis laticibus*] Leg. *lactibus.*
 Pag. 226. v.33. *O blandos oculos & infucetos*] al. *infec-*
tos. Leg. inquietos.
 Pag. 227. v.3. *mihi tibi Lesbia malum*] Leg. *mihi mihi*
L. malum.
 v.8. *Nestare*] Leg. *Munera.*
 v.13. *dulcia membra suis*] Leg. *dulcia mella suis.*
 Pag. 220. v.26. *Inclitissq; gaudet stabulis effigies iuven-*
*ca. Corpus includit **] Leg. *In licitissq; gaudet **
Corpus includit stabulis efficiens iuvenecam.
 Sic emendat diuinus Scaliger. Plura fortasse alia eius
 generis Epigrammata luci debeo, quæ postquam excu-
 serint puluerem & sitam, vna cum quibusdam Clau-
 dianis in publico deponam. Verum huius, credo, aucto-
 ris adscribam & illud, quod ad manum fuerit ex v. cod.
 Cuiaciano. Item sequentia duo, quæ mihi credidit do-
 ctissimus Barnabas Brissonus.
 Pag. 227. v.28. *& totus audit*] Leg. *& thorns audit.*
 v.30. *Cinciz fratri*] Leg. *Cynthia fratri.*
 Pag. 170. v.32. *parcus auarus*] Leg. *parcus amore.*
 Pag. 171. v.9. *Musfonem capra verbeno*] Leg. *capra ex*
ver vegno.

CHRISTOPHORI RICHARDI

BITVRIGIS

NOTÆ

IN PETRONII ARBITRI

SATYRICON.

PATISSONIO S.

PETRONII Arbitri Satyricon, sanè eruditissimum, re-
 legi: ac tuæ in primis voluntati satisfacere dum cupio,
 nonnulla obiter adnotaui, quæ si tibi digna prælo tuo
 videbuntur, excudes. Memineris tamen, me coniecturis
 eius

Cuiusmodi non plus tribuere, quàm somniis; quæ, neque natura sua, neque coniectoris ingenio, sed casu, aliquando vera solent euadere. Vale. Cal Decembr.

Pag. 43. v. 8. *quàm id quod putant gratissimum auditoribus fore*] Editio Lugdunensis in vetere codice scriptum esse testatur, *auribus*, quod ego emendatius puto, quàm *auditoribus*.

v. 14. *sine spe prada moriatur in scopulo*] Video sententiam: *moriatur*, ad mortem usque permaneat. Alteram tamen lectionem, *moratur* improbare nequeo. Ouid. lib. 3. Metam. (de piscatore) *Ne scopulis haberem semper in iisdem*.

v. 18. *spes quoque suas ambitione donant*] mihi rectius videtur, *ambitioni*, vt edidit Plantin.

Pag. 44. v. 3. *prius mora* —

Frugalitatis lege polleat exacta.]

Scribendum est fortasse vno verbo, *prius-mora*: hoc est, more prisco, & veterum Poëtarum cōsuetudine, vt apud Propertium, *prius-domina, ante-cupidinibus, ante-line, nunc-dea*, apud Plautum in Truculento.

Vt ante-parta demus post-partoribus.

apud Terentium, *semper-lenitas*, & alia id genus trecenta. *Palleat* verò, quod est in c. v. magis placet, quàm *polleat*. id enim sentit; ei qui velit magnum aliquod moliri, & efficere in literis, more veterum exactè colendam esse frugalitatem, ita vt eam rem pallor indicet ex studiorum collectus vigiliis. Cassius Parmensis de Orptheo:

— *omnis & illuc*

Per litus incumbens Musa pallebat amore.

Tenebricosus Satyricus:

At te nocturnis inuas impallescere chartis.

Idem:

Iratum Enpolidem uegrandi cum sene palles.

Pag. 45. v. 5. *quia nec quo loco*] libentius legerim: *quin nec quo loco*.

vers. 7. *donec in cursu fatigatus*] alij libri: *donec ex cursu fatigatus*: probo: vt apud Ciceronem: *fessus de via*, & apud Plautum; *ex cursura anhelitum ducere*. Alteram tamen lectionem, *in cursu fatigatus*, hoc Ciceronis exemplo tueri licet, in Topicis: *Nam & verberibus torti, & in igni fatigati qua dicunt, ea videtur veritas ipsa dicere.*

Pag.

Pag. 51. v. 32. & manibus inter se usque ad artus
strepitum contritis] Dicitur ut est pag. 68. qui ut
manibus congemuit. malo tamen, constrictis : ut in
lof. exempl.

Pag. 53. v. 1. descendentes ab aure capillos meos
manu duxit] Legit vir doctus, lentata : ego vna
minus, lenta : ut pag. 72. me quoque ad idem spectu
lenta manu traxit. Et, omniaque infra umbilicum
lenta manu cadere.

vers. 11. Et qui non iugulat, victor abire solet
quam ex his verbis sententiam eliciant alij : ne
iam me latet mutata interpunctione longè di
effici :

— Et qui non iugulat victor, obire solet.

Nam in editione Plantini legitur, obire, quanquam
idem valere potest, ut è Festo, & aliis notum est.

Pag. 54. v. ult. ballenatiam tenens virgam] Quid
lenariam ? Nimirum ut ab arena arenarius : à v.
verbenarius : sic à balena, balenarius.

Pag. 57. v. 1. Deinde ut contubernali meo melius
deret] non est aspernanda v. c. lectio, Contubernalis
quia nuper Ascyltos eius contubernalis fuerat
desierat. ita enim loquitur ipse Ascyltos, p. 47. v.
autem, quia hoc placet, & habitationem mihi prospici
aliquem fratrem.

Pag. 58. v. 5. igitur ne maiorem iniuriam in sec
ter acciperet, consurrexi ad officium nuptiale] prob
est lectio quam excudit Plantin. in scorto : non
sententia, qua scripsit Virgil.

Coniugium vocat, hoc prætexit nomine culpa

Et Ovidius:

Coniugiumne vocas, speciosaq; nomine culpa
Imponis Medea tua?

M. Antonius in epistola quadam ad Augustum
te mutavit? quod Reginam in eo? uxor mea est. Num
an abhinc annos novem? Tu deinde, solam Drusilla
ita valeas, ita tu hanc epistolam cum leges, non inie
tullam, aut Terentillam, aut Rufillam, aut Saluam
niam, aut omnes. An refert ubi, & in quam arrig
leguntur apud Suetonium in Augusto, cap. 69.
sibi specie matrimonij detractam, imponere
ignominiam, & infamiam conatur Antonius
nam autem vrsupasse Petronium apparet pro in

nempe genus pro specie, si modò rectè definitur iniuria in lib. 4 Rhet. ad Herennium : *Iniuria est, quæ aut pulsatione corporis, aut convicio aures, aut aliqua turpitudine vitam cuiuspiam violat.*

Pag. 60. v. 13. *Leuatum mento in tribunal excelsum Mercurius capiebat*] Fallor: an legendum, *rapiebat*. Quemadmodum enim raptus ab alite sacro Ganymedes dicitur in obsceno carmine, sic Trimalcio raptus à Mercurio dicitur, qui deus ales in eodem carmine vocatur. Sic certè Horat. se raptum quoque à Mercurio & è medio belli periculo ereptum significat his versiculis:

Sed me per hostes Mercurius celer

Densò pauentem sustulit aère.

Dictum autem à Petronio, *leuatum rapiebat*, vt à Plauto, Terentio, Virgilio, *rapere sublimem*.

Pag. 63. v. 10. *patentibus in orbem alu, quales esse solent, quæ incumbunt oua*] Hæc non damno, si, Gallinæ incubâtes, orbicularem referunt figuram. Opinor tamen Petronium scripsisse, *patentibus in corbem alu*, quoniam superiore dixit versiculo, *repasitorium allatum est cum corbe*.

v. 15. *Conuertis ad hanc cœnam vultum Trimalchio*] An hic cœna est pars cœnæ? An potiùs scribendum est, *scenam*? vt infra, *Utinam quidem sufficeret largior scena*. Eadem illa P. mimum interpretatur. *Quid ergo, inquit Eumolpus, cessimus mimum componere?* ludos enim vocat pag. 65. v. ult. *At ille qui sapius eiusmodi ludos spectauerat.* Suetonius quoque in Calligula c. 15. pro specie & pompa, scenam dixit. *(confestim Pandatariam, & Pontias ad transferendos matris fratrisq; cineres festinauit: tempestate turbida, quo magis pietas omineret: adiutq; venerabundus, ac per semet in urnas condidit. Nec minore scena, Hostiam, prefixo in biremi puppa vexillo, & inde Romam Tiberi subuectos, per splendidissimum quemque equestru ordinis, medio ac frequenti die, duobus forulis Mausoleo intulit. Aufonius in Protreptico ad nepotem:*

Pompa tibi, & vani fugiatur scena timoris.

Pag. 64. v. 15. *Verum est vinum Opimianum prasto*] Vellem illud prasto, abesset, vel ea conditione, vt in illius locum, profectò, succederet.

v. 27. *Ergo vinamus, dum licet esse, bene*] M. seret me illorum, qui hunc versum emendare conati sunt, mihi quidem persuasum est non esse Petronij, sed inepti cuiusdam versificatoris, qui falsò putabat non esse absolu-

Q tam

tam duobus superioribus versiculis sententiam.

P. 66. v. 23. *diuq; summa carminu penes Mopsum Thracem memorata est*] Melius editio Plantini, *commemorata est*.

v. 29. *Luxuria rictu Martis marcent mania*] Reperio in variis lectionibus, *ritu*, item *luxuria visu*: & posterius probō, mutata litera, hoc pacto:

Luxurie victa Martis marcent mania.

v. 30. *Tuo palato clausus pauo nascitur*] Ad stipulatorem me habent qui reponunt, *pascitur*: loquitur enim de saginatione pavonum, de qua Plinius cap. 20. libro 10.

Pag. 68. v. 25. *Non diu ergo tumultuatus, stabuli ianuam effregit, et nos per eadem terram admisit*] Quæ hæc est, per terram admisit? Parum abest, quin audeam legere, *fenestram*; quod ostium fuisse minusculum in sacrario, iam alij ex Macrobio docuerunt: & epitoma Festi, *fenestram* interpretatur. Ab hoc autem non est alienus Virgilij locus in lib. 2. Aen.

*Ipse inter primos, correpta dura bipenni
Limina perumpit, posteq; à cardine vellit
Æratos: iamq; excisa trabæ, firma canavit
Robora, et ingentem lato dedit ore fenestram.*

Pag. 69. v. 8. *somnumq; morti iungerem*] Alij libri: *somnumq; morti iungerem*. Sed prior lectio confirmatur pag. 80. v. 1.

— *hic graves alius mero
Obtruncat, et continuat in mortem ultimum
Somnos.* —

Pag. 70. v. 11. *attuliffem mihi damnatus manus*] Legitur etiam, *damnatas*, quæ lectio Propertij versu comprobatur.

Dicet damnatas ignea testa manus.

v. 19. *Cum fortuna manet, vultum seruatis amici:*

Cum cecidit, turpi vertitis ora fuga.]

Penè affirmarim pro, *cecidit*, legendum *videri cedit*, hoc est, *recedit*. Ista enim inter se comparantur, *manet*, *cedit*: *venire*, *manere*, *abire*, *redire*, *recedere* ac *reuersere* dicitur Virg.

*Tene, inquit, miserande puer, cum lata venires
Inusdit fortuna mihi?*

Horatius (de fortuna:)

*Laude manentem, si celeres quatit
Pennas, resigno qua dedit.*

{dem:

Idem:

Ut redeas miseris, abeat fortuna superbis.

Virgil.

Ille, ut opes fracta Tenentium, & fortuna recessit.

Idem:

— multos alterna renifens

Lusit, & in solido rursus fortuna locavit.

v. 22. nomen diuitis ille tenet.]

Nomine Diuitis inscriptum fuisse mimum, è Seneca intelligere est, epist. 115. vbi suo more Meccenatem exagitat: Hunc esse qui in tribunali in nostris, in omni publico cœtu sic apparuerit, ut pallio velaretur caput, exclusis utrinque auribus, non aliter, quàm in mimo Diuitu fugituri solet.

v. ult. Ausugi iudicium] Hic sermo non sine exemplo

Propertius:

Quisquis es, assiduas ausuge blanditias.

Q. Cicero apud M. fratrem lib. i. de natura deorum.

An tiromeda ausugiens aspectum matris parentis.

Pag. 76. v. 22. *traductumq; inter condiscipulos, quibus iactasset sensum meum*] Sensus hic, opinione quidem mea, sensu caret. Proinde arbitror legendum esse: *quibus iactasset censum meum*, id est, apud quos me fecisset vnum beatiorum, ut loquitur Catullus.

Pag. 78. v. 30. *O patria! pulsas mille credidimus rates*] Exclamatio hæc, *O patria*, sumpta è veteri poëta Ennio, opinor, in Andromacha: *O pater, ô patria, ô Pryami domus!* apud Ciceronem in secunda disputatione Tusculana, quod imitatus etiam Virgil. *O patria, ô diuinum domus Ilium!*

Pag. 80. v. 33. *Caterum, ne & tecum quoque habeam rixandum, toto die me ab hoc cibo abstinerebo*] Vereor ne particula, dum, malè adhæserit verbo, rixam, siquæ diu. Ille, ut ab ea tertia periodus incipiat, hoc modo: *Caterum, ne & tecum quoque habeam rixam, toto die me ab hoc cibo abstinerebo. Imò inquam ego, si ciuias hodiernam bilem, unâ cœnabimus. Dum mando adicularum cœstodi cœnula officium, video Cyrena & quæ sequuntur. Profectò, sic collocata hæc particula, dum, locus videtur integer, nec quicquam opus est asteriscis. Præterea quod dum, sæpe inchoat comprehensionem, & narrationem connectit, ut: *Dum hæc fabula inter amâtes luditur, & pag. 87. v. 14. Dum Eumolpus cum Bargate in secreto loquitur.**

Pag. 83. v. 28. *Hoc est, inquam, quod promiseras, ne quem*

Q 2

hodie

*hodie versum faceres] Acrior & incitator erit oratio
interrogatione faceres? Verum & sine interrogatione
test esse elegreia.*

Pag. 86. v. 3. *Ille tot hospitum petitionibus liber urce
fistilem in Eumolpi caput iaculatus est] Editio Planti
Lugdunensis liberum, rectius: id est, vacuum & exha-*

v. 34. *Iniuriamq, Eumolpi, aduocationemq, commo-
bam] Auet animus legere, Iniuriamq, Eumolpo, adu-
tationemq, commodabam. Commodabat enim iniu-
Eumolpo, quia eum excluderat, quo nomine comp-
ationem iniur arum docet M. Tullius in Oratione
Cæcina. Commoabat aduocationem, quia illi quoc-
mo loaderat spectans per foramen, & vt ipsius verb-
tar, fucebat vapulanti. Iniuriã autem & aduocationem
cui commodare ita dictum, vt pag. 93. commodare ma-
& pag. 108. commodare locum per uero. & pag. 128. com-
dare amplexus. Huc accedit quod verbum commo-
pulchrè conuenit aduocationi. Asconius in Ciceron-
uinationem: Qui defendit alterum in iudicio, aut patr-
dicitur, si orator est: aut aduocatus, si aut ius suggeri-
presentiam suam amico commodat: aut procurator,
gotium (absentiu) suscipit: aut cognitor, si presentiu cau-
nouit, & sic tuctur vt suam.*

Pag. 88. v. 31. *Et in potestate sua esse Gytona meriti
propositione monstrabo] Si attenderis quæ sequuntur
dubitabis quin ita legendum sit: Et in potestate tu-
Gytonem meritißima proditione monstrabo. Nam si
dicturus est, merito, inquam, excandesceres, si posses p-
sum ostendere. Tria hæc, merito, proditum, ostendere, &
illis respondent, meritißima proditione monstrabo. Sic
128. v. 16. totamq, fallaciam inuidiosa proditione detex-*

Pag. 89. v. 5. *Gyton collectane spiritus plenus contin-
sternutauit, ut grabatum concuteret] Inferendum ac-
bium, ter, ex v. c. ter continuo ita sternutauit.*

Pag. 90. v. 16. *Merari, inquit, Eumolpe, tanquam p-
dium ignores] Verba sunt nautæ vectores vrgenti-
nauem properè conscendant. Quare facessat illud, p-
dium, & in eius locum remigret, prope diem, quia si-
eat non longè abesse lucem. Nondum enim planè
xisse proxima hæc verba declarant, & adoratiu fide-
intro navigium.*

Pag. 94. v. 23. *adhuc aliquod iter salutis querendum
Malim, aliud, pro adhuc, vt in editione Lugdunensi.*

Pag. 102. v. 13. *Quid dicis tu latro ? que sola sal. mandra. supercilia tua excuspsit*] et sola videtur inducendum, ut natum è repetito temere initio sequentis verbi, *sola sal. mandra.*

Pag. 102. v. 20. *Gyton ad virilia sua admovet novaculam insertam*] libri quidam, *insertam*, alij *insectam* : verisimilius est, *insectam*.

v. 31. *Cum appareret futurum non tralatitium bellum*] Ego quidem *tralatitium* non reprehendo, sed tamen v. c. lectio. *flatarium*, ipsa vocis novitate se mihi commendat, *bellumq. flatarium*, tantum dici videri potest, à *stata* genere navigij, cui lititudo nomen dedit, ut ore Festo. Ita enim à lembo siue stembo, equum grauem & tardum, pedibus *stembum* Lucilius vocauit.

Nec dissimile illud in Plauti Pœnulo:

Tardiores quam corbita sunt in tranquillo mari.

Ac paulò post:

Obsecro hercle, operam celosem hanc mihi, ne corbitam date.

Imò enim uerò cum cogito, *flatarium bellum* & *tralatitium* idem ferè est, ludicrum videlicet certamen, ut vis quadam festuaria Nam in vetere glossario, *flatarius*, exponitur, *ipyéμωκ*.

Pag. 103. v. 14. *Hec ut turbato clamore mulier effudit.*] Mulier ipsa turbata potius erat, quàm turbatus clamor. Itaque magis probarem, *turbata clamore*. Nec enim diuerso sermonis genere utetur.

Pag. 105. v. 7. *Agnouit Triphana verum Gytona lacrymisq. turbata, tunc primum bona fide puero bassum dedit.* Nam et clamore per se stat, idemque valet, ac si dixisset, *cum clamore*.

Virgilia. Aen.

— & templum clamore petebant.

Idem 8. Aen.

Discessu mugire boues, atque omne querelis

Impleri nemus, & colles clamore relinqu.

Pag. 111. v. 31. *Percurrere piscatores*] fortasse, *procurrere*.

Pag. 117. v. 13. *Præterea curandum est, ne sententia emineant, extra corpus orationis expressa, sed intexto uestibus colore niteant.*] Editio Plâtinæ, & Lugdunensis, & exempl. Autif, *intexto*, quod verius puto. Sic enim hac p. sensumq. teneriorem *verborum ambitu* intexuit. Plin. cap 48. libr. 8.

Q 3

Aurum

Aurora intexere (vestibus) in eadem Asia inuenit Attalus Rex, unde nomen Attalicum. Idem c. 11. lib. 13. Et tamen adhuc maluit Parthi literas vestibus intexere. Vtitur & M. Tullius eo saepe verbo metaphorice.

v. 17. *Ceteri enim aut non viderunt viam, qua iretur ad caermen, aut versum timerunt calcare.] Longè probabilius. em censeo lectionem v. c. aut viam timerunt calcare. (calcere viam, vt Horatius,*

Et calcanda semel via leti.

v. 19. *Ecce belli civilis opus quisquis attigerit.] Interputandum ita videtur locus, Ecce belli civilis ingens opus: quisquis attigerit.*

v. 29. *tanquam si placet hic impetus.] Tollendum esse asserit cum puto: nihil enim deest, sed tanquam, valet, exempli gratia: quemadmodum apud Plautum, veluti &, sicut:*

In Aulularia:

— facinus audax incipit

Qui cum opulento pauper capit rem habere aut negotium,

Velut Megasthenes tentat me omnibus miserum modis.

In Pannulo:

Ita me dii ament, tardo amico nihil est quicquam iniquius:

Praesertim homini amanti, qui quicquid agit prope rat omnia,

Sicut ego hos duco aduocatos.

Pag. 118. v. 11. *Queritur in sylva Mauri fera.] Ita editio Lugdunensis Aliquantò rectius, nisi fallor: vt sit Enallage numerorum, in sylva Mauri, pro Maurorum, & Mauritaniae Potest etiam legi, Mauro, tertio casu, pro quaeritur à Mauro venatore Vel, in sylva Mauri. Mauri sylva, vt apud Horat. Mauri iacula, Mauri angues, & Mauri vnda Nam de venatione leonum hinc Petronium loqui, ea quae de sygyde subiicit facile fidem fecerint. In Mauritania autem multi & magni leones, vel teste Horatio,*

Quale portentum neque militaris

Daunia in lotis alit asculetis.

Nec inba tellus generat leonum

Arida nutrit.

Pag. 120. vers. 9. *Cocyria persusus aqua.] Aut duae vocales in vnam contrahuntur, aut secunda syllaba huius,*

ius vocis, *Cocytia*, non convenit versiculi modulo. Quare probo quod est in aliis editionibus, *Cocytia*, pro *Cocytia*, ut *Ceraunum saxum*, pro *Ceraunio* dixit Propertius:

Non potuit saxo vitam posuisse Cerauno?

Et, ut idem dixit, *Partham tellurem, & Parthos focos: ac Virgilius, Romulam tellurem.*

v. 34. & dum varios lapu inuenit usus] Rectius editio Lugdun.

ac dum varius lapis inuenit usum.

Nisi varios scriptum sit, ἀρχαῖους pro, varius.

ut supra. probitas est carbunculos.

Horat. sat. 4. lib. 2.

Ten' lapides varios luctulenta radere palma?

Et ep. 10. lib. 1.

Nempe inter varias nutritur sylua columnas.

quibus in locis, *Parios, & Parias*, qui reponūt, *Parij* marmoris sensum habent. Varium autem lapidem videtur significasse p. 118 v. 28.

—ac maculis imitatur vilibus aurum.

Mendose, ut suspicor. At edito Plantini emendatius, ac *maculis mutatur vilibus aurum*, id est, auro emitur, vel permutatur, varius lapis Plinius c. 1. libr. 36. quos ad usus, quæve ad voluptates alias, nisi ut inter maculas lapidum iaceant. Et c. 7. eiusd. libr. Differentia eorum est ab *Ophire*, cum sit illud serpentium masculis simile.

Pag. 121. v. 28. *Actiacosq; finis & Apollinis arma timentes*] Quo referatur illud, timentes, non dispicio. In edito Lugdun. legitur, *tremens*, unde forsitan legendum est, *fremens*: frementem enim & iratum hostibus Apollinem in *Actiaca* pugna describit Propertius in E. leg. 6 lib. 4.

Non ille attulerat crines in colla solutos,

Aur testudinea carmen ineome lyra.

Sed quali aspenit Pelopciū Agamemnona vultu,

Eg'sitq; avidū Dorica castra rogu.

Aur qualis flexos soluit Pythona per orbes

Serpentem, imbelles quem timere lyra.

Quineti in eo progreditur, ut totum locum illū Petronij hoc modo ac ordine legendum putem.

Cerno equidem gemina iam stratos morte Philippos.

Thessaliaq; rogos, & funera gentis Ibero:

Et Lybia cerno, & tua Nile gementia claustra.

*Iam fager armorum trepidantes personat aures
Aethiacosq; sinus, & Apollinis arma timentes.*

Pag. 127. v. 11 — *nec vaga passim*

Flumina per notas ibant morientia ripas.]

Morientibus illis fluminibus opem ferre conabimur,
non abiurda prorsus opinione scriptum fuisse à Pe-
tronio,

— *nec vaga passim*

Flumina per notas ibant torrentia ripas.

hoc sensu: vaga flumina, passim torrentia, tunc non ibant
per notas ripas. non amplius, inquam, alueo suo & ripis
flumina continebantur, sed effusa per agros & sylvas
omnia sternebant & rapiebant secum. Loquitur enim
de prodigiis bellorum civilium, de quibus etiam Virgil.
lib. 1. Georg.

Proluit infano contorquens vortice sylvas

Fluviorum rex Eridanus, camposq; per omnes

Cum stabulis armenta tulit.

Idem in lib. 2. Georg.

Nec non & torrentem undam levis innatat alnus

Missa Pado —

Plinius de eodem Pado, siue Eridano, cap. 16. lib. 3. Au-
getur ad canis Ortus, liquatis nivibus, agris quam navibus
torrentior, id est, turpitudine & impetu nocentior. Vt au-
tem torrentem undam dixit Virgilius, sic & Seneca in
epist. 10. Habeat vires magnas, moderatas tamen, oratio
sit perennis unda, non torrens.

Idem Virgil. in Eclog. 7.

Hic tantum Borea curamus frigora, quantum

Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

Torrentia flumina, ut Homero, χεῖμας ἀβλαβέως ἰσ. δ. 1.

Petronius verò notas ripas dixit imitatione Horatii tor-
rentem amnem describentis, in laudatione Pindari.

Morte decurrens velut amnis, imbres

Quam super notas aluere ripas,

Fertur, immensusq; tulit profundo

— *Pindarus ore.*

Pag. 124. v. 5 — *mox flumina montibus altis*

Undabant modo nata: sed hac quoque iussa putares,

Stabant.]

Neque lectionem, neque interpunctionem improbo. Hoc
enim sentit, flumina quasi magico aliquo carmine, iussa
& coacta, stetisse. Verum in v. cod. Douza legi asserit,
sed

— sed hac quoque infra putares,
quod damnare mihi religio est: præsertim cum v.c. in
editione Plantini sequentia ita concipit,

Vinctaq; mox stabant.

Flumina, inquit, modò nata, vera & perennia flumina
videbantur: eadem tamen mox concredebant & con-
sistebant. *Iusta verò flumina*, dixit Petronius, vt. Ouid.
in Eleg. 5 lib. 3. Amorum, vbi torrentem obiurgat, flu-
men legitimum:

Quid si legitimum flueres, si nobile flumen?

Iustum quoque amnem dixit Liuius in libro primo:
*Sorte quadam, diuinis, super ripas Tiberis effusus lenibus
stagnis. nec adiri usquam ad iusti cursum poterat amnis.*

v. 29. Interea volucris motis conterrita pennis

Fama volat. —

Nunc primum editum est, *volucris*, cum antea legere-
tur *volucer*: quod tamen expungi non debuit. Ita enim
dictum, *volucer* genere feminino, vt *acer hyems*. Ennius
apud Priscianum:

Æstatem autumnus sequitur, post acer hyems fit.

quem versum laudat quoque Seruius in 6. Aeneid. scri-
bitq; veteres etiam dixisse, *alacer*, tam feminino, quàm
masculino genere.

Pag. 125. v. 26. — *gemino cum Consule Magnus*

Ille tremor Ponti, seuq; repertor Hydaspis,

Et piratarum scopulus —

Repertor Hydaspis; vocatur Pompeius, quia fabulosum
illum fluuium existimabant: qua ex opinione vulgi
scripsit Horatius:

— *vel qua loca fabulosus*

— *Lambit Hydaspes.*

Alij tamen libri, vt editio Lugdun.

— *seui quoque terror Hydaspis.*

Alij verò, vt editio Steph.

— *seuiq; repertus Hydaspis.*

Repertus terror, qui præter opinionem ei terror extitit.
Virgil.

Dic age, namq; mihi fallax haud antè repertus

Hoc uno responso animum delinquit Apollis.

Ennius apud Festum, in Nauus:

Nauus repertus homo est, Graio patre, Graius

— *homo, rex.*

Cacilius, in Epistola, apud Priscianum:

Q 5

Nam

Nam noui quidem deus repertus est Ionis.
 Plautus in Captiuis:

Tu repertus, qui Philocratem superes ueruerbis.
 Eleganter autem, scopulus piratarum dictus Pon-
 vt eodem tempore tribunal L. Calsij, scopulus re-
 qui Valer. Max.

Pag. 126. v. vlt. *Atq; inter torto laceratam pectore*
Sanguineam tremula quatiebat lampada
 Editio Lugdun. *inter toto*, quomodo legisse etia-
 lium Gyraldum apparet, commoda & aperta fen-
 Inter vestem, inquit, toto pectore laceratam, c-
 bat lampada. Nam vestis, vt pore lacera, non ob-
 quo minùs per illam vibraret facem. De lacer-
 Discordiæ Virgilius:

Et scissa gaudens vadit Discordia palla.
 Porro scio esse, qui illud *sanguineam lampada*, e-
 quere non possint, legantque;

Sanguinea tremulam quatiebat lampada dextra.
 A quibus dissentio. Nam *sanguinea lampas*, ob f-
 aciei coloris flammam, dicitur, vt apud Virgilium
Non secus ac liquida si quando nocte cometa.
Sanguinei lugubre rubent.

Pag. 127. v. 15. *Quid porro, tu Diue, tuis cunctari*
mu] Diues, retineri potest x̄t̄ ωελν-λν, quia Dis-
 vt dea futurum diuum sciebat: magis tamen
 quod est in editione Lugdunensi, *Die*: quoniam
 prognatus Cæsar, & à Venere ac ipso Ioue duceb-
 grem. Sic eiusdem gentis Ilia, diâ vocatur ab I-
 apud Nonium in Nepos sceminini generis.

Ilia dia nepos, quas arumnas tetulisti?
Diûm, inquit Festus, antiqui appellabant, vt à Deo
 v. 17. *nescis tu Magne tueri*

Romanas acies] Monui iam pridem, & nunc mon-
gendum videri, Romanas arces, vt pag. 121. v. 18.

Omnia qua tribus Romanis arcibus, odi.
 Magnificentius enim Romanæ arces dicuntur,
 urbs Roma: vt Carthaginis arces, quam Cartha-
 Pergameæ arces, quàm Pergama. Virgilius:
Imbellem auertis Romanis arcibus Indam.

Item.
Afsanione pater Romanas insidet arces. Et
Cùm fera Carthago Romanis arcibus olim
Exitium magnum, atque Alpes immittas apertas.

Notissimum est ut Pompeius aduentante Cesare, urbem reliquerit, quid tamen impedit Ciceronem audire in epistola decima, lib. 7. ad Atticum: *Per fortunas, quale tibi consilium Pompeij videtur? Hoc quare, quod urbem reliqueris? Ego enim ὁποῦν Τὸν, quid absurdius? Urbem tu relinquis? Ergo idem si Galli venirent. Et in epist. 25. lib. 8. ideo vocat Pompeium ὁπολὸν τὰ τοιαῦτα καὶ ἀσέβητον τὰ τοιαῦτα. quibus ista planè respōdens, Nescis tueri Romanas arces. Et epist. 2. eiusdem libri: Nihil ulla in gente unquam ab ullo auctore Reipub. ac duce turpius factum esse videtur, quam a nostro amico factum est: cuius ego vicem doleo, qui urbem reliquit, id est, patriam, pro qua, & in qua mori, præclarum fuit.*

v. 21. *Cum hac Eumolpus ingenti volubilitate verborum effudisset*] Temerarium non est, quod in v. c. legitur, *ingenti bile*. si quidem per bilem, insaniam poeticam intelligit, de qua Pag. 180. v. ult. Imò inquam si eivras hodiernam bilem, una cœnabimur. Horat. in arte Poëtica:

— ὦ εὐχολόγος,

Qui purgo bilem sub verni temporis horam?

Non altius faceret meliora Poemata.

Quare illa verba, *volubilitate verborum*, inducenda puto, ut quæ huc irreperint ex versu 17. eiusdem p. Ex præscripto ergo consilij communis, exaggerata verborum volubilitate.

Pagina 131. vers. 7. *ut putares inter auras canere, Sive nunc concordiam*] Variant libri alij, *inter auras*; alij, *inter aures*: quidam, ut editio Plantini, *inter aures*, eamque affirmat esse v. c. scripturam. Sic tamen locutos esse Latine linguæ auctores præstare non aui-
sim: eo labor potius, ut neutrum illud, *auras*, & *aures*, existimem esse Petronij. Etenim multò argutius videtur, *intus canere*, multis de causis. Primum, *intus canere*, id erit, in ipso quasi ore & guttore Circes canere. Deinde, valde peritè & artificiosè canere. Postremò furtum quoddam animorum indicabit, & penè subreptos omnes audientium sensus suavisissima illa modulatione. Allusum autem ad Græcorum proverbum ἀσπιδόσι κθαρείσθαι, de quo satis sit ad hunc locum adferre, quæ in Ciceronis 3. Verrin. scribit Atconius: *Cum canunt citharista*, inquit, *utriusque manus funguntur officio. Dextera plectro utitur, & hoc est foris canere:*

Sinistra digitis chordas carpit: & hoc est intus canere. Difficile autem quod Aspendius cirbarista faciebat, ut non uteretur cantu utraq; manu, sed omnia, id est, uniuersam cantionem intus, & sinistra tantum manu complecteretur. Unde omnes quotquot fures erant, à Grecis Aspendij cirbarista in Proverbio dicebantur, quod ut ille carminis, ita isti, furtorum occultatores erant.

Pag. 132 v. 1. *Quid est, inquit: numquid te osculum meum effendis? Nunquid spiritus ieiunio macer?*] corpus quidem ieiunio marescit, spiritus verò, anima, & anheliatus, qui potest? An legendum, spiritus ieiunio acer? ut acrem spiritum granioris odoris dicat, quomodo dixit Virgilius:

Scauamq; exhalat opaca Mephitin.

Et Catullus:

*Ladit te quodam mala fabula, quatibi fertur
Vallè sub alarum trux habitare caper.*

Item:

*Quare aut crudelem nasorum interfice pestem.
Dicitur seu Mephitis, trux caper, crudelis nasorum pestis, ut acer spiritus. Spiritus quoque acer dicitur ab Horatio, quamuis alia notione verbis.*

*Idcirco quidam, Comædia, necne Poëma
Effet, quasiuere, quod acer spiritus, ac vis
Nec verbis, nec rebus inest —*

Videri possit etiam legendum *marcet*, pro *putret ac putet*, ut Plinius ait: *anru Lagopodis accisa corpus statim marcescere. Ieiunis autem acrior foetidiorque spiritus.*

Martialis:

*Quod sicca redolet palus lacuna,
Quod ieiunia sabbatariorum.*

Cæcilius Plotio apud Gellium:

*Sed tua, m. rosane uxor? Quam, rogas?
Qui tandem? tades mentionis: qua mihi
Vbi domum adueni ac sedi, extemplo suauium
Datat ieiuna anima. Nil peccat suauio:
ut denomas uols, quod foris potaueris.*

Pag. 137 v. 8. *Ter languidior coliculi repente thyrsos*] Pace grammaticorum mihi liceat ex aduerbio participium facere, minima mutatione, & scribere, *repente thyrsos*. Thyrsus enim coliculi ubi intepuit, sit languidior. Dissimile autem non illud Catullianum:

Languidior tenera cui pendens sicula bota,

Pag.

Pag. 138. v. 6. *Et quidem Tragici oculos suos, tanquam audientes, castigant*. Dicere videtur, Tragicos interdum oculos suos obiurgare, tanquam oculi verba eorum audiant. Sed fortasse scriptum fuit *audientes*, pro *odientes*, id est, odio habentes, & inuisos sibi: ut contra veteres dixerunt, *Rodus, orum, oricula, erata*, pro *Raudus, aurum, auricula, aurata*. Sic apud ipsum Petronium p. 46. v. 18. vbi legitur, *in conductum accurrit*, v. c. habet *au-eucurrit*, quod positum fortasse, pro *occurrit*. Veteres autem dixisse *odio*, *odiu*, & Festus docet. *Osi sunt*, inquit, *ab odio, odiu*, declinasse antiquos, testis C. Gracchus. Inde participium *odientes*. Sic *odini*, pro *odi*, legitur in Antonij epistola ad Hirtium & Caesarem: *Mihi quidem constat, nec meam contumeliam, nec meorum ferre, nec deferre partes, quas Pompeius odit*.

v. 13. *Damnatisq; nunc simplicitatis opus*. Simplicitatem illam nouam non esse, ea quæ sequuntur declarant. Sciunt autem qui in his literis versantur, b. & v. sæpe inter se commutari. Itaque puto scriptum à librario fuisse, *vona*, quod postea in *nova* deprauatum sit. *Bona* verò simplicitas, quæ, ut ait Plautus, est sine vlla malitia mola.

v. 20. *Ipse pater veri doctus Epicurus in arte*
lufit, & hoc vitam dixit habere telos

Quamuis priori versiculo sit opus tibicine, non fulciam tamen, sed leuiter duntaxat mutabo posterioris initium, & interpungam hoc modo:

Ipse pater veri, doctus Epicurus in arte
Lufit, & hoc vitam dixit habere telos.

Perspicua sententia. Ipse Epicurus, pater veri, ut ille apud Flaccum, non sordidus auctor Naturæ veri; doctus in arte, nimirum voluptaria, & amatoria, lufit, indulset amori scilicet ac Veneri: hoc enim plerumque Latinis est *Ludere*. Liuius Andronicus apud Festum, in *Adfatim*; *Adfatim* edi, bibi, lusi: quod Græci, ἐφαδον, ἐπιον, ἡφροδισιασα: ut in epigrammate Sardanapali apud Athen. lib. 12. ἐγὼ ἑβασίλευσα, καὶ ἀχοι εἶπον τὴν ἡλίκην, ἐπιον, ἐφαγον, ἡφροδισιασα. Propertius:

Turba Menandrea fuerat nec Thaidos olim
Tanta, in qua populus lufit Erichthonius.

Catullus in Hymenæo:

Ludite ut lubet, & breui
Liberos date.

Q 7

Quid

Quid eleg. 8. lib. 2. Amorum:

Ludunt formosę : casta est quam nemo rogavit.

Plena exemplorum omnia, sed vnum duntaxat a
è Nuptiis Pomponij, apud Nonium in Condesper

Partem insipiam, conclusi, indepsui.

Scripti ego de coniectura, conclusi; quamuis in libri
nij legatur; conclusi, quod nec inficior defendi possi

FRANCISCI PITHOEI IO

A D

PETRONII ARBITRI

SATYRICON.

COLLECTANEA,

PAG. 41. V. 11. *Ut cum in forum venerint, putent se
lium terrarum orbem delatos*] Seneca in proem
9. Controuersiarum: *Itaque velut ex umbrato & ob
prodeuntes loco clara lucis fulgor obcecat: Sic illos a
in forum transcentes, omnia tanquam noua & inn
perturbant.*

V. 19. *Sed responsa in pestilentiam data*] Corn. Ta
sine quis alius author dialogi de Oratoribus: *Sic
tyrannicidarum premia, aut vitatarum electiones, au
silentia remedia, aut incesta matrum, aut quicqu
schola agitur quotidie, in foro vel raro vel nunquam
gentibus verbis prosequantur.*

PAG. 42 V. 16. *Grandis, & ut ita dicam, pudica*] I
Oratio sicut corpus hominis ea demum pulchra est, in qu
eminent vena, nec ossa numerantur sed temperatus ac
sanguis implet membra, & exurgit toris ipsos quoque
rebur tegit, & decor commendat. Vide Iuuenal satyr
Quintil. lib. 11. cap. 11. lib. v. c. 11. lib. x. i. cap. vi.

V. 19. *Enormi loquacitas*] Ful. Myth. Apud Rh
vero aliud profuso & libero cursu effrenata loquacitas
constricta virtutu indaganda curiosa nexilitas.

V. 23. *Semelque corrupta eloquent. reg.*] Vide Vel. I
cul sub. fin. volt.

V. 32. *Non est passus Agamemnon*] Infra: Sed veri
Menelaus etiam ante scholarius. Iuuen. surgis tu pa
tias Dicturus dubia pro libertate.

Pag. 43. v. 23. *Quod si paterentur*] Author dialogi de Oratorib. Nec in Anthorib. cognoscendum, nec in evolvenda antiquitate, nec in notitia vel rerum vel hominum vel temporum satis opera insaniuntur: sed expectantur quos Rhetoras vocant.

v. ult. *Schedium Lucilianum humilitatis*] Apul. apolog. 1. Omnifariam nomenitu, & in isto, ut ait Lucilius, schedro experimini.

Pag. 44. v. 12. *Det primos versibus annos*] Servius in illud Eclog 4. At simul heroum laudes. Bono ordine (inquit) primo poetas, deinde hystericos, deinde philosophos legendos dicit.

v. 17. *Demosthenis arma*] Propert. Persequar aut studium lingua, Demosthenis arma.

v. 26. *Grand. verba minentur*] Martial. Loqueris, sonasq; granditus minax verbi.

v. 29. *Plenus Pierio*] Auctor Dialogi de Orator. Hac sibi illa veteres persuadebant, ad hac efficienda intelligebant sibi illa veteres persuadebant, ad hac efficienda intelligebant opus esse, non ut Rhetorum scholis declamarent, nec ut ficti, nec ullo modo ad veritatem accedentibus controuersu linguam modo & vocem exercerent: sed ut in artibus perfectius implerent, in quibus de bono ac malo, &c.

Pag. 45. v. 13. *Capit me precedere*] genus loquendi frequens Petronio. sic eadem p. & per medium lupanar fugere capiti. Et rursus: *Capit ragare stuprum*. Pag. 46 v. 2. *capit q; mihi velle pudorem extorquere*. Pag. 48 v. 3. *& me capit non persunctorie verberare*. & v. 19. *Diligentius considerare palliū capit*. & P. 51. v. 2. *præclusisq; foris videre, acumen non minus concionum, quam calumniantium capimus*.

v. 15. *Centonem anas urbs reiecit*] Dositheus magister in arte: καὶ ἄγαν κέντρον κέντρον εἰσῆλθον, καὶ ἀπὸ τῶν ὑποκατάμειλον καὶ ἄγαν καὶ ἀπὸ τῶν καὶ ἀπὸ τῶν Virgil.

—duplicem ex humeris reiecit amictum.

v. 22. *Operui caput*] Aliibi, operuit caput, extraq; templū profugit. Plaut. Mostel. (capite obvoluto ut fugiat cum summo metu. & Cane respexu, fuge atque operi caput. Navius: Amorum uxores noctu Troiade exhibant, caputibus operui flentes amba, abeuntes lacrymis cum multis.

Pag. 46 v. 3. *Meretrix affem exegerat*] Arnob. 5. Cypria Veteris abstrusa illa initia praterimus, quorum conditor indisatur Ugnivas rex fuisse: in quibus fumentes certas stipelliferunt ut meretrix. Clemens, τὸ μισθὸν δὲ εἰς οἰκίαν αὐτῆς.

αὐτῇ οἱ μὲν ἄνθρωποι ὡς ἐπαίρει ἐρεῖται.

v.5. Nisi valentior fuissim] Ouid. Insequitur, fortior ille fuit.

ibid. Dedissem pœnas] Catal. Nimirum apertam latis ad pœnam. & Furatum venis huc amore pœnæ. Immatura dabit infandas corpora pœnas.

v.9. Crepidine semita] Servius: Crepidines viarum eminentia dextra sinistraque.

v.13. Lacrymas pollice expressit] an potius extersit

—— & lacryma vocem impediere loquentis,

Quas ubi marmoreo deterfit pollice virgo. Id
Eurytidos lacrymas admoto pollice fccat Alcmene.
Catull.

—— ut tersti lumina sepe manu.

v.15. habitum fratris] Scholiastes Lycoph. τὸς ἐξ
δελφὸς τὰ ἐρωτικά ποιεῖται. οὐ γὰρ ἐρωτῶντες φρονεῖν
οὐκ ἀδελφὸς μὲν ἢ συγγενὴς οὐκ ἐστίν.

v.25. Cuius ne spiritus purus est] Sueton. in Nerone
nonnullis comperi, persuasissimum habuisse eum, nec
hominum pudicum, aut vlla parte corporis purum esse.

v.31. Cum fortiter fac.] Apul. lib. 2. de Asin. Ab
ac te compara, tota enim nocte tecum fortiter & ex
preliabor. & alio loco: Præliare, inquit, & fortiter
liare. Nec enim tibi cedam, nec terga vertam.

v.32. Eadem ratione] Martial. — hec qui puer
fuisti, Dic nobis hodie qua ratione vires.

v.33. In diversorio puer] Seneca, Tota nocte per
quam inter ebrietatem domini, ac libidinem diuidis
cubiculo, vir in convivio puer.

Pag. 47. v. 2 Vitream fictam] Xiphil. in Claud.
τὸ λογοποιεῖν ὡς, ὅτι καὶ ὑάλινα σκεύη καὶ σκευ
μύα τὰν, πολιτικὴν ἐστίν.

v.15. Rumoribus different] Tacit. Pars multo ma
imminentes dominos rumoribus differebant. Terent.
quod rumore distulerunt malenoli.

v.17. Tanguam scholastic] Scholastica lege que
bi à me lectum memini.

v.20. Tardum est inquam differre, quod placet] Se
Affectus non sustinet moram.

v.22. Diversionem libido] Nec enim bene cum faci
gna Venusque manens.

v.27. Osculisque tandem bona fide ex] Alibi: Tun
mum bona fide puero basium dedit. Item, Optima fi

inuiscentem amicitiam toto pectore adstrinxi. Laberius:
Tollet bona fide vos Orcus nudas. Florus, P. R. cum bona
fide adoleuisset. Plinius, optima fide nos respirasse in hau-
riendo.

v.29. *Usque ad inuidiam*] Plaut. Mostell.

Ph. *Age accumbe igitur, cedo aquam manibus puer, ap-*
pone hic mensulam.

Ph. *Qui inuident, ne unquam eorum quisquam inuideat*
prorsus commodu.

Catull.

Dein cum millia multa basiorum,
Conturbabimus illa, nesciamus,
Aut ne qui malus inuidere possit,
Cum tantum sciat esse basiorum.

Martial.

Hoc tua sane puer Diadumene basia flagrant,

Quid, si tota dares illa sine inuidia?

v.30. *Nec adhuc quidem omnia erant facta*] Alibi, *forfi-*
tan dum omnia concupisco. Catull. Harent ad lacus, omnia
experiri frustra. Ouid. Epist

Ulciora pudet narrare: sed omnia sunt.

Pag. 48. v. 1. *Vesti-contubernium*] sic *Vesti-cibaria Cæ-*
sari.

v. 5. *Sic diuidere*] *Diuidere* *μίσ* v est Pompon. *tan-*
quam frater mihi sis, medium abdomen cum diuidam.
 Plaut. Aulular.

v.10. *fidem malè ambulantem*] Allusio fortasse ad am-
 bulatores illos, de quibus Martial.

Hoc quod Transiberinus ambulator;

Qui pallentia sulfurata fractis

Permutat vitreis.

Pag. 49. v. 19. *Qui hoc loco nos monet*] Plautus Pœn.

Quid me hac re facere deceat, egomet mecum cogito:

Si volo hunc vlcisci, lites in alieno oppido sequar.

Pag. 50. v. 4. *Sed nulle genere par erat causa nostra*] Iu-
 lius Firmicus, *Sed nullo genere matris dolor vincitur.*

v.9. *Pannuciam*] *Pannucia nuncupata, quod sit diuer-*
sis pannis obfita. Isidor.

v.11. *Suam cuique rem esse cariss.* Plaut.

Meus mihi, suus cuique carus est.

v.15. *Advocati iam penè notur.*] Leucip.

καλὸς γὰρ ὁ νοκτιόρως διαγίγναι. Calpur.

Ut mala nocturni religant brachia Mopsi

Titurus.

Tityrus, & medio furem suspendit onili.
 Sener. de Breu. vit. *Non est quod me solos putes dicere occupatos: quos à Basilica emissi demum canes eijciunt. sic leg.*

v.21. *Iam sequestri placebant*] Plaut. Rudento,
Non probare pernegando mihi potis es, nisi pars datur.
Aut ad Arbitrum itur, aut sequestri ponitur.
 Vide totam scenam, & cum hac confer.

v.19. *Veniemus ad constitutum*] Varro, *Alius conuicia-
 tus esset, qui tam serò venisset ad constitutum.*

v.vlt. *Litè faciebat*] Curius Fortunat. *Quod prima pars
 proponit, qua istem facit.* Fab. 7.2.

Pag. 31. v.13. *Sera sua sponte delapsa*] Ouid.
*Et iam conrigerant portam, Saturnia cuius
 Dempserat appositae inuidiosa feras.*

Ibidem:

Tota patet dempta ianna nostra sera.
 Nonius, Patibulum; *sera, qua ostia occluduntur, quod hac
 remota valua pateant.*

Pag. 32. v.2. *Impune adspexit*] Ouid.
*O sacros vultus Baccho, vel Apolline, dignos,
 Quos vir, quos turò fœmina nulla videt.*

v.11. *Medicinam somno petij*] Suetonius; *E plebe quidam
 luminibus orbatius, item alius debili crure, sedentem pro tri-
 bunalis adierunt, erantes opem valetudini, demonstratam à
 Serapide per quietem: restitutum oculos, si inspiciisset.*

v.17. *Inuensi impulsu licentia*] Tacit. libr.13. *quidam per
 inuilem licentiam, qua tunc passim exercebatur, inanem
 motum fecerant.*

v.26. *Totum meum press*] Alibi, *Premebat illa resoluta
 marmoreis, ceruicibus aureum torum.* Ouid.

*Cum premeret mollem lassus ab hoste torum. &
 Virq, torum pressit, ferrum Lucretia mecum est.*

Item,

Cum pressus prior est interiorq, torus.

Pag. 33. v.12. *Complosis manibus in risum*] Leucipp. *ἀνα-
 κροτήσας ἐν τοῖς χεῖρεσσι εἰς γέλασιν.*

v.20. *Ideo vetus*] Similetere quidam Heliodor. *ἐπε-
 σείλασιν μετέπει τιτὸν θυγερὸν ἐπὶ τοῖς βέλαισι παρσιναῖ
 μὲν αὐτὸς ἐπὶ τῇ πύλῃ.*

v.25. *Frigidior hyeme Gallica*] Servius in illud Virgil.
*& frigora Rheni. Qua amatorem (inquit) spernis, & Galli-
 cana potes frigora sustinere,*

v.32.

v.32. *Paria composueram*] Plinius: *Naturam spectantulum sibi ac paria componentem.*

Pag. 64. v.33. *Extortis nos clunibus*] Arnob. *Lascinia*, inquit, *deinde luxuriantis adsumpta*, hinc atque illuc clunes torquent.

v.vit. *Ballenatiam tenens virgam*] Hygin. Nonnulli, cum faciunt caducos, duos dracones implicitos virgula faciunt: quod intium Mercurio fuerat pacis. Eius exemplo & athleta, & in reliquis huiusmodi certationibus virgula utuntur. Ser. in illud Virg. *Tum virgam capis*. Hodieque (inquit) tam athletarum, quam gladiatorum certamina, virga dirimuntur: & praefecti gentium Maurorum cum fiunt, virgam accipiunt & gessant.

Pag. 55. v. 1. *Infelicibus dari missionem*] Apul. *Grassare gnauiter & occide moriturus*: hodierna pugna non habes missionem.

v.37. *Lucerna quoque humore def.*] *Lucernas non exstinguiebant, sed eas timebant languescere.* Plin. Plutarc. Galienus Imp. Epithal.

v.29. *Duo Syri*] Martial.

Munera pergrandes oïto tulere Syri.

Pag. 56. v.17. *Eiusmodi carmina offudit*] Plaut. *Suauem cantionem occipito cinadicam*, ut perpruiscamus usque ex unguiculis.

v.21. *Molles*] Mart. *Mollem credere te virum volebam*, Sed rumor negat te esse cinadum. Vib. Sequest. *Salmacis Cæria*, ex qua qui bibit mollescit, id est, obscenus fit.

ibid. *Veteres*, Mart.

Urbanus tibi Cacili videris.

Non es crede mini, quid ergo? vanda es, &c.

Quod bucca est vetuli dicax cinadi.

Sed & *Senetes* quidem molles & obsceni dicuntur. & vetus exemplar hoc loco habet *Vet. es.*

v.23. *Me basio consp.* Catull. -- quod pura impura puella.

Suauia coniunxit spurca salua tua.

v.25. *frustra moluit*] Hinc molus in illo Catulli iocor *Molus homo es Naso, neq, tecum molus homo: sed*

Descendis Naso, molus es & Parthicus.

v.27. *Tantum eras creta*] Horat. — cum penè soluto

Indomitam properat rabiem sedare: nec illi

Iam manat humida creta, colorq,

Stercore fucatus crocodili.

v.32. *Embascatam*] *Vet. lect. Embascatas*, qui vel quæ frequen

frequenter dat basia.

Pag. 57. v. 13. Mox manum demisit in sinum.
Ἐπεισι. ἢ δεξιὰ κατὰ κόλπον δῶσα, &c.

v. 15. Rudi] Catalect. sed lignum rude. &c. v.
v. 16. In promulside libidinis] Apul. Prolunius
fufcitaram.

v. 19. Nescio quid] Catull.

Carum nescio quid lubet iocari.

Max. Nescio quid Græco marmare dulce canens.

Mart. Nescio quid domina teneram qui garrir in

v. 22. producta est puella] Alibi, Ut in placida
duceret dominam, Donatus in illud Terent. Puella
vendidi.

v. 27. Nuptias fecerunt] Musæus, ἀλλὰ λίχες
ταλίσσονται ἐν ὕπνῳ, Erycius; εἰς γάμον ἂν αὐτῶν
Plautus:

Utrambit nuptum, non manebit auspices.

Idem:

Sed nuptias hodie quin facimus?

v. 33. Iunonem meam] Tibull.

Hac per sancta tua Iunonis numina iuro,

Quæ sola ante alios est mihi magna Dea

Et:

Et si per hæc, suos fallax iuravit ocellos,

Iunonem hæc suam, per hæc suam Venerem.

Pag. 58. v. 4. Posse taurum tollere] Ne pueri,
spurca à teneris assuescite. Horat.

Nec tauri ruentu

In Venerem tolerare pondus.

Erica virentes est animus tua

Campos imuenca, nunc finium gramem

Solanti astum, nunc in vado

Ludere cum vitulū salisto

Præstientu.

Taurum etiam Græcis ac Latinis dicitur αἰδέϊν,

Vitulus. Nequiter verò meretrix inflectit prout

Posse aliquem taurum tollere, quem vitulum tuler

uorin. καὶ τινὰ φασὶν μίσχον μικρὸν αἰετὸν

καὶ ἡμέτερον ποιεῖται λαθεῖν βοῦν φέρειν. Lucr.

ἰλλίδα ἔχ' ὥπως ταῦτον ἐπὶ αἰετῶν διωκόμενον.

till. lib. 1. c. 15. Milo quem vitulum assueverat fer-

rum ferebat.

v.7. officium nuptial.] Apul. Nupriene illa fuerunt, an aliud celebratum officium, an conuiuium tempestiuum? Iuuenal. — officium cras

Primo sole mihi peragendum in ualke Quirini.

Qua causa officij? quid quaris? nubit amicus.

v.30. Pueros capillatos] Marialis lib.5.

Et padagogo non iubente lasiui,

Parere gaudent villico capillati.

Ambros.6.Hexam.

Haud incitum extat adagium, comatus nondum cinadus.

v.33. Soleatus] Martial.referet lapsum de puluere follem,

Et si iam lotus, iam solcatus eris.

ibid. Pila sparsina exerceb.] Sido. Epist. Student pila senes, alea iuuenes, armis Eunuclii.

Pag.59.v.3. irculi] Isidor.de pila, dum ex circulo adstantium spectantiumque emissa.

v.5. Numerat,pilas] Senec. Si verò pilicrepus superuenit, & numerare cœperit pilas.

v.9. Digito concrepuit: ad quod signum matellam] Martial.lib.14. de matella:Dum poscor crepitu digitorum, & uerna moratur.

v.11. Aquam poposcit ad manus] Alibi tanquã aquam petere. Sidon. Retrorsusque conuersus tanquam manibus aquam peteres. Caper, in manus aquam poscimus. Veteres autem manibus pedibusque dixerunt.

v.16. Trimalcio] fortasse ter Malcio ille de quo Val. Martial. Ut Varronis sesqui-Vlysses & Trismegistus, & Triparcus, Plaut. in Perf. Ad Trimalcionis verò cœnam pertinet Senec.Epist.47.& 57.

v.21. precedentibus faleratu curs.] Cæsarius: ὑποκρίσας. νυν δὲ ἐπεὶ ὅτι τῶ βασιλέων δεῖσθαι πέφυκε. φανεῖ μὲν καὶ θεωρεῖται ὁ δεῖν καὶ ἄριστος ὅτι τὴ βασιλεία τινας. ἵππεδ' ἀν' δ' ὅτι τῆς πύλης τὴ πλατὺν πλατειῶν ἤκονται, ἀφ' ἧς τὸς κληθέντας ὅτι τὴ θεωρεῖσθαι εἰσδύει, μίχους δὲ μ' αὐτῇ τῷ βασιλεῖ τὴ αὐτῶν παροῖται.

v.22. Delicia] Cicero: Amores autem & ea que delicia appellantur.

v.29. In aditu ipso] Athenæus 4. δεῖ δὲ τὴ πρῶτον εἰς ἀλλοτρίαν οἰκίαν ἐρχόμενον μὴ γαστριβόρην ἀλλ' οὐδ' ὅτι τὸ συμπόσιον χορεύειν, ἀλλὰ τί δύναι θεωρεῖσθαι τῶ φιλοδιδάμοιο καὶ κατακίσσαι τὴν οἰκίαν. εἰ δὲ γὰρ τὴν παρ' ἐλπίε οὐκ αὐτῆς. αὐτοὶ δ' εἰσπλῶν δεῖσι δόμον. εἰδὲ ἰδόντες εὐαίμαζον.

Pag.

Pag. 60. v. 3. (aue, caue canem] Varro Eumen
hodie mea est prabitio, in ianua caue caue canem in
600. Notum illud Celsij apud M. Sen. 6. contr.
ad ostium alligasses.

v. 8. (caduceum renebat] Athenæus li. xii. Suet
in Calig. Plerumque verò aurea barba fulmen
fuscinam, aut caduceum, deorum insigne, atque e
neris cultu conspectus est.

v. 21. Pixis aurea, &c. in qua barbam] Suet. in
Inter Buthysæ apparatus barbam primam posui
tamq̃ in auream pixidem, & pretiosissimis m
adornatam Capitolio consecrauit. Xiphilinus.

v. 26. Procurator rationes accip Plaut Pseudo
promus, sum, procurator peni. &c. Mihi hercle ven
rationesq̃, heri Ballionis cura, argentum accepto e

v. 30. Embolum nauis] τὸ ἑλκυσμα τὸ πρὸς τῇ
τῇ πρὸς τῇ.

v. 34. Lucerna Bilychnis] Tertull. Cur die lat
reis postes adumbramus, nec lucernis diem infringi
nesta res est, solemnitate publica exigente, indicere c
habitum alicuius noui lupanaris. Græco autem
usus est, ne vile aliquid intro ferret: vt Virgil
tychni laquearibus aureis.

Pag. 61. v. 20. Natali meo]
Martial.

Vt possas Clyte munus exigasq̃,

Vno nasceris officis in anno:

Et solas puto, trēsue, quatuorue

Non natalitias habes Kalendas.

v. 30. pueris Alexandri] Capic. in Vero: A
secum & fidicinas & tibicines, & histriones, scu
marios, & prestigitantes, & omnia mancipioru
quorum Syria & Alexandria pascitur voluptate.

ibid. Aquam in maniatam] Multa nunc in
rigore, inquit Seneca, refrigeraretur alieno.

v. 31. Insequentibus ad pedes, ac paronyc.] Ioh.
ex antiquo, vt videtur, scriptore: Recumbentis
lamistratus comatulus excipit, nitorem inuidens
histrioni habitum, cultum procis, virginibus
triumphalem quoque Principibus apparatus: &
conspectu pedes, & ne plus dicam, teneris man
tractat.

Pag. 62. v. 10. Olinas in alt. par. albas] Oli

barum meminere Plinius & Celsus, nigrarum Di-
philus.

v.16. *Tomacula supra crat. fermentia*] Mart.

Quod fumantia qui tomacula rancus

Circumfert tepidis cocus popinis.

v.20. *Ad symphoniam allatus est*] Sed & ad Sympho-
niam efferebantur à cœna. Seneca: Pacuvius qui Syriam
usu suam fecit, cū vino, & illis funereis epulis se sepelisse,
quasi sibi parentaret, sic in cubiculum ferebatur à cœna, ut
inter plausus exoletorum hoc ad Symphoniam caneretur,
βελίονα, βελίονα, nullo non se die extulit.

v.22. *Pallio coccino adrasum inclusit. cap.*] Idem de Me-
cenate. In omni publico loco sic apparuit, ut pallio velaretur
caput, exclusis utrinque auriculis.

v.24. *Laticlaviam*] Sueton. Etiam cultu notabiliorem
ferunt. Usus enim lato clavo ad manum simbriato, nec ut
unquam aliter, quàm ut super eum cingeretur.

v.30. *velut stell. ferrumina*] Samothracium.

v.32. *Lacertum armilla*] Athen. καὶ δὲ τὸ σαυλον τρο-
φῆς Δούρις ἰσορῶν παροχθίδεω Αἰοῖς αὐτὴ μάλα, ὅτι ἐφάρ-
χλειδῶνας καὶ τοῖς βερεχίονι.

v.34. *spina argentea*] Penna quoque dentes leuaban-
tur. Martial.

— *suggerit q, ructanti*

Pinnas, rubentes, cuspidesq, lentisq, i.

Et,

Lentiscum melius, sed si tibi frondea cuspis

Defuerit, dentes penna lenare potest.

P.63.v.10. *Gallina erat lignea*] Arist. καὶ τῶν ταῖς δὲ
ἀλεκτορικῶν ὑποτιθίσαν αὐτῶν ἁπλῶς ἐπιπλάζεν οἱ τρέφοντες.

v.14. *Pamonina oua*] Athen.] ἐπαχύνει δὲ καὶ ὁ γαλ-
λῆς ὁ συρακῆσι, ἐν ὁφάρτυ τικῶ τῆς αἰῶν, φησὶ παρωτιώων
τὰ τῆς τῶν

v.16. *Amici*] Alibi, *Amici, inquit, nondum mihi suavis*
erat in triclinium venire. Vet. lap. *Amici dum vivimus vi-*
v.34. Aniomatu] Hefych. αἰτοματῶν τινες ἀφ' αὐτῶν τινος αἰτῶντος, αἰτοματῶν τινος ἀφ' αὐτῶν. Seneca epist. 89. Pegmata.

ibid. Per clostellum] Seneca 7. de Benef. Per clostrum qua se commissura laxauerat.

Pag. 149. v. 11. At ille pri. exhorr.] Claudianus:

vinci patiare rogamus:

Sic uxor, sic mater eris: quid lumina tingi?

Virgo, crede mihi, quem nunc horrescis, amabis,

v. 12. Vtraque manu] Martialis:

Hac utraque manu complexusq; ad fere toto.

v. 23. Lenatores] Nullibi istud vocabuli legere memini, nec quod vetus Glossarium habet. Silatarum, πλεῖστον.

v. 25. Sicut muta animalia] Xenoph. κυρ. παρὰ τῶν πτό γε τοῖς αἰνῶσι, οὐκ ἔστιν εἰ τις κωλύει τὴν θύραν ἀνακαλοῦντο αἰετὶ καὶ ἀλυσί.

v. 27. Non caperentur spe] Suprà, spe praeda moratur in scopulo. Seneca. Et fera & piscis spe aliqua oblectante decipitur.

Pag. 150. v. 20. Centies feferturum comesse] Martialis:

O quanta est gula centies comesse!

v. 28. Petauj] De Petilius Liuius libro 23. Polib. libro 7. Valerius Max. lib. 6. De Petaujs aut Petansjs nescio quis.

Pag. 157. v. 3. Fallunt nos oculi] Sext. Empir. ἀντίθετον δὲ τὸ φαίνεσθαι φαινόμεναι, ἢ νοῦν φαντασθῆναι, &c. φαντασθῆναι φαινόμεναι ὅτι αὐτὸς λέγει, ὁ αὐτὸς πῶς φαντασθῆναι φαντασθῆναι, ὁ αὐτὸς πῶς φαντασθῆναι.

Pag. 159. v. 15. Et cali summas] Quid si legas, Et illi summas aduocet auriculas? καὶ αὐτὰς, ὅτι. Sommarunt enim Nationes caput asininum Deum fuisse Iudaeorum: quod refutant Iosephus, Tertullianus.

S

IANI

VARIORVM IN P. ARBITRVM OBSERVATIONES.

Anni ferè XXXIV. postquam renatus Petronius, sed prò nefas tam ruptus, & multifariam truncatus, ut potius informe pecus ex matris visceribus excisum, quam legitimus factus. Itaque docti viri, publico bono nati, continuo dilaniata & dispersa eius membra cum cura conquiesuerunt, fracta & luxata obligarunt: quorum acumen, & felisiter curiosas manus expertus Arbitrarius, ut anguis, conuertit corium & zuum. Quam dāmus, editio postrema est, ea ut purior & amplior prodiret, imò ne quid omnino deesset, votum & animus mihi fuit. Quidquid igitur emendationum & explicationum ad Petronium pertinentium, apud nostri zui præclaros viros sparsum, excerpimus, digessimus, & hoc fasciculo comprehendimus, quò in promptu essent, & velut sub uno oculorum ictu. Selegimus autem necessaria: nam omnia adiciere nec libuit, nec per formam libri licuit.

Pag. 41. v. 3. *Satyricon*] Glossæ: *Excelsissimus dicitur à Petronio in l. Satyrarum.* Vnde manifestum hoc opus certo librorum ordine distinctum fuisse. Doufa.

v. 22. *Omnia dicta sunt atq; quasi papauere & sesamo sparsa*] Plautus in *Pænulo*:

Ag. *Obsecro hercle, ut malsa loquatur. M. I. Nil nisi laterculos,*

Sesamum, papaueremq; syriticum, & frictas nuces.

Douf. Turnebus *Aduers.* Lxix. c. vi. ad eadem Petron. antiqui videntur operibus dulciariis palati gratia sesamum adpersisse, Homerus *Batrachom.* Οὐ δὲ πλωὺς τανύπιν-
την ἔχων ὠμλὴν ποταμῖδα.

Pag. 42. v. 1. *quam qui in culina habitant*] Glossæ *Isidori: Culina, latrina, secessum.* Scaliger ad *Festum*.

v. 24. *qui postea ad summam Thucydidi*] *Summam* usurpat pro perfectione, consummatione & absolutione. Turneb. lib. xix. c. vi.

Pag. 43. v. 2. *Nimirum in his exercitationibus*] *L. Minimus*

omni in hu. nihil, ait, aut minimum peccare magistros, plurimum parentes. Janus Guil. Plaut. Quæst.

v. 15. *moratur in scopulo*] *ad. moritur. l. molitur.* Virgilius XII. — *manibus molitur habenas.* Georg. *moliri insidias anibus.* Guillel. Pl. Quæst.

v. 19. *ambitione donant*] *L. dicant.* Gruterus Suspici. l. ii. c. x.

v. 22. *puerum induunt adhuc nascentibus*] *L. lactentibus.* aut *denticentibus*, aut *vagientibus.* Idem.

v. 26. *verba atroci stylo effoderent*] *Stylo* scribebant in cerata tabella, cuius styli pars, qua scribebatur, acumen dicebatur. Cic. *Omnia sub acumen styli subeant.* Altera pars erat obtusa, qua in cera quæ non placebant, verba delebant, ac ceram rursus complanabant, ut est in Prudent. *æd. i. scd. i. v.* hymno ix. hinc Horat. Sat. x. l. 1.

Sape stylum vertas —

Vertit stylum, qui cum antè eius acumine scriberet, vertit, & alteram ad delendum partem adhibet. Turneb. lib. xiv. c. v. xxiv. Idem ergo cum Horat. innuit Petronius. vide Dougl.

v. 32. *quod quisquis perperam dixit*] Horat.

Vel quia nil rectum, nisi quod placuit sibi discunt:

Vel quia turpe putant parere minoribus, & quæ

Imberbes didicere, senes perdenda fateri. Dougl.

v. ult. *Lucilliana humilitati*] Lucillius in Satyris interdum se ad humilitatem iamborum demittebat. Turn. l. xix. c. vi. Scal. Aufon. lect. Dougl. *Liciniana improbitati*, à Licinio Caluo, cuius carmina quamvis iocosa, ingentis animi adfert Seneca. multis D.

Pag. 44. v. 2. *si quis amat adfectus*] *L. hamat*, ut Cicero apud Nonium, *adhamare honores.* Scal. ad Catalecta.

v. 3. *more frugalitatis lege polleat exacta*] *More*, est vitæ quadam honesta ratione atque instituto. Horat. l. 4. Od.

— *Mos, & lex maculosum edomuit nefas.* Varro apud Macrob. iii. Saturn. *Mos est in iudicio animi, quem sequi debet consuetudo, id est, cultus moris.* Edict. Diocle. & Maximian. Cæsar. *Si cunctos sub imperio nostro agentes castam in omnibus more colere perspexerimus vitam.* Pithoeus ad tit. de nuptiis collat. Mosaic. & Roman. LL. At Turneb. *morem frugalitatis lege pellat* — ita & Scalig. ad Catalecta, & interp. *morem luxus, pellat noua frugalitate.*

v. 6. *impotentissimum*] *L. ne potentium.* Turn. Dougl. interp. *valde potentium.*

v.7. *Nec perditus*] L. *perditus*. Douf. interp. *nequam & dissolutis*.

v.19. *histrionā additus*] L. *histrionū*. additus autem vocabulum, non participatio.

v.15. *Mox & Socratico*] l. *Mox & Socratico* plenas immittat habenas, præcessit enim: *Maoniumq;* bibat felici petere fontem. itaque *τοῦ ποταμοῦ* repetitur *τοῦ* fonte: *mox & Socrat. fonte* plenus. Adscripserat quidam ad marginem Græce, id abiit in grege Palmerius Spicilegiis.

ibid. *Mittere habenas*] quod Ouid. *immittere*, aliis remittere, id est, laxare. Douf. Ian. Guiliel. l. *mutet habenas*, mutare habenas iubet, & è curriculo Poëtarum, in Oratorium transcendere.

v.19. *Hunc Romana manus circumfluat*] Ordinem studiorum Petronius hunc facit, ut poëtice initium sit: tunc philosophia; mox Oratores Græci; dehinc ad eloquentiam Latinam veniatur: ubi aut verti de Græco, aut controuersias componi censet. ea sententia est in his versibus, tamen ita potius l. *Hunc R. m. circumstruat*, hoc est, Romani coronam faciant. Palm. Spicil.

v.23. *Et fortuna sonet*] L. *Et cortina. s. cortinam theatri* dixit Seuerus in Aetna. *Cortinam* Tacitus locum in quo dicatur: *cum vix in cortina quisquam adsistat*. quin elementis studiorum imbutus. Palm.

v.31. *dum in hoc dictorum æstu motus incedo*] Præpos. in inducenda. Douf. Palm. l. *dum i. h. d. a. totus incedo*, ut Horat. *Nescio quid meditans nugarum*, totus in illis.

Pag. 45. v.5. *quo stabulum esset*] L. *quo iter ad stab.* D.

v.10. *& Rogo, inquam, mater*] v. c. *Te rogo i. m.* Formula blandè adeuntium, cum quid exquisituri veniunt. Plaut. *Ecquem in angiportu hoc hominem nouisti, Te rogo.* Gulielm.

v.14. *& subinde ut in locum*] L. *& subsequor. inde ut i. l.* Gulielm. Pl. Q.

v.18. *inter titulos*] Fornices titulis inscriptæ. Iuuenal. Satyr. vi. Seneca Controuers. Atqui hunc locum ita restituerendum ex V. C. adserit Pithæus Notis ad tit. de falso testim. coll. l. l. Mosaicar. & Roman. in al. *internuculus*. quæ vox etiam in Apul. de Deo Socrat. *internuculos* recens cognitos. Turneb. Aduers. l. xxi. c. xxviii. l. *inter nuculos*. & meretricios significari pueros, qui nondum reliquere nuces. Scaliger ad Priap. *internuculos* interpretatur,

tur,intercutitos,impudicatos,stupratos:omne enim medium nucleum vocabant veteres.

v.22.operui caput] operiebatur caput in re crepera & subita.Quin&l.v.c.D.

v.25.aqua lapsus ac moriens] L.laffus ac m.Palm.

Pag.46. vers.1. prolatoq,peculio.] Plaut.in Pseud.
Mea quidem herclè habeo omnia, Meo peculio emta.B.nempe quod sœmina summa sustinet. In vita Heliogab. bene vasati, & maioris peculij. Priap.peculiati. Scalig.ad Priap.

v.3. iam pro cella meretrix assem exegerat] Locum liberum designat; in quo nequam faciebant. eum autem à lenis conduci mos erat. D.in aliam pro sella meretrix. vnde Briss.lib. de iure connub.iam profedam.ex Plauti Pœnulo.

v.6.satyrior bibisse] ad libidinem incitatum esse dicit è vi illius herbæ Turneb.

v.9.per caliginem] quod Plaut.per nebulam.D.

v.28. gladiator obscane, quem de ruina arena dimisit?] Pegmata machinæ è ligno, quibus vsus in theatris, in quibus varia inuenta,& stupendi lusus ingeniorum crescebant in sublime: subsidebant eadem,quin interdum chasmate & ruina subita dehiscebant, siue tota pegmata, siue homines. qui impositi, de hominibus hic Petronij locus.significat enim apertè,fugitium illum in arenam damnacum, & cum fœda muliere aliqua commissum, ruina pegmatis præter spem euasisse. Lipsi.de Amphith.c.xxii. Vide Scal.ad Manil.

v.31. cum pura muliere] immuni à fœditate morbi Campani. Lesbii vsurpata antiquitùs.

Martialis:

Improbis quiddam ridensq,rubensq, rogavi.

Pollicita est nulla luxuriosa mora.

Sed mihi pura fuit.——

Pag.47.v.2. vitream fractam.] L.vitrea fracta.D.pro nugis & rebus friuolis dixit Martialis:Sulphurata fractus Permutat vitreis. Turneb.

v.4.ut foris canares,Poëtam laudasti] multis Doufa ex Mart.Horat.Perf.quem vide.

v.8. intelligo nobis convenire non posse] Modest.I.C.D. pro socio : Dissociamur renunciatione. Huius formula hic apud Petronium & Apuleium Milesiarum x. Si tibi societas ista displicet, possemus omnia quidem cætera

fratres manere, ab isto tamen nexu communionis discedere, sic amicitia renunciabatur, & inimicitia denunciabatur. Suetonius in Caligula. Tacitus V. Annalium, Durantius Variar. lib. II. c. II. Liuius lib. XXVI. Sueton. in August. cap. LXVJ. Cicer. pro Flac. vide Lips. ad Taciti Annal. I. II.

v. 13. *aliquid aliud promittam*] id est, aliquam aliam rem pollicebor. Turneb.

v. 19. *habitationem prospiciam*] Liuius: *sedem prospiciunt.* D.

vers. 33. *cum fratre ludentem*] Honesta periphrasis rei turpiculæ. Seneca III. Controuers. *cum raptore coludentem.*

Pag. 48. v. 1. *vesti consubernium*] De iis, qui sub eadem veste cubant. Turnebus Dou. *Vesta consubernium, ut per irrisum appellet eum, qui longè à Vestæ castimonia absit.*

v. 5. *diuidere cum fratre natis*] L. *cogito latet spurcitas, addit enim, petulantibus dictu.* quod Cic. ep. lib. IX. In verbis honestis obscena ponimus; quid enim non honestum verbum est, diuisio. At inest obscenum, cui respondet intercaped. Hinc etiam diuisores, qui pullariam facerent. D. Prorus aliter Ciceronis illa Scat. interp. quam vide Castig. in Catull. Palmerius L. *diuidere fratrem voluisti.* Spectat id quod præcessit, ob iniuriam Ascyti communes cum eo sarcinulas partiri voluisse. Itaque hoc erat, inquit, quod diuidere tu volebas: diuidere autem, quod Laber. *cadere billas.*

v. 7. *Veniebamus in forum deficiente iam die*] Puto rerum furtiuarum forum intelligi; quæ in saburra deficiente iam die venales præponerentur. Horat. l. I. Satyr. *Fallasem circùm, vespertinumq, pererro Sape forum.* — quod interpretes de saburra maiore accipiunt, in qua vesperi fortitæ res venundabantur. hinc Plautus; *Vespertino vinere.* pro, furtis suis vitam sibi parare. ea de causa Propert. *vigilacem saburræ dixit.* Durant. Var. l. I. cap. V.

vers. 14. *laciniam extremam*] Lacinia ora, siue extremum vestis aut panni, *negotiosior.* Cuiac. obseruat. l. XII. c. XXIV.

Pag. 49 v. II. *ad interdictum venires*] Pro, veniret in ius ad prætorem. Turneb.

v. 15. *Ipsi qui Cynica traducunt*] Eos significari puto, qui

qui miserè viuunt : vt filiquis & leguminibus, quique vilissimis cibariis se sustentant : nam talis erat Cynicorum victus. Lucian. dial. mortuorum. Turnebus l. a. cap. xv.

v. 24. *Sed prater unum dipondium.*] A vilitate, quod penderet drachmas duas. ita per contemptum Dupondij appellati, primo anno noui auditores iuris. Hieron. *Quante oro dupondij supputabat?* Seneca epist. *dupondio scitur, id est, exiguuo sumptu.* Cuiac. Obsd. xii. c. 40. Turneb. l. xix. c. vii. *L. dupondium scilicet.*

Pag 50 v. 15. *aduocati nocturni*] Nocturni, pro furibus, quod & noctu grassantur. hoc autem eò lepidius, quod iam aduersperauerat, & ambiguitatis sensus duplici gratia augefcet, & aduocatorum nocturnorum, & furum nocturnorum. Turneb. vide Scal. ad Catull.

v. 19. *in controuersia esse*] Turn. *L. in controuersiam.* pro controuersum esse & litigiosum.

v. 29. *ad constitutum*] vide P. Pichori *Aduers. l. i. c. xii.*

Pag. 51. v. 13. *sera iam sua sponte delapsa cecidit*] Sic videntur antiquorum seræ fores occlusisse, vt exentiles essent, & quoties fores referarentur, seræ remouerentur, liberarenturque è catenas pendentes. Turn.

v. 25. *assentationem flectentibus*] *L. assentionem.* Gualtmir.

v. 29. *sed attenti expellimus lacrymas*] *L. aspectum animus.* Grut. Susp. l. i. c. vii.

v. 31. *detonuit imber*] *L. detumuit,* vt, odia detumescunt. similitudo à fluminibus. Idem.

v. 33. *ad articulorum strepitum contritus*] hoc inter alia commoti animi signa recenset Seneca de ira, l. i. cap. i. D.

Pag. 52. v. 20. *supinas manus*] Horat. *Cælo supinas si tulerim manus.* D.

Pag. 53. v. 1. *tentata manu*] *L. dentata:* id est, in modum pectinis dentatim formata. Lips. Antiquar. lect. libro i. cap. viii.

v. 4. *annuisset de hac medicina*] *L. adiunisset.* Scalig. ad Catull.

v. 10. *contemptus iurgia flectit*] Leg. *cum tempus i. f.* Turnebus Sambucus l. *plectit*, i. *nectit.* vt Ouid. *nectere iurgia.*

vers. 11. *Et qui non iugulat*] Alludere videtur ad morem & disciplinam gladiatorum, quorum præcipuum ad

S 4 victoriæ

victoriae consecutionem momentum non in fugulando & feriundo, sed modico corporis inflexu ictus eludendo. vide D.

v. 24. *frigidior hyeme Callica*] Gallia quæ ad Septentrionem, horridiorem experitur hyemem. Tur.

Pag. 54. v. 11. *duas institas*] institas dicimus segmenta & limbos, siue sint assuti vestibus, siue non sint, vt Scribonius Largus dixit, *ventrem cōstringendam instita longa.* & Hieron. *La[zar]us institis vinctus iacuerat in sepulchro.* Cuiac. Obser. lib. xii. c. xxiv.

v. 31. *myrtea subornatus gausapa*] Horat. *Murtheum nōdo colubere crinem.* Porphy. *colorem myrteum in crinibus hodie quoque dicunt, qui medius est inter flauum & nigrum.* non autem in crinibus solum dicebatur, sed in aliis quoque rebus Scalig. ad Catull. *Mirteus etiam color in equis,* Pallad. l. iv. c. xii. l. xii. c. i. explicat colorem pressum in purpura. Turn.

v. 33. *extertis nos elunibus*] L. extitit. Mart. *cultus tritior Hadili lacernis.* D.

v. ult. *balenatam tenens virgam*] quæ ē cartilagine balena sit. Turneb.

Pag. 55. v. 1. *iusit infelicitibus dari missionem*] Missio ad victos gladiatores pertinebat illius effectus, vt ab imminenti periculo, & in eum diem duntaxat liberarentur. Liuius: *Gladiatores dando, modo vnlneribus etiam, modo sine missione.* hinc apud Apul. li. ii. *Fotis hodierna pugna non habet missionem.* In re simili, Petronius infra: *Inhibuit Tryphœna facinus, non dissimulata missione.* Lipf. Saturn. l. iii. c. xxi. fusè.

v. 3. *horribile secretum*] Horribile, id est, sacrum, verendum, & quod hominum mentibus tacitam quandam religionem incutiat. sic postea: & *Protegenis rudimenta non sine horrore tractavi.* id est, non sine relig. metu reuerentia. Sic Lucret. *horrifice, pro venerandè.* D.

v. 7. *cœnatoria repetimus*] Mart. ——— *ebriatq; noctis Cœnatoria mittit aduocato.* Athen. *ἀδυντακά ἐνδύματα.* vestes, quibus in cœna utebantur. Turnebus.

v. 11. *gustatione mirifica initiati.*] Gustatio, seu, vt Mart. *gustus,* quæ aliis antecana. Vide Lipf. i. i. Antiq. lect. Turneb. l. xix. c. vii.

v. 19. *totam faciem eius longa fuligine perficit*] Plaut. in Pœnulo. *Si tibi illic non os oblitum est fuligine?* Nonius: *Sublenit,* significat illudit & pro ridiculo habuit, tractum à genere

genere ludi, quo dormientibus ora pinguntur. Vnde dilu-
cet hoc pigmenti genus iis allini solere, quos aliis ris-
dendos propinare volebant. D. Budæus in Pæd.

v. 21. *Sopitionibus pinxit*] L. *scipionibus*. D. Gruter.
Susp. l. 21. c. 111. *Sopitis tititionibus*. ut *sopiti titiones* con-
trarij sint ardentibus.

v. 27. *Lucerna quoque humore defecta*] Eadem narra-
tio de eadem re apud Propertium:

Sed neque suppletis constabat flamma lucernis,

Decidit inque suos mensa supina pedes.

Scal. ad Propert.

Pag. 56. v. 10. *concrepans æra*] Propert. *Cymbala The-
bano concrepuere deo*. D.

v. 16. *ut infractis manibus congemuit*] Antè: mani-
bus interiùs in articularum strepitum constrictis. ge-
stus erat componentium se ad dicendum. Propert. *at
illi Pollicibus fragiles increpuere manus*. Scal. ad lib. 1v.
Propert.

v. 21. *Deliaci manu recisi*] *spadones*. Nam capones
Deliaci manu castrantur. Deliacus enim, pro curatore
gallarum. Plin. lib. x. *Gallinas saginare Deliaci cape-
runt*. Scaliger ad Varr. de re rustica.

v. 25. *frustra moluit*] *Molere*, subagitare. Horat. *alie-
nas permolere uxores*. Ausonius: *Deglubit, fellat, molitur
per utramq; cavernam*. Lucill.

v. 26. *persuebant per frontem sudantis*] Horat. Epod.
*Quis sudor vietis, & quàm malus undiq; membris
Crescit odor.* — nec illi

Iam manet humida creta, colorque,

Stercore fucatus crocodili. D.

v. 34. *urbanitatis vernula fontem*] L. *frontem*. *ειρωνικῶς*.
vernula urbanitas, quæ salibus natis intra pomœria con-
stat, cui contraria rusticitas. nisi potius ad vernarum
dicacitatem allusum, quibus impunissimè etiam in do-
minos iocularia funditare ius erat. Seneca 11. de Tranq.
Marr. l. x. vide D.

v. ult. *Embascatam*] *ἐμψακισμένην*, aut *ἐμψακισμένην*,
à verbo *ἐμψα*, pro quo Latini *perambulare*. Catul. *Pe-
rambulabit omnium cubilia*. Scal. ad Catullum.

Pag. 57. v. 1. *per fidem inquam, nostraro*] L. *vostram*. D.

v. 5. *equum cinedus mutavit*] metaphora à Vertum-
nis desumpta. D.

v. 14. *& pertrastato vasculo*] L. *& protrastato vasculo*.

Tam rude hoc, inquit, belli Vasculum: ea pars quæ inter res serias nominari non debet. Plaut. in Pœn. Facie quod manifesti mœchi haud solent, Refere vasa salva. Lips. Antiq. lect. l. i. Græcorum imitatio: nam apud medicos ea pars *ovtũ* Scal. ad Priap. Palmerius L. rude hac inquit, belli cras in p. Rudis lanistarum ac gladiatorum est, quæ illi gladiatorum vicem ad pugnam exercebantur: ergo vasculum illud rudem vocat, quæ in primo coitu, libido, ceu pugna irritaretur.

v. 16. in promulſide libidinis nostra militabit.] Significat pueri vasculum minutum, quasi in antecœnam sibi fore, ad libidinem robustam irritandam. Promulſis autem antecœna, ideo quod daretur ante mulsum. Lips. 111. Antiq. lect.

v. 17. post aſellum diaria non fumo.] Vide Douſam, & Palm. Spicil.

v. 27. nuptias fecerunt.] Alibi, iacuerunt una non tantum illa nocte, quæ nuptias fecerunt: Nuptias facere, *trò oĩv vñatē* &c. iv. Inde Feſto nupta verba, obſcœna. Lips. Antiq. lect. lib. 11. c. 11. lm

Pag. 58. v. 24. commonebat obiter labra] commouet labra, qui laſciui oris motu ad amorem allicit, & ſe conformat os, vt baſiari velit. Turbebus, Palmerius ex Ful. commoneb. valgiſter labra: quem vide; vti & Douſam.

v. 33. pila ſparſima exercebatur.] Vide Hieron. Mercurialis de arte Gymnaſt. l. 2. c. v.

Pag. 59. v. 9. digitos concepuĩ: ad quod ſignum matellam ꝑado ludenti ſuppoſuit] Martialis:

Digitĩ crepantiſ ſigna nouit Ennuebuſ;

Et delicata ſuſcitator vrina,

Domini bibentiſ ebrĩum regiſ penem.

Idem libro xiv. diſticho, cui lemma, matella ſiſtitiſ. vide D.

v. 17. non linteis, ſed palliis.] A lauatiõẽ oleo aut vnguento perſuſos linteis tergeri mos erat, non palliis, linteis, vnde hoc quoque inter lautitiis Trimal. ponit Arb. De linteis Mart. l. x. & alibi D.

v. 20. Leſtica impoſitiſ.] De earum uſu, forma, diſcrimine, Lips. Elect lib. 1. c. xix.

ibid. præcedentiſ ſaleratiſ curſoribꝯ] De curſoribꝯ, qui in comitatu nobiliũ, ſaleratiſ etiã meminit Sueton. in Ner. c. xxx. & Seneca ep. xxxi. Omnes iam ſe peregrĩ

peregrinantur, ut illos Numidarum præcurrat equitatus, & agmen curforum antecedat. Omnium padagogia oblita facie videntur, ne sol, ne frigus teneram cisternam lædat. D.

V. 21. *chiramaxio*] Videtur esse genus modici plauti, quo homo tantum gestari poterat, & à seruis, non à mannis trahebatur, unde vocabatur Chiromaxium. Scal. ad Fest. *Arcuma*.

V. 33. *pica varia*] Plin. l. x. c. xxix. *picarum genera*, quæ lingua insignes cauda, *varia* appellantur.

Pag. 60. V. 2. *canis ingens catena vinculus*] More veterum canes ad ostium non vini modò, sed & sculpti, ut in regia Alcinoi:

χρυσεί δὲ ἐκάτρεθ' ἔχ' ἀργύρεοι κύνεις ἴσαν
δῶμα φυλασσέμεναι.

vel picti in pariete, ut hic in Petron. *Popma* ad Varr. vide *Casaubonum* ad Theoph. *Characteres*.

V. 4. *caue, caue canem*] Varrò: *In ianua, caue canem*, inscribi iubeo. & titulus Mænippi. *Caue canem*. hoc uti conveniet, quoties monebimus, cauendum ab homine medico, & obrectatore, vel ab hospite inhumano. *Popma*.

V. 7. *Venalitium titulis pictum*] *venalitium* vocat δῆλο-
πραθῆεν. tituli autem non solum in venalitiis pingi soliti, sed etiam collo aptati vendundi mancipij Propert.

At quorum titulus per barbara colla pependit,

Calati medio cum salière foro. Scal. ad Prop.

V. 28: in postibus triclinij fasces cum securibus erant fixi, quorum unam partem] *Limam partem*. Fasces, bacilli aliquot teretes loro colligati in modum fascis, Securis & fasces insignia Magistratus, quibus à licitoribus prælatæ. Duumviris autem, Aedilibus, Quinquennialibus, Sexviris (qui Magistratus municipales) lictores præbant: non cum fascibus, sed nudis virgis aut bacillis. ideo miratur adolescens, quia insolens & præter morem. Fusè Lips. Elect. l. i. c. xxiii.

V. 31. *G. Pomp.*] L. CN. Pomp. ut *Gnaeus* fiat. D.

Pag. 61. V. 19. *Vestimenta mea cubitoria*] L. *accubitoria*. Romanis alia vestis domestica, alia forensis. inter domesticas cœnatoria, quam non fas videre publicam lucem. Martial. Lemm. Cœnatoria: *Nec fora sunt nobis, nec sunt vadimonium nota: Hoc opus est, pictis accubuisse thoris.* fusè Lips. quem vide Saturn. l. i. c. ii.

V. 20. *quæ mihi natali meo donauerat cliens.*] Cœ-

S. 6. -natoria

natoria patroni locupletiores à clientulis suis quotannis muneri accipiebant diebus natalitijs. Mart. libr. x. *Canatoria mittit advocato.* Plin. lib. iv. Epist. sola se munuscula dumtaxat natali suo accepisse, & plerisq; misisse. D.

v. 22. *sed iam semel lota*] L. *sed haud.* s. l. vt dibapha significet. Lips. Saturn.

Pag. 62. v. 8. *caterum in promulsidari*] in al. in *promulside* danda L. in *promulsidariis*. Vlp. de auro & arg. leg. *promulsidaria vasa* appellat. hinc *promulsidaria* intelligit cibas, qui in gustu. Lips ep. quæst. l. iii. ep. 12. Palmer. in *promulsidaro*. eo exemplo, quo postea: *cœnemus hoc est, in ius cœna* : Græca forma. Gell. l. ix. c. 11. *perit as sibi dari eis αἶγες.* Corinthia autem pro vasis Corinthiis, vt ferunt, Numidicas, Africanas: concreta pro abstractis dicimus.

v. 22. *pallio coccino adrasum incluserat caput*] Græci, Romanique capite intecto: qui delicatiores capite incedebant pallio lato, non sine suspitione luxus. Seneca de Mecenate: *Hunc esse, qui in omni publico actu sic apparuerit, ut pallio velaretur caput, exclusis utrimque auribus.* Plutarchus superbiam Demetrii taxans: *Domino stante, inquit, ipsius accumbebat, ἔχων δὲ ἄρων κτ' & ἀφελὲς τὸ ἱμάτιον* Lips. de Amphith. c. xx.

v. 23. *Circaq; oneratas veste ceruices laticlaviam immiserat mappam, fimbriis hinc atque illinc flumentibus*] Clavi, quibus honoris causa utebantur Senatores, vel Tribuni, vel Equites, non erant confuti vestis, sed supra eam demissi in pectus vsque, alij arctius, alij latius, vt rectè Horatius dixerit; *Latum demisit pectore clauum.* Acro ad illa verba: *Prætextam & latum clauum.* — *Latum clauum in purpuram dicit, qua in pectore extenditur Senatorum Græci τὸ πολεμῶνα vocant.* Vsum eius hodie retinent principes, iniiciens vestis à ceruice ad pectus indumentum ex purpura, vel pellibus pretiosis muris pontici, vel aliis, dum regio habitum prodeunt in publicum. Cuiac. Obs. l. xii. c. xxxix.

v. 32. *armilla aurea cultum*] armillæ sequiori sexus olim in usu tantum, gliscente luxuria ad virorum ornamenta traductæ Plinius lib. xxxiii. c. iii. D.

Pag. 63. v. 19. *Accipimus nos cochlearia*] Cochlearum vsus quis fuerit, etiam ex Martialis libro 14. lemmate cochlearis:

Suum cochleis habilis, sed nec minus utilis onis.

Nunquid

Nunquid scis potius, cur cochleare vocer?

Plin l. xxi. c. ii. D.

v. 20. non minus sex libras pendentia] L. n. m. s. libram p.
Grut. Susp. l. ii. c. x.

v. 29. fecerat q. potestatem clara voce.] Lautiores domini conuiuiis suis potestatem facere soliti poscendi quæ vellent. Martialis:

Rectam vocatus quem recurrit ad cenam,

Ter poscit apri glandulas, quater lumbum,

Nec erubescit peierare de turdo. vide D.

v. ult. colaphisq. obiurgare] Pers. solea obiurgare. Suct. ferulu obiurgare. D.

Pag. 64. v. 2. lecticarius] inter tot res conuiuij electiss. lecticario quis locus? Scrib. infestatq. est supellecticarius, id est, is qui supellectilem curet. quæ vox in Pandect. & Gloss. D.

v. 8. minorem nobis astum sua frequentia facient] sua infrequentia. Gruterus Susp. lib. v. c. xiii.

v. 19. Larvam argenteam attulit seruus sic apta] Ausonius: Simile ut dicas ludicro isto quod Græci *σομάτων* vocant, oscilla ea sunt. Ad summam quatuordecim figuras geometricas habent. Sunt enim aquilatera, vel triquetra, aut recti anguli vel obliqui: isoscele, vel isopleura: orthogonia quoque, vel scalena. Harum vertibularum variis coagmentis simulantur species mille formarum, &c. Huiusmodi larvæ in medium conuiuium iaciebantur, & ex illis eas figuras Rex conuiuij exprimebat, ut mutationis & breuitatis vitæ commonefaceret; & propterea bibendum, ut nihil de fructu huius vitæ periret. Nam alioqui semper in conuiuiis mortis mentionem iniiciebant, & caput mortui, ubi larvæ copia non erat, in mensa apponebant, vel è triclinio suspendebant. Epigramma Græcum:

ὡ ἀνθρώπων χάρις σσι παροπλῆν, ἀρταλόγῳ

αἶτη, καὶ δροσερῶν ἐν πελάγων σέφῳ,

καὶ τὸτο φθιδύριο πρῶτον ἐρεθίσαι.

ἐγκέφαλε ψυχῆς πρέσιον ἀνθρώπων.

ὡν ἐλπίς τὸ γλυκύμα, καὶ ἔσθια, καὶ σέβας

ἀνθρα. ποῖοις γινόμεθ' ἐξαιτίας.

quæ ad verbum interpretantur Petronium. Seal. Auson. lect. l. ii. c. xxv.

v. 27. uiuamus] hoc sermone laceffebant: lætitiā. Rscript. Amici, dum uiuimus, uiuamus. Lips. Sat.

S 7

ibid.

ibid. dum licet esse bene] esse bene. *Nonne* vitam omnem voluptariam complectitur: Plaut. in Bacch. --- ubi bene sit tibi, locum lepidum dabo: origo formata, quod cui omnia secunda vellent, ei precarentur bene esse. Lapis: Bene sit filio. filiabus. Guliel. Pl. Q. Doula 1. dum licet est q. bene.

v. 33. structor imposuerat cibum] Structores, qui fercula puerorum manibus allata commodè disponunt. Iuuen. S. v. Structorem interea, ne qua indignatio desit, Saltantem spectas, --- & Sat. xi. Structor eris cui cedere debeat omnis Pergula. vide Lips. Sat. serm. l. ii. c. 11.

Pag. 65. v. 27. eiusmodi methodio] methodium, pro methodo, id est, fictione, seu ludificatione. D.

v. 28. Processit statim scissor] Scissor, quem post Carpum; Iuuenal. carptor, qui, ut Sidonius eundem chironomanta cur dixerit Sat. v.

& chironomanta voluit Cultello, indicat hic locus Petr. & alter Senecæ lib. Epist. vi. Cum ad canandum discumbimus, alius spuma detergit, alius pretiosus aues perpectus & clunes certis ductibus circumferens eruditam manum in frustra excutit. eos ipsos diribitores. Apul. lib. 2. vide Lips. Sat. Serm. l. ii. c. 11.

v. 32. Carpe] Carpere est lacerare. ut XII. Tab. Faciem ne carpere. Ouid. Carpe cibum digiti. D.

Pag. 66. v. 13. in caelum abiit] Seneca: subsilire in caelum ex angulo. D.

v. 14. Topanta est] Trimalc. & αὐτῆς est. Varro Sesiui Vlysse: Hic omnia erat item sacerdos, prator, parochus. Demost. αὐτῆς ἐκεῖ & αὐτῆς. Lucio. & οἱ αὐτῆς ἀκούει. & αὐτῆς. Lipsius Epist. Quæstion. lib. iii. ep. 11.

v. 23. penes Mopsum Thracem memorata est.] L. immorata est. Lips.

v. 33. peregrina hospita] L. peregrino h. D.

v. 34. pietati cultrix] vide Turnebum aduers. lib. vii. c. xxi.

Pag. 67. v. 2. margarita] numero plurali posita, nam margaritum singul. Meconas: per candida margarita quæro. D.

ibid. tribacca] quæ tribus baccis vnionibusve inauri infertis constabat. Plin. l. x. c. xxxv. hos digiti suspendere, & binos ac ternos auribus fæminarum gloria est. At baccarum appellatio pro vnionibus vel in illo Virgilij effusecit: Colloque monile baccatum. Hadrian. Iunius Animad.

Ammauerf. lib. vi. c. xv.

v. 4. *Tollat pedes] tollere pedes, αἶρειν σκέλη.* Aristoph. in frag. Attellan. *Mammæ teneas, pedes extollas, congenues, fauces.* Cic. ad Attic. *Noli de uno pede sororis queri, licet etiam alterum tollas.* D.

v. 7. *Carchedonios ignes lapideos]* Plinius lib. xxxvii. cap. vii. *Carbunculi & similitudine ignium appellantur, cum ipsi non sentiant ignes, ob id a quibusdam Apyroti vocantur.* D.

v. 9. *ventum textilem]* vestem ventosam & tenuissimam, & quantem subtilitate ventos. Turneb. l. i. c. xv.

v. 10. *in nebula linea]* pro tenui amiculo lineo. quod nec panni crebritatem, nec telæ densitatem, sed nebulae raritatem æmuletur. Turneb.

Pag. 68. v. 11. *per omnes scirpos, gastrarumq; eminentiâ]* L. *scirpos, glarearumque em.* ut terræ petrosæ calculi intellig. D.

vers. 14. *ni tabellarius Trim. inuenisset]* Leg. *intervenisset.*

v. 25. *vehiculis dives]* ut diues agris. D.

Pag. 69. v. 14. *et alium locum quem polluas quare]* Locum his pro turpi illa corporis parte, in qua masculam auersamque Venerem subagitarent. in carmine libero: *Dum timet alterius vulnus: inepta laci.* Ex his constat locum veteres vsurpasse pro muliebri natura. Sammonicus: *Obscænos si pone locos, nona vulnera carpent.* Caro de re rust. *Si mulier colotio locos fouebit.* Durant. Var. l. ii. c. xi.

Pag. 70. v. 17. *Nomen amicitia]* Si amicitiam utilitate potius quàm honestate metiri volumus, hominum vita similis erit ludo calculorum, & calculi inter se amare videbuntur. nam in ludo tabulae sic diuisi sunt calculi in duas factiones, ut inter se quidam velut amici, quidam hostes sint. Vnde Martialis: *Gemens iste tibi miles & hostis erit.* Quatenus autem utile est ludo, istâ calculi amicitiam seruant federati inter se. Igitur si emolumentis amicitiam poteramus, amicitiam putemus exercere calculos in tabula, & eos nobile opus tuendæ amicitiae ducere. Turneb. l. o. Salib. Polycr. li. 3. cap. 7. & lib. 8. ca. 3.

vers. 21. *Grex agit in scena mimum]* Sententiam totius Epigrammatis expressit Lucian. in Necyomantia, quæ vide D.

v. 24. *diffimulata peris]* L. *afimulata.* D.

v. 25.

v.33. *ergo me non ruina terra potuit haurire? Ausugi, iudicium arena imposui*] *L. ausugi iudicium, arena i.* Tangit præteritas suas historias. iudicium intelligit de adulterio, quia uxorem Lichæ corruerat: arena imposui, quia dānatus ad ferrū, nescio qua fortuita ruina enasit. de qua antea: *Non taces gladiator obscæne, quem de ruina arena dimisit.* certè ad hanc terræ ruinam etiam illa pertinent: *Ergo me non ruinat p.b.* Lip[Epist. Quæst. l.v. ep. xix.

Pag. 71. v.3. *in diuersorio Græca urbis*] *Peculiari Græcæ urbis appellatione insignita antiquitūs Neapolis.* Tacit. lib. xv. *Annal. vbi de Cl. Nerone. Non tamen Roma incipere scenas ausus, Neapolim quasi Græcam urbem delegit.* D.

v.4. *Et quis hanc mihi solitudinem*] *al. l. solitudinem.*

v.6 *dignus exilio*] *L. exitio.* D.

v.9. *Quid ille alter? die qui tanquam toga*] *L. Quid ille alter è dy? q. t. t.* Lip[ep. quæst. l.v. ep. xix. *Doufa l. qui ipso tanquam toga virili die stolam sumpsit.*

v.15. *mulier secutaleia*] *quæ virum appetat & sectetur, si recta lectio est.* *Quamquam & respectus fortè aliquis ad rem gladiatoriam, quia hi fugitui, quos inducit Arbiter, olim in arena.* Lip[Sat. Serm lib. ii. c. vii. vbi de secutore.

v.34. *phocasiati*] *L. phacasiati. Turneb. militem enim non phacasiatum, sed caligatum oportebat.* D.

Pag. 72. v.19. *ex transuerso fit*] *Sene. debilitates, & cetera ex transuerso in vitam humanam incurrendia.* D.

v.31. *Natura veritate*] *L. varietate.* D.

Pag. 73. v.13. *Lycurgo crudeliorem*] *Hic ille fuisse videtur, de quo mentio infra & quicquid Lycurgi vlla grāsantibus exhibuisset.* D.

v.23. *quos odisse diuites solent*] *Plin. lib. 7. epistolarum, Amat studia ut pauperes solent.* D.

v.28. *Quare ergo, inquit, tam malè vestitus es*] *Martialis, Cur ergo, inquit, habes malas tacernas?* D.

Pag. 74. v.7. *qui solas exstruere diuitias*] *Horat. — exstructis in altum Diuitiis. —* D.

v.16. *ipsis lenonibus doctior*] *L. leonibus.* D.

v.19. *Iam ego caperam*] *Iam ergo c.* D.

Pag. 76. v.19. *male repugnanti*] *id est, simulatè repugnanti* Horatius, *digito malè pertinaci.* D.

Pag. 77. v.8. *causam desidiæ presentis excutere*] *Plin. l. xxv. c. ii. ita est profectò, artes desidia perdidit, & quoniam*

niam animarum imagines non sunt, negliguntur etiam corporum. D.

v.12. *tropica*] id est, umbras rerum, atque imagines tantum. D.

v.17. itaque hercula omnium herbarum succos Democritus expressit] num, è pergula, vt à Democrito contemptum patrimonium, & pauperrimam domum significaret. Lucianus quidem in Philopseude seribit, Democritum in monumento clusum fuisse, atque ibi admiranda illa scripsisse. Lips. Antiq. lect. l. i. c. viii.

v.27. *Myron*] Symmach. l. i. ep. xxv.

Pag. 78. v. 8. *Senatus recti bonique praeceptor*] Vide Fr. Iureti Notas ad Symmachi l. i. ep. xlvj.

v.9. mille pondo auri Capitolio promittere solet] promittere in votis, est vouere. Tibull.

— *nigrae pecudes promittit e Diti.*

De solemnī promissionis huius ritu, vide D.

v.17. *Trois halosin.*] Suet. in Nerone: *Halosin Rj.* D.

v.24. *scissaeq.*] al. *spissaeq.*

v.28. *Irata virtus*] L. *lurata*. D.

v.31. hoc titulus fero Incisus: hoc ad fata compositus Sinon] vt sit sensus: Hoc titulus equo inscriptus, hoc & Sinon proditor Troiae confirmabat. Feros pro equis, Catull. Virgilius, Hipposentauros semiferos indignant, non à feritate, sed à forma. D.

v.33. & mendacium] L. en mendac. Stevvech. ad Apul. D. hei mendacium in damnum potens. id est, damnosum Ilienſibus. D.

Pag. 79. v. 27. *Lauconte*] pro Laocoonte. sielantumia, non laotomia. Seneca. *Laudicaa*, pro *Laodicaa*. Plin. ep. Scalig. ad Fest.

Pag. 80. v. 8. *Nudo remiss.*] L. *Nodo remiss.* T. g. ingi *Cernicem*. D.

v.19. *poetam vocaret*] L. *vocarent*. D.

v.24. *sepius poetice, quam humane locutus est.*] Humane & poetice opponit, ad exemplum Horat. *Surge & inhumane senium deponere Camæna.* Humane, hominum more ac ritu. D.

v.32. *aduentitia excipere freq. solet*] ad cœnæ præbitionem allusio, quæ aduentoria Mart. Plau. *viatica*. D.

Pag. 81. v. 4. *Video Gythona cum linteis & strigilibus*] Ergo in balneo Gython, cum hæc acciderent; illustris strigulum ad fricandum, purgandumque in balneis usus. Iuuen.

Iuuen. — *et sonat unctis Strigilibus.* Horat. — *strigiles Crispini ad balnea defer. hinc destringere, strigilibus detergere.* Seneca ep. cxxxi. Plin. ep. dum destringitur, sergiturq. D. vid. Turn. libri xxvi. ca. xx.

v. 14. *relictisq. Enmolpo nam in balneo carmen recitabat*] Mirifica obseruatio decori in homine nimis poeta, quæ ita recitandi morbus tenet, ut nullo non & loco & tempore hominum auribus molestias exhibeat. Quod genus à Flacco in Sat. perstrictum:

*Non recito cuiquam nisi amicis, idq. coactus:
Non ubinus, coramue quibuslibet, in medio qui
Scripta fore recitent sunt multi, quiq. lauantes.*

Marc. L. iii. ep. xlv. D.

v. 20. *os vultu meo contero*] *suprà: basiu diffrenit: Aristanetus, natirestè me tò s'qua. D.*

v. 26. *peregrini amoris concessio.*] Pro amasio, qui alteri concessus optio, qui optatur. Plin. Afinaria: *Summe optationem Leonidam.* Sic Bibaculo Orbilius, Literarum obliuio, quod scilicet literas oblitus esset: Palm. Spicil.

v. 27. *postquam se amari sensit, supercilium sustulit*] Aristanetus; *αὐτὸς ἐπαυλίσθη, ἀπαυλίσθη ἡ ἀπαυλίσθη καὶ ἀποφύνηται μὲν καὶ ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ βασιλεὺς καὶ ὁ βασιλεὺς.* Vide D. F. ad Catull.

Pag. 81. v. 18. *ne in contubernium recepissem Ascyli partem*] L. Ascyli parem, pro, comparem. In diris: *Tuq. eris isti par.* Sidon. Helle Pontiaci parem Priapo. Quamuis in Petr. quidem malim Ascyli par. Sic enim solebāt, hunc illius par dicere, cum geminum moribus significabant. Plautus in Rud. Et erat hospes, par illius, Siculus senex — Palm. Spieile.

v. 33. *illum autem frequentia ingens*] Vide Doufam fusè differentem.

Pag. 83. vers. 10. *tantò magis impedit inguina*] Leg. expedit.

vers. 20. *Quid non sunt faciles*] id est, minuto pretio parabiles. Horatius, *parabilem amo Venerem, facilemque.* D.

Pagina 84. vers. 19. *extra cellam processit, tanquam aquam peteret*] hoc est, tanquam vesicam exoneraret. Veteres verò honestè aquam pro vrina posuerunt; & veteres dicebant, sumere se aquam, cum ibant ad fecesum. Ouid.

Sumenda detur cum tibi tempus aque.

id

id est, cum tibi detur tempus ad exonerandam vesicam.
Vide Scal. ad Propert. l. 3.

Pag. 85. v. 8. *si putas contingere posse*] exturbandum, *contingere*: nam sententia officit, Palm. periturus per precipitium, al. petiturus precipitia.

vers. 22. *Ut pueris discantibus audaciam tonsaris daret.*] Martialis lib. iix. *Tonsorem puerum* — D.

Pag. 86. v. 13. *redditaq; sortillo vice.*] in V. C. *scordato*. Scordalum interpretor, velut scorodalu, id est, hominem aliatum, & illuue squaloreque feedum. vide Turnebum Ada. lib. vi. c. iv.

Pag. 87. v. 1. *velut cibo me replebam*] Sape Plaut. *istuc mihi cibus est quod vapulare*. D.

v. 3. *in mediam rixam perfertur.*] L. in m. *noxam p.* Noxa aliquando notat iurgium ac dissidium. Aufon. *Sape in coniugiis fit noxia, si nimia est dos.* Noxiam & noxam idem vult esse Seru. in Virg. Soalg. in Priap.

v. 15. *Intrat stabulum praco*] Furtum quod a lictore aut viatore licio precipiendo, ipso aut alio quolibet comite indicium & fidem in lance praefereute, siue hoc priuata siue publica ex auctoritate Magistratus perquisitum inueniuntque est, per lincem & licium conceptum videtur, huius rei amissa perquirenda & concipienda ratio etiam apud Plaut. in Mercat.

Certum est praconium iubere iam quantum est conducier.

Qui illam inuestiget, qui inueniat: post ad praeorem illius Ibo, orabo, ut conquisitores det mihi in vicis omnibus.

Extat & alia praconij huius exempla apud Lucianum, Senecam lib. v. controu. Apul. l. vi. Miles. Theoc. idyl. xxx. & Fortunatianum libro 1. Rhesor. vide Pet. Pithæi Ady. l. i. c. ii.

v. 23. *Amictus discoloria veste*] Discoloriam vestem, ut Iuris auctores *versicoloriam*. Vopisc. *coloria*. Discoloria autem veste uti solitos, qui quid publica auctoritate facerent, testimonio Constit. Cod. Theo. tit. de habitu quo intra urbem uti oportet. Pet. Pithæus.

P. 88. v. 6. *claustrorum infirmitatem*] MS. *firmitatem*. D.

v. 22. *raptam cauponi harundinem*] Harundinem ostio appensam intellige. infra: & harundinem ab ostio rapuit, ea virga Seneca, ianitoris gestamen, lib. ii. de Tranquill. D.

v. 23. *Omniaque etiam foramina parietum scrutatur*] Solebant veteres in perquisitione furti, vel minutissima quaque.

quæque, quamvis obfignata, perferuari & excutere. Plauto de legibus, lib. xii. Apul. lib. 9. *Immisit itaque licetoribus cateruq; publicis ministris angulatim cuncta perlustrari iubent.* P. Pithæus Aduers. l. iii. c. xix.

Pag. 89. v. 6. *continuo ita sternutauit, &c. ad quem motum Eucolpus Gytbona saluere iubet.*] Sternutantibus bene comprocabantur, ac salutem ingerebant. Plin. l. xxviii. c. ii. *Cur sternutamentis salutamur D.*

v. 19. *amplexuq; iam mitigatum] al. iam mihi gratum.*
L. *amplex. tam mihi iratum.* Gruter.

v. 25. *Hibernum inuaderet mare] L. hibernum. D.*

Pag. 90. v. 12. *expedite sarcinulas] Catul. Aptu sarcinulas & expeditu. D. P.*

v. 33. *opus anhelitu perdet] L. prodet.*

v. 34. *animum diffidentem] L. diffidentem. D.*

v. ult. *obruo tunicula capite] L. obnupto D.*

Pag. 91. v. 12. *somnio circumamictus] Tibullus: Et cum fusco somnus velaui amictu. D.*

v. 26. *aliquando totum me fortuna vicisti.] Aliquando, pro tandem, ut Plaut. Aliquando osculando melius est pau- sam facere. D.*

Pag. 92. v. 5. *quis nobis Hannibal nauigat?] L. nobiscum.*

v. 32. *portibus se curuati insinuant] Leg. p. f. gramatim i. Lipf. Ep. Quæst. l. iii. ep. ii.*

Pag. 93. v. 32. *nam quod ad meum quidem comitatum attinet] pro societate & communione periculi mei cum vestro. Cicero. Societas & comitatus illius. D.*

Pag. 94. v. 3. *in duas iam pelles conijciam, vinctosq; loris inter vestimenta circumferam.] De hoc genere pellium Paulus l. 5. D. de supelle& leg. Cuiac. Obs. lib. x. c. xii. Persius sat. v. *Iam pueru pellem succinctus, & ænophorum aptas.* pellem dicit pro mantica & inuolacro vestis, aliorumq; utensilium. Turneb. Aduers. l. xiii. c. x.*

v. 33. *& inereia facies, ut suos Gallia cives agnoscat] Gallos facies incretasse indicare videtur: sed hoc ego ad narium potius Gallorum candorem referendum censeo: sicut & Gallicos vultus apud Tertull. de velan. virgin. Pithæ. Adu. l. i. c. xi.*

Pag. 95. v. 11. *crura in orbem pandere] Poplites diuaticatos intelligit, infra coeuntibus talis vitium Aethiopum genti, ad eos spectat hæc oratio, proprium talem quandam poetis coloribus depictum proposuit. Martialis lib. ii.*

Cum

Cum sint cetera tibi simulent quæ cornua luna,

In Rhytio poteras, Phæbe, lavare pedes.

v.15. *quid timenti*] M.S. *dementi.*

v.26. *stigmatè puniti*] L. *puncti.* vt Cic. *notis compunctum.* pro *stigmatico.* D.

v.28. *umbra supplicij*] L. *supplicij.* D.

v.33. *notum fugitivorum epigramma expressit.*] Fugitivi compungi solent notis, vel literis, quibus dignoscuntur, & deprehenduntur. l.2. D. de fugit. Quint. *Si quis fugitivo stigmata scripserit.* Clemens Alexand. τὸν δ' ἀποπύσω εἰς ἡμέτερα δέχουσι. Vide Cuiac. Obseru. l. vii. c. xiii.

Pag.96.v.6. *Non dissimulata*] L. *Nos diss.*

v.11. *Encolpion quid quaris?*] L. *Enc. quem quæscito à.* D.

Pag.97.v.12. *Audso enim non licere quicquam mortaliū in navi nequē unguēs, neque capillos deponere*] Propertius lib. iv. *Huic fluctus vino radicatus abstulit unguēs.* Ad quæ verba Scaliger: Hoc verum est naufragis & unguēs à cute recedere, & extremitates labescere. Quod cum videret superstitiosa antiquitas, tanquam naufragium deprecari vellet, quo scilicet sciebat unguēs radicatus auelli, solebat sibi unguēs præsecare, quoties turbaret mare, vt ex Petr. patet. Ergo irato mari capillorum refectione naufragium deprecabantur, vt euaderent unguium præsecionem, ne enecarentur in mari.

v.13. *neq; capillos deponere*] Paulò antè: *Notauit sibi ad unam tonsorem intèpestiuo inhaerentem ministerio, exectatusq; omen quod imitaretur naufragorum ultimum votū.* Gentiles urgente tempestate, ac nulla salutis spe affulgente, capillos soliti tondere. Nonius: *Qui liberi fiebant, ea causa calui erant, quòd tempestatem seruitutis videbant effugere, sicut naufragio liberati solent.* eam ob causam Iuuenalis Satyra xii.

Tunc stagnante sinu gaudens ibi vertice raso,

Garrula securi narrare pericula nauis.

nautam vertice raso, quem in mari sæpissimè pericula & naufragia inuenissent: Ad hūc morem videtur alludere Paul. A. A. Apost. cap. 27. v. 34. vbi deiectos metu naufragij vectorum animos conatur erigere, & δένος γδ ὑμῶν δειξέιν τὴ κεφαλῆς ἀποσίται. Durant. Variar. lib. ii. c. ix.

v.21. *auspiciū mihi feci*] Horat. *Cui si vitiosa libido fecerit auspiciū.* D.

v.33. *quadrageas plagas imponi*] Lucil. *Cui sæpe imposuī mille plagarum in diem.* D.

Pag.

Pag. 98. v. 2. *Spartana nobilitate*] Nota Spartanorum animi firmitudo ac tolerantia in sufferendis plagis. vide Senecam de prouid. cap. iv. Horat. nec tam patiens Lacedæmon. Dausa. Vide Fr. Iureti Notas ad Symmachi l. ii. ep. xlv.

v. 23. *cum homo prudentissimus*] L. *prudētissimus* ; suprà : *Lycas homo verecundissimus*. D.

Pag. 99. v. 7. *quia non totum*] L. *quia nondum*. D.

v. 10. *in porticu Herculis.*] Ergo hæc in vrbe Romæ patrata ab Eucolpio. Romæ enim porticus Herculis D.

v. 27. *Me ut puto hominem*] L. *me utpote h. i.* Guilel. Plaut. Quæst.

Pag. 100. v. 8. *intervenissent pecuniam vestram*] In MS. *pecunia* L. i. vos *pecunia*, *vestram* si fidem prod. D. & Palmerius, tamen Plautus *Intervenire argentum*.

Pag. 101. v. 14. *qua sola salamandra supercilia tua excusit* L. *exussit*. Plin. l. x. c. lxvii. D.

v. 15. *Pharmace, responde*] id est, sacrilege, scelestè. Aristoph. *Βατράχους*. D.

Pag. 103. v. 9. *Sed contemptus amor vires habet*] Ex persona Tryphænz, secundum illud Virg. *spretæq; iniuria forma*. quò pertinet illud, Ergo me derisit?

Pag. 104. v. 6. *exultans quarebat fuscina pisces.*] al. *exsultantes*, vt Mart. *Et piscem tremula salicentem ducere fers* D.

v. 23. *Quod solum forma decus*] M S. *Quod summum*. id est, præcipuum. D.

v. 24. *abegit hyems*] L. *adegit*. D. Pal. *adedit*.

v. 26. *ridit adusta pilis*] L. *nidet a. p.* Leuia enim & glabra quæ sunt, nident. Palm.

Pag. 105. v. 4. *corymbioq; domina pueri adornat caput*] redimiculum muliebrium comarum, vt trobylus viro- rum, scorpius puerorum. Sed hic comæ sunt appositæ. Turneb. l. iv. c. xix.

v. 5. *supercilia profert de pyxide*] Calliblephara, quibus supercilia ad ornatum denigrant. Iuuenal. *Ille supercilium madida fuligine tinctum Obliqua producit acu*

Pag. 105. v. 17. *decere exornavit capillamento*] Capillamentum appositæ coma. vt autem corymbion fœminarum, ita capillamentum virorum. Turneb.

v. 19. *quia flancorum corymbion*] in M S. *Flancor. L. glaucum* : nisi fortè Germanicæ cuiusdam gentis nomen reponendum, putà *Canchorum*, aut simile. D.

Pag.

Pag. 106. v. 21. *latrones inſit crucibus adfigi*] Cruci latrones adfigi ſolitos, Seneca ep. v. 11 & ſacra hiſtoria. Petrus Faber Semestr. l. 11. c. x. Apul. lib. 111. l. 38. D. de poen. Lips. de Cruce, lib. 1. c. xiii.

v. 24. *qui cruceſ aſſeruabat, nequiſ ad ſepulturam ſorpora detraberet*] Romanorū moſ fuit, vt facinoroſos, quorum poenæ ad exemplum pertinebant, ſupplicio affectoſ honore ſepulture prohiberent: itaque ſcutores adhibiti, donec putreſacta cadauera. Tacit. v. Ann. D. Matth. cap. xxvii. Petrus Faber Semestr. lib. 11. c. 1x. Lips. de Cruce, l. 11. c. xvi.

Pag. 108. v. 10. *ut quiſque ex notis ignotiſq;*] L. *ut quiſque ex notis agnatiſq;* D.

v. 17. *Itaque cruciarij vn.p.*] *Cruciarius* dictuſ iſ, qui in cruce, vel qui ea dignuſ. Decla. Calpur. Flacc. *Pedagoguſ cruciarius, peregrinuſ cruciarius.* de hiſ qui appenſi iam in cruce, at qui ea digni, per conuiciuſ ſic nominati. Iſidor. *Cruciarius, eo quod cruce dignuſ.* Apul. Ammianuſ, Tertullian. aliter hac voce uſuſ: *Febriſ per cruciarios, exituſ erogat hominem, id eſt, cruciantes.* Lips. de Cruce, l. 1. c. 111.

v. 20. *At miles circumſcriptuſ*] al. *circumſpectuſ* L. *circumpectuſ.* (*Circumpectere, eſt defraudare, circumuenire.* I. Guilielm. Pl. Quæſt.

Pag. 109. v. 10. *redierat in animuſ ele.*] L. *mæchile*, pro *mæchimonio.* vt referatur ad vxorem Lycæ corruptâ. D.

v. 20. *obliquiſ truciſq; oculuſ*] Flaccuſ: *obliquo oculo mea commoda limat.* Ouidiuſ: *Obliquo lumine cernit.* D.

Pag. 110. v. 23. *Et quod omnibuſ procelliſ periculoſuſ*] V. *E procelloſuſ.* huic non diſſimile Curtij: *Deinde momentuſ temporuſ reſpreſſuſ eſt imber.* Cateruſ adeo ſpiſſa intendere ſe nubes, vt conderent lucem: vixq; colloquentiuſ inter ipſoſ facieſ noſcitaretur. D.

Pag. 111. v. 1. *propè iam fideliffimi ſeruſ*] L. *properam. properè & properam, vt promiſſam & promiſcua.* I. Guilielm.

v. 17. *iuncta noſ mora*] al. *iunctoſ noſ m.*

v. 19. *ante præteriens aliquiſ tralatiſia humanitate lapidabiſ*] Ex communi humanitatis iure atque officio terram homini mortuo etiam ignoto ſepeliendi cauſſa iniicimuſ. Quinctil. Declamat. v. *Hinc & ille venit adfectuſ, quod ignotiſ cadaueribuſ humuſ congerimuſ. vbi ſub affectuſ vel affectioniſ nomine miſericordia, humanitaſ, manſuetudo, pietas intelligitur, ſine cuiuſ intentione cada*

cadaver alienum nemo fuñerat. Quamobrem qui de pietatis generibus scripserunt, primum locum in sepultura voluerunt. Servius ad Virgilium. Valerius Maxim. lib. v. cap. i. Seneca de benef. lib. v. cap. xx. Quint. Decla. vi. Proiecti corporis. Nobis verò genuit (rerum natura) non solum miserationem, sed etiam religionem; inde ignotis quoque corporibus transeuntium viatorum collatitia sepultura, inde iniecta ab alienis humus. Laët. lib. vi. c. xii. multis P. Faber Semeft. lib. ii. c. i. quem operæ vidisse.

Pag. 112. v. 1. & sub diata magistr] diata pro cœnatione, an cubili potiùs, in quo naucularius quiescit, vnde Diatarj apud I. C. qui in nauibus custodiæ causâ præponuntur. D.

v. 2. quasi cupientis exire belluæ] Vide Douf.

v. 13. porcā mugientem] L. phocā. ut respōdeat belluæ (quod præcesserat) gemitui. D.

Pag. 113. v. 21. Tanquam interfit periturum corpus quæ ratio consumat] Minut. Felix: Exsecrantur reges, & damnant ignium sepulturas, quasi non omne corpus etsi flammæ subiiciatur, annis tamen & ætatibus in terram resolva- tur: nec interfit utrum fera diripiant, an maria consumant: an humus contegat, an flamma subducatur: quum cadaveribus omnis sepultura, si sentiant, pœna est: si nō sentiant, ipsa conficiendi celeritate medicina. D.

v. 27. Quæ ergo dementia est, omnia facere] Omnia facere, genus loquendi non vulgare, quod ferè dicebant de irritō conatu. Cicero: At verò facere omnia, ut adipiscamur quæ secundum naturam sunt. Martialis: Omnia cum fecit, Thaisda Thais olet. Scalig. ad Virg. Culicem. I

Pag. 114. v. 10. O mi hospites] Plaut. in Cistell. Mi homines.

v. 23. nec ad scenas, nec ad spectacula admittitur] L. nec ad cœnas, nec ad s. a. Bongars. Notis ad Iustin.

v. ult. genusq; diuinationis] V. diuisionis. L. ditationis. D. Gruterus lib. i. Suspici. c. xii. diuinationis, à diuite, quo vsus Accius.

Pag. 115. v. 2. Utinam quidem sufficeret largior scena, id est, vestis humanior, quæ præberet m. f.] Ita legēd. Plin. epist. l. vii. Nōne cum surgis ad agendum, maxime tibi ipse diffidis? utique si largior scena, & corona diffusior. Suspitor de comitatu suo loqui Eumelpum, quem ampliore, tum cultiùs ornatum desiderare se prædicat. Vide Duf. I. Palmer. largior schema, quæ præberet m. f. Illa: id est, vestis humanior,

maior, vestimentum latius. manifestò è glossa Ian. Guilel.
L. largior scena, id est, vestis h. v. lautius.

v. 5. Non mercurius pœnam istam differrem] L. per am-
pera est Græcorum œlex. Non, inquit, differrem experiri.
Palm. Spicil.

v. 12. cessamus mimum componere?] perseverat in eadem
tralatione, quam cœperat antè: *utinam quidem sufficeret.*
&c. Ad hæc verba cum Eucolp. respondisset adesse sce-
nam, subiicit senex, ergo quid cessamus mimicam fabulam
componere? quam illicò componunt, & in Eumolpi verba
iurant, & in seruillem modum ficti dominum eum salu-
tant, tum quæ ipse proponit de opulencia & orbitate
sua, vt legitima verba mimi, condiscunt. itaque in illis:
elatumq; ab Eumolpo filium condicimus. L. condiscimus. Ia-
nus Guilelmus Plautinis Quæstionibus.

Pag. 115. v. 16. in verba Eumolpi sacramentum iuravi-
mus, viri, vinciri] Duplex genus inter gladiatores, Co-
acti & voluntarij. Coacti, serui, damnati, captivi. volun-
tarij, liberi, quique pretio se addicebant. Hi propriè au-
ctorati. Gloss. Auctoratus ὁ δαίμωντος εἰς δῖλον ἐαυτὸν
βάλλον, & μονόμαχος. Seneca apocolocynt. Manil. l. iv.
Astron. Nunc caput in mortem vendunt, & funus arena. ad
quæ verba vide Scalig. De his Tertul. lib. ii. ad Marty-
res. Callistratus l. iii. §. lege. D. de testibus. Cassiodorus
lib. 5. ep. antepenult. Hi autem quia liberi, iuramento so-
lenni interposito fiebant, iurabátque novitius gladiator,
se omnia passurum, ausurumque quæ legitimum gladia-
torem ius mos esset, hoc est, vitionem, verbera, necem.
nam in hæc tria iurabant. Iuramenti in auctoratione for-
ma in his Petronij, cuius meminit Horatius. *Quid refert*
uri virgis, ferroq; necari, Auctoratus en? — Acro: Gladi-
atores ita se vendunt, & cautiones faciunt, uri flammis, vir-
gis secari, ferroq; necari. Seneca ep. xxxvii. lib. x. Decla. iv.
Tibul. lib. i. Eleg. ix. Tertul. de spect. Vide Pet. Fabri Se-
mest. lib. ii. c. xi. Pet. Pithœi not. ad tit. ix. col. II. Mosaicar.
& Roman. B. Briss. de formul. lib. viii. Lips. Satur. Serm.
lib. ii. c. v. Turneb. Aduers. lib. ii. c. xx. qui l. in Petr. uri
virgis, ferroq; necari, eius sententiæ Durant. Variar. lib. i.
cap. iix.

v. ult. Familiam quidem tam magnam] propriè fami-
liam dicit, neque enim alio nomine censi antiquitus ser-
uilis conditionis homines, nimirum à famulando aucto-
ribus I C. Vnde gladiatorum familiæ apud Cicer. Se-

neca epistol. xlvij. D.

Pag. 116. v. 9. *omnibus renouet*] videtur desiderari, horis, aut tale. D.

v. 29. *pari clamore*] L. *clangore*. D.

Pag. 117. v. 19. *versum timuerunt calcare*] pro, terere, vt à via trita translatio ducta sit, quæ eadem calcatur. Nam & Aristophan. in Auibus, ἔδ' Αἰσχυλὸν πεπατήκας, id est, *Æschylum non calcasti*, quod est, nō diligenter peruolutasti. Turneb. lib. iv. cap. xix. Doufa ex M S. *non viderunt viam q. i. a. c. aut visam. t. c.*

ibid. *Eccē belli civilis ingens opus*] Ad Lucanum Poëtam trahenda hæc digressio D. multis.

Pag. 118. v. 5. *Assyria concham*] al. *Æsopyreon*. L. *At sese pictum miles l. i. v.* Turnæb. Palmerius totum locum ita emend.

Æs Ephiraum l. miles in vda

Quasitus t. n. c. ostro?

Hinc Numida lapides——

E. a. c. & lasa v. pacu:

Q. i. s. Mauris fera: & v. h.

Excutitur——

Ad mortes pretiosa: fames p. a. classes:

Tigris & a. g. i. datur in aula.

Ut b.——

H. p. effari parituraq; prodere f.

Æs Ephiraum, est Corinthium. Iuuenal. *Ephiraum*. Virg. *Ephyreum*. Quæritur æs Ephyræum esse in amore militi, quod armis non faciat; illud quod faciat, non esse. *Numidas lapides*, vocat columnas & marmora Numidica contemptim illud; *H. Numida accusant*; vnde Turneb. *accurant*, alia occasione subrepsit; cum scriptum esset: *Numida lapides*, id ne quis arbitraretur nominandi casu esse, fuerat qui ad horam adscrib. *accusat*. esse hoc modo: *accusat, Mauras sylvas*, vt Horat. *Maura iacula*.—— *fames premit a. classes*. Classe ex Aegypto Romam com meatus portabatur. At Imp. cō dementiæ venerant, vt annonaria classe feras ac circo arenam peterent. Sueton. Nerone, *Paritura fata*, iam pridem fata perniciem parturiebant Rom. nunc paritura.

v. 9. *Atque Arabum populus*] L. *populis*. D.

v. 19. *Persarum ritu malè. p. a.*] Huius sententiæ acrimoniam in mente habuit Cyprianus epist. ix. ad Donat. *Videte contra fœdus in s. q. nascendi patientiam incesta turpitudinis*

rudini elaboratam. Euirantur mares, omni honor & vigor
sexus, exituri corporis ad decore molliitur, plusquam illis placet
quisque virum in feminam fregerit. D.

leg. iul. de adult. *Cum vir nubet, in faminam viru porrecturam, quid cupiatur, ubi sexus perdidit locum? ubi Venus mutatur in alteram formam? ubi amor quaritur, nec invenitur?* D.

v. 5. *Et laxi crines*] Leg. *Fluxi*, vel, *Lixi*. i. *lixinio im-*
bati. D.

v. 26. *Quæ virum quarunt*] Quem videbant mollem victu; ore, vestitu, de eo dicebant, *Hic virum quarit*. Idem olim de Pompeio Magno dictum: qui cum omni corporis habitu & incessu mollitiem præferret, hoc effugere non potuit. ita enim à Cinna poëta perstrictus fuit

Fasciola qui crura tegit, digito caput uno

Scalpit. quid credas hunc sibi velle? virum.

Scalig. ant. lect. lib. i. c. xxvii.

Pag. 119. v. 2. *vendunt conchyliis*] al. *condunt*.

v. 5. *mutōq;* in littore tantum Sola] L. m. i. lit. cantum Sola d. a. f. a. lepidē, auræ aspirant cantum frondibus, ut Lucr. canere. Virgilius, loqui *filias*. Palmer.

V. II. *Est fauor*] L. *En fauor*. Stevvech. ad Apul.

v.22. Prater ea gemino] L. p. g. d. gurgite p. Fænarum inglu-
nies, usq; excedat arv. Palmer.

v. 27. *curis latrantibus errat*] *L. Hiru latr.c.* Hira intestinum icinum, quod vt inane semper est, ita iste gumie satiabantur nunquam, sed hiabant luxu & avaritia semper. Ian. Guilelm. Pl. Quæst.

v. 29. inops audacia tuta est] Sallust. Odio suarum rerum omnia student mutari : turba atque seditionibus aluntur. quoniam egestas facile habetur sine damno. D.

Pag. 120 v. 1. *Crassum Partius habet.*] Martial.

Pompeios iuvenes Asia atque Europa, sed ipsum

Terra tegit Libya, si tamen ullategi-

Quid mirum toto si spargitur orbe iacere

Vno non poterat tanta ruina loco. D.

v.16. *Ditus pater*] *Ditus* recto casu in Glossar. *Ditus* pater. m. s. ray. Scalig. in Cirin.

v.34. — & dum varios lapis] L & d. Parius libr. i. v.
Palm.

Pag 121. v. 15. *Vota tibi cedent*] id est, cunctis quae vo-

ibid. *minor ira rebellat*] *L.rebullat.* Definire voluisse videtur iram. Est enim ea fretum (feruorem dicunt, siue rebullitionem) sanguinis circa cor. Palm.

v.20. --- *& mihi cordi*] al. *Est mihi cordi.*

v.23. --- *iam stratos Marte Philippos*] *L.structos morte Phil.* Palmer.

v.27. *Iam fragor armorum*] *Leg.*

Iam f.a.crepitantum personat auras,

Et Libyen cerno, & tua Nile gementia claustra.

neque verò trepidabant aures fortunæ eo armorum fragore, quæ eum sibi volenti esse non dissimulet. Palm.

Pag.122.v.7. *vultus caligine texit*] *Virg. Cum caput obscura nigrum formidine texit.* Lamb.ad Lucret.

v.11. *Verticibus lassus montis iuga*] *L.V.lapsis m.i.* Labes enim significatur & hiatus, quæ ipsa quoque in ostentis numerata sunt. Palm.

Pag.123.v.5. *Testor ad has acies*] *L. arces.* Mafsiliam significat, & subiecta Infubriæ oppi dauid postea etiam clauum fit: *Dura cæsar tumidas iratus deprimit arces.* Palmer.

v.7. --- *dum Rhenum sanguine vinco*] *L.pingo.* Palm.

v.13. *Aut qui sunt, qui bella volunt?*] *L. qui bella iubent?*

Bella iubebat P.R.centuriatis comitiis, quem hîc Cæsar inuidiosè ex operis mercenariis collectam multitudinem vocat. Ianus Guilel. Pl. Quæst.

v.22. *reddenda est gratia vobis*] *L.votis votis iam & exsecrationibus inimicorum Cæsariani perierant.* Hanc tam impensam voluntatem negat Cæsar, quin remuneretur. Palmer.

v.26. *perasta est*] *h.e.perorata est.* Agere enim siue orare causas, gemitus. D.

v.vlt. *& insolito gressu prior occupat ausus*] *L. Et i.gressus p. ausu.* D.

Pag.124. vers.2. *mitique quieuit honore*] *pro, onere.* Palmer.

v.9. *Et paulò antè lues*] *Lues est soluta aqua, vt cum niues in tabem quamque liquatæ sunt; ait enim, aquas, quæ paulò antè solutæ labebantur, repentè in pruinam concreuisse & glaciem, vt ferro earum rigor frangendus esset.* Turnebus lib. iv. c. xix.

v.14. *nec rupti turbine venti*] *L.rupto. vt Virg.*

--- *cen rupto turbine venti.* Palm.

v.15. *confractum grandine cælum*] *L.confurctum. propter illud,*

illud, tumida. nam alterum alteri aptum. Palm.

v. 21. magnam nixus in hastam] L. magnam nix. i. j. ad-
uerbialiter, vt ad Cæsarem ipsum referatur. Palm.

v. 34. tota q. bella Ante oculos volitant] L. nota q. belli. A.
o. v. hoc est, quæ bellum comitantur. Palm.

P. 125. v. 1. Pectora per dubias] L. P. per q. duas scinduntur
tertia partes. Tertium illud sequi vellent. sed enim id per
duas sententias, non easdem illas scinditur. Quod tertium
fit, quæ duæ illæ partes, commemorat: Hinc figa per ter-
tas, &c. Palmer.

v. 14. votis interficit hostem] vide Scaliger. ad Tibulli
lib. iv.

Pag. 126. v. 1. Ergo tanta lues] L. Ergo tanta lues d. q. nu-
mina vidit, hoc vult, deos è terra fugisse, belli crudelita-
te territas, hoc est, tergo visos esse. Tergo videre, est fa-
gientem videre. vnde Catul. de Achil. Hostibus hand ter-
go, sed forti pectore notus. I. Guilel. Pl. Quæst.

v. 22. mutata q. sidera pondus Quæsuere suum] L. mira-
ta q. sidera. Absentibus diis, ait, sidera insolitam leui-
tatem cœli miratu, & onus assuetum requisisse. Ioan.
Guilelm.

Pag. 127. v. 18. Epidauria mœnia quere] L. Epidamnia
nomina q. Nesciit Romam tueri Pompeius, atque ad
Italiam vacuam Cæsari occupandam reliquit: atque ita
Dyrrachium cum exercitu transmisit, cui Epidamni no-
men vetus mutarant Romani, ominis causâ, vt Plutarc.
Plaut. in Menæch. itaque Epidamnia nomina dicit, allu-
dens ad significationem vocis. neque non tamen nomen
pro re dicunt. Albinoua.

— nomina magna locorum. Palm.

Pag. 128. v. 10. tam consuetudinem meam cogitabam] L.
non tam c. m. c. D.

v. 27. quò incessus tute compositus] L. arte compos. D.

Pag. 129. v. 6. statores] Statores sunt propriè carcerum
aut ædium custodes, nam stare est verbum eius rei, apud
Manil. libr. 5. Sunt & latrones, qui priùs laterones, quòd
latus tegerent. Scaliger ad Priapeia Turneb. libr. iv. c. xix.
L. discinctos. Statores, serui aut liberti, qui prope herum
stant, & ei præstò sunt. eleganter de muliere, quæ amato-
ribus plebeis delectatur.

v. 8. persusus puluere multo] al. mulio.

v. 16. Ego adhuc seruo numquam succubui] Licèt inge-
nuz, inquit, ac nobiliores matronæ reperiantur, quæ ad

explendam libidinem cum seruis crebrò flagella passis,
& mox cruci suffigendis consuecant, ego tamen ancilla
sum, cum equitibus tantum rem habeo. Petr. Faber.

v. 18. *in crucem mittam*] Seruilis pœna crux. Iuuenal.
Tunc cum seruo. Horat. lib. j. Saty. ij. Paul. lib. v. sent. r. xxj.
Apul. lib. x. Seneca j. de Clem. . . xxxvj. Plaut. in Mil. A&. ij.
S. iv. A. ij. S. ij. in Bacch. A&. ij. S. vlt. & innumeri scripto-
res alijs De his omnibus plenè Pet. Fab. Semest. lib. ij. cap.
viii. Lips. de Cruce, lib. j. c. xij. Venustè verò Crucem ser-
uum cruciarium appellat, qua facie sermonis scelus pro
scelesto.

v. 21. *nunquam nisi in equestribus sedes*] id est, *nunquam*
est mihi res nisi cum ijs qui sedent in quatuordecim ordini-
bus. Turnebus Metaph. ab equestribus, hoc est, locis in
spectaculo equiti datis. Petr. Faber. Semest. lib. ij. cap. vij.
Lips. de Amphit. cap. xiiij. Petr. Pith. Aduers. libro j.
cap. xvij.

vers. 27. *ut in platanona produceret dominam*] Paulò
pòst, *flexitq; se in eum diphona* Leg. *daphnona*. Platanon, &
Daphnon loca platanis & lauris confita. Turn. Aduers.
lib. xxvj. cap. vj.

vers. 32. *omnibus simulacris emendatorem.*] Enno-
dius: *Qui te ultra emendationem suum protulisti*: Pli-
nius epistol. Aufon. paneg. optimus & emendatissimus. Ar-
nob. lib. ij. *emenda:issimi mores.* Iuretus Not. ad Symm.
lib. . ep. xxvj.

v. vlt. *quicquid dixero minus erit*] ibid. Iuretus. Simile
huic illud Tibulli:

— *dictis ut non maiora supersint.* Douf. P.

Pag. 130. v. 23. *digitis gubernantibus vocem*] Argutè de
gesticulatone digitorum illecebrosa: ac prorsus mere-
trici, Tibull.

— *digitis cum voce locuti.* D.

v. 25. *concilio tibi*] *Concilio* propriè in re lenocinij. vnde,
Conciliatrix, pro lena seu stupri sequestra. D.

v. 26. *habes tu quidem & fratrem*] puellæ, quibuscum
solæ, *Fratres* vocabant: contra amatores suam compa-
rem, *Nororem*. infrà: *Recipias nervos, si triduo sine fratre dor-*
mieris. Nā Cython pullipremoni illi pro culcitella. Mart.

O quam blandus es. Ammiano matri,

Quam blanda est tibi mater Ammiane.

Fratrem te vocat, & soror vocatur.

Cur vos nomina nequiora tangunt?

Eadem

Eadem notione apud Tibull. Senec. alios. Lips. Antiq. lect. lib. iij.

ibid. habes tu quidem & fratrem, neque enim me piguit inquirere.] Ex præscripto disciplinæ lenoniæ. Plaut. in Menæch.

—morem hunc meretrices habent,
Ad portum mittunt servulos, ancillulas:
Si qua peregrina navis in portum advenit,
Rogant cuiatis sit, quid ei nomen fiet.
Post illa extemplo se adplicant. —

vers. 28. quid prohibet & sororem adoptare? eodem gradu venio] Leg. quid p. e. f. adoptare eodem gradu venia? Lips.

v. 33. inter cultores] Cultores, pro amantibus, translatione verecunda. D.

Pag. 131. v. 13. non sum quidem Solis progenies.] Per sem parentem fuisse Circes, eamque amatam à Sole habemus Odyss. n. Ouid. iv. Metamorph. Gruter. Susp. lib. vj. cap. xv.

ibid. dum places] L. cum placuit, id est, quotiescunque visum, aut complacitum. Tibul.

Cum libet, hac tristi depellis nubila cælo:

Cum libet, astivo promocat orbe niues. D.

vers. 17. nec sine causa Polyanon Circe amat] Constat apud Homerum Odyss. µ. à Circe Vlysses amatum fuisse. Vlysses autem πολύανδρος appellatur à Sirenibus. Turn. lib. xxvj. cap. vj.

v. 20. neque est quod curiosum aliquem contimescens ab hoc loco frater est] Catul.

Tam te basia multa basiare

Tesano satis & super Catullo est,

Quæ nec pernumerare curiosi

Possint, nec mala fascinare lingua.

Superstitio veterum, qua nimium felicitatis successum, certumque ac præfinitum numerum obnoxium fascino credebant. itaque laudantes aut numerantes dicebant, Præfisciai, quo omnem invidiam se amoliri putabant. Tertul. de velandis virginibus. vide Scalig. ad Catul.

v. 30. Talis humus Venerem molles clamavit in herbas] L. clinavit in herbas. vnde Inclinare. Lips. Antiq. lect. lib. j. cap. viij.

Pag. 132. v. 2. nunquid spiritus ieiunio macer : nunquid alarum negligens sudor. Puto si hac non sunt] Legend. n. si.

macet? n. a. n. sudor putet? Si hac n. s. Lips. Epist. Quæst. libr. ij. epist. ij.

v. 6. *si quid habueram virinum, perdidit*] Vide Ouid. *A. mor. lib. iij. eleg. 5.*

v. 16. *risus frangere*] *L. n. s. s. pro eo quod suprà, furiam molitionem. D.*

v. 19. *et quodam visu perturbatus*] *L. v. s. a. pro, spectro, & somnio turbulento. D.*

Pag. 133. v. 22. *ad tubicines mittas*] id est, de te est actum, & iam iamque animum ages. *venustè & cauillatoriè, ad tubicines mittere, de mortuo aut iam morituro, pro, accersere eos qui in funere canant. Turneb.*

v. 31. *Solent, inquit, hac fieri*] *L. Solent, inquit, hac, frater. vel, Solent, i. hac, & præcipuè. illud, fieri, inculcatum. Palmer.*

Pag. 134. v. 14. *Sine occidere placet, ferro meo venio? si verberibus*] *Philostatus epist. πλεῖν κίλευσα, ἐμβάινω πλεῖν ἀπομείνω, κατ' ἔργον. ῥίψαι τὸ ψυχρὸν, καὶ ὀκνῶ. Dougl. Fili. ad Tib.*

v. 24. *te habere potui*] *Habere, vt Græci τὸ ἔχειν. Aristip. ἔχω λόγῳ α. Terent.*

— *quis here habuit Chrysidem?*

v. 31. *cochlearumq; sine iure ceruicibus*] *L. stricibus, voce Plautina Vulgatam lectionem confirmat Athenæ. lib. iij. c. de ostreis, expeti ceruices eorum ostendit in cibis, & nominat τερχήλους ἀποφύγον κρυπῶν. Lips. epist. quæst. lib. iij. epist. ij.*

Pag. 135. v. 10. *Illa de sinu liciu protulit varij coloris*] *In veneficiis licia adhibebantur discoloria, non tantum illigandi, incantandique; vt in Pharmaceutria Virgil.*

Terna tibi hac primum triplici diuersa colore

Licia circumdo: sed etiam soluendi & expiandi gratiâ. Turnebus lib. xxvj. c. vj.

v. 13. *turbatum sputo puluerem*] *Sputum fronti illinebatur lustrale. Persius Satyr. ij.*

Infami digito & lustralibus antè salinis

Expiat. Turnebus.

vers. 15. *hoc peractò carmine*] *Turnebus videtur legisse: hoc pacto. c. t. m. i. e. t. l. c. i. s. quos ipsa præcansans p. i.*

v. 20. *manusq; anicula ingenti motu repluerunt*] *L. inquieti motu. Tibull. Et inquietum inguina arrigat tumor. Gruter. lib. iv. c. xij.*

Pag.

Pag. 136. v. 2. *Premebat illa resoluta marmoreis cervicibus*] al. *crinibus*. L. *Premebat illa resoluta marmoreis c'uinibus a. t.* Lipf. Antiqu. lect. lib. 1. cap. VIII.

v. 13. *non precantis*] L. *non pernegantis*, vt illam malè pertinacem recusationem puellarum indicet. Lipf. Gruterus Susp. lib. v. cap. XII. *non pugnantis*.

v. 19. *alligata mutuo ambitu corpora*] Mutuum ambitum honestè vocat insinuantium se amantum tenacissimum complexum. vnde Horat. ambitiosum puellam, agilem in circumplectendo pullo suo. Odar. 1. *Lascivius ederi ambitiosior*. I. Guilelm. Plaut. Quæst.

v. 23. *& me iubet catorogare*] L. *scato rigare* πὸ σκατὸν cubicularij mulierum maximè efferunt. I. Guilel. Turn. *catemo ligare*.

v. 25. *omnes quasillarias*, Tibull. — *pressumq; quasillo Scortum*. *quasillariam* ancillam intelligit. & Iuvenal. *Horrida quale facis residens in codice pellex*. Scalig. ad Tibull.

v. 27. *nullisq; precibus effusis*] L. *multisq; precibus e. D.*

v. 30. *Eiicitur & Proselenos, Chrysis vapulas*] De eadem matronarum impotentia Iuven. *si nocte maritus Aversus iacuit, periit libraria, ponunt Cosmate tunicas* — *hic frangit ferulas, rubet ille flagellis Et scutica*.

v. 34. *traque pensatis vicibus*] al. *visicibus*. D.

Pag. 137. v. 3. *poteram confingere*] al. *contingere*. Palmer. inducit vt alienum.

ibid. *languorem simulare* L. *infinulare capi*. Languor propriè in palæstra Veneris, cum à luctu nervos paralyssis occupavit. Lipf. Ant. Lect. lib. 1. cap. 111.

Pag. 138 v. 12. *constricta fronte*] id est, *adducta*, seu *contracta*. Mart. *Et numeras nostros adstricta fronte trientes*. D.

v. 14. *Sermonis puri non tristis gratia ridet*] *Purum sermonem*, pro Latino. *Latina oratio*, nuda & obscena, quæ nulla circuitione spurcas res prætextatis verbis loquatur. Mart. *Latine loqui licet*, h. e. suis nominibus res appellare. Palmer.

v. 19. *Quis petat in tepido*.] L. *Quis vetat i. t.* Palmer. vers. 20. *Ipsè pater*] L. *Ipsè p. v. doctos E. mare lussit* Guilel. Canterus Nouar. lect. lib. 111. c. XIV. vti Lambinus quoque. & Doufa.

v. 21. *& hoc vitam dixit habere telos*] τέλος, ita omnino L. Scal. Catalect. Douf. & hanc vitam d. habere deus.

T 5 Stevvah.

Stevvich. ad Apuleium, *dixit auere deos* Palmeri

Ipse pater veri doctus Epicurus in arce

Inſit, & hoc Vitam duxit habere telos.

Nam deos tollebat Epicurus, aut certe coniugium
inter deos. Arkautem Epicuri etiam apud Lucret. &
arx Philosophorum apud Virg. Ciri. *Si me iam summa
sapientia pangeret arce.*

v. 25. *sed tua fide*] L. *tua fide*. D.

v. 27. *vidua pudica* q, nocte] Catull. Nam te non viduas
incere noctes. Doufa f. ad Catul.

v. 29. *sibi ab Ascylo nullam vim factam*] quippe cupienti suprà de Ioue: & peccaturus in terris nemini tamen iniuriam fecit. D.

Pag. 139. v.1. *quem Lydus adorat Septifluns*] L. *Vestifluns*. vestes enim Eydorum erant fluxæ, vt ex Herodoto constat. *Septifluns* autem Nilo conuenit, non Lyda. Turneb. lib. xxvi. c. vi.

v 3. templumque tuis imponit hypæpis] al. *Hypæu. L.*
Hypæpis. Hypæpa est Lydiæ oppidum. Ovidius xi. Me-
 tam. Sardibus hinc ikin parvis finitur Hypæpis. alioqui
 Dianæ sacer hymnus Hypæpus. H. Iunius animad. lib.
 VI. C. IV.

v. 8. & rebus egonis Attritus] L. & rebus genus Attritus—D.

verf: 13 fortuna arriferit hora.] L. *aura*. Scaliger. & Lipſius.

v 23. aut quod purgamentum calcasti in trinio] Vide
Turneb lib. xxvii. c. vii.

Pag. 140. v. 8. *tanquam ante recens bustum*] Culinam
 his verbis circumscribere videtur h. e. loca quædam
 sub vrbe inopum funeribus destinata, vbi sepulcrales
 epulæ comburi mos erat. Quasi innuat Enotheas Eucol-
 pion, & Proclesen rex hac nota efunitorum, qui cibum
 e flamma petere possint. D.

v. 22. tam rigidum reddidero quam cornu] Quid. Et
tam durum cornu virius inuen erat. D.

Pag. 141. v. 9 imperio parate] L. parate D.

v. 14. & *amelan* *versuta* e] *Camella*, est *vas*. Iterum:
Infra manus meas camelam vini posuit. Ouid. v. Fast.
 — *a* *l* *p* *s* *i* *t* *a* *u* *e* *l* *u* *e* *t* *i* *n* *o* *u* *e* *r* *a* *t* *e* *r* *e* *l* *l* *a* *m* *e* *l* *a* *m* *i* *n* *e* *u* *m* *p* *e* *t* *e* *r* *a*.
 — Turneb. lib. xxvi. c. vii.

v. 18. *cucurbitam ingentem foco apposuit*] Martial. *Cucurbitam fecit Oraculus, eius diminutivum, cucurbiten, quod apud*

apud Arrianum Dissert. Epicteti: δὲ αὖτ' ὃν ἔχεν γυμνασίου ἐπεὶ διεμὸν ποιήσει τῷ παιδίῳ, ἢ αὐτὸ λέγει. Politianus Miscell. cap. xxx.

v. 28. *pariter spoliat*] *al. peritè spoliat. L. peritè despoliat. Steev. ad Apul.*

v. 33. *Non Indum fulgebant eburi*] Horat. *Non ebur, neque aurum Mea renidet in domo lacunar.*

Pag. 142. v. 1. *Impositum Cereris vacua nemus*] L. I. *Cereris nemus, baccæ, & n. p. Palmer.*

v. 4. *Hinc molle stilla latus*] L. *Hinc mollis tilia laus* Laus enim tiliæ, mollem & sequacem & lentam esse. Tamen, *Et molli stilla lacus*, non reprehendo. Palmer.

v. 6. *At paries circa palea.*] L.

Et paries circa palea satiat agresti.

Fortuitoq; luto, clauus numerabat & annos.

Transmigrarunt cognatorum versuum ultimæ dictiones. Reposuimus loco, inani & annos: quia ex S. Pomponio didicimus Clauos annales dici, ex quibus numerus colligeretur annorum. *Clauus annalis*, inquit, appellabatur, qui figebatur in parietibus sacrarum adium, per annos singulos, ut per eos numerus colligeretur annorum. Petron. igitur barbari & inculti seculi mores describens, dicit clauis annos numerari solitos, quos secuta ætas elegantior per Consules numerauit. Durantius Variar. lib. 1. c. 5. Palmer. *Fortuitoq; luto clauus numerabat agrestes.* Nam in templis quotannis clauus figebatur annorum index. Ita paries ille agrestis sacelli, de quo Petr. carmen, numerabat clauos, h. e. per clauos recenscebat annorum numerum. Eadem D. ante Palm.

v. 9. *præterea quæ fumoso L. f. quas f. D.*

v. 14. *Digna sacris Hecates*] id est, anus mendicissima & pauperrima, quod cum in triuio soleret adponi vilissima Hecates cœna, ut est apud Aristoph. in Pluto, pauperes rapere consueuerant penè prius quam apposta esset. Significatur autem Hecate pauperrima, quæ officio cœnæ Theſeum excepit. Turneb.

ibid. *quam Musa loquentibus annis Battia* v. m. t. a.] ita. leg. non *Bacchineas veteres*: ut intelligatur poema Callimachi, Battæ filij, quod Heecale inscriptum erat. Turnebus lib. xvi. cap. vi. lib. 1. cap. xv.

Pag. 143. v. 9. *peneq; fluentes*] *al. pœnasq; lucentes. L. pennasq; fluentes Harp. poetica phrasi, pro volantes. Lips. Ant. Lect.*

v. 22. *libaucram collula limen*] L. *superaueram*. Turnebus. at Aristoph. eadem metaphora vsus in Ranis, *ἐπὶ τοῦ διατελέφης, ἀλλὰ γὰρ οὐ γὰρ δὲ δόξας*. D.

v. 23. *cum testo ignis pleno venientem.*] Testum genere neutro. solebant autem antiqui testa ignem petere. hinc Cornific. lib. iv. ad Horennium: *Hic de tanto patrimonio tam citò testam, qua sibi petat ignem, non reliquit.* Turnebus lib. xxvi. cap. vii.

v. 29. *tribus, nisi portionibus è lege siccatis*] Aufonius;

Ter bibe, vel totiens ternos, sic mystica lex est.

Scalig. Aufon. lect. lib. ii. c. xxvi.

Pag. 144 v. 9. *anserem omnibus matronis acceptissimum*] Credo verecundiz causa. Plin. libr. x. cap. xx. an potius, quoniam Isidi hoc genus peculiariter sacrum. Sed quum Priapi delicias idem animal appellitet, suspicari possit aliquis improbius, quid sub matronalis schematis integumento occultari, nec aliò fortè accommodandum, quàm quòd auis huius lingua assumpta in cibo aut potu, foeminarum libidinem concitet. D.

Pag. 145. v. 20. *cum digitos poris apioq, lastrasset*] quippe impiatos ac pollutos anserina cade. D.

v. 23. *ex hac comestum dicebat*] L. *comesturam dicebat*. D.

Pag. 146. v. 9. *soluta mero*] *suprà: cum solutus mero.* Ouid. *Turpe iacens mulier multo resoluta Lyao*. D.

v. 12. *enasi tamen.*] *Tamen est tandem.* Non. Marcellus, Gruterus Susp. lib. v. cap. x.

v. 20. *Dearum libidinantium*] L. *Litigantium. vel, litigantium.* D. Gruter. Susp. lib. i. cap. xii. *libidinantiam. vt fit, dearum emularum, & liuore laborantium.*

v. 22. *tam petulantibus oculis*] *suprà: oculorum molis petulantia.*

v. 27. *Nec me contumelia lassant*] Tibull.

Utrò contemptus rogat, & peccasse fatetur

Lafus, & inuitis ipse redit pedibus.

Idem: *Nil ego non patiar. nunquam me iniuria mutat.* Doufa F. ad Tibull.

Pag. 147. v. 5. *regnum Neptuni canit Vlyxes*] L. *paruit*. V. D.

v. 20. *tu desiderium, tu voluptas*] Desiderium verbum amatorium, quo voluptas & delicia significatur. Horat. *O desiderium & dulce decus meum, & desiderij poculum, est poculum amatorium.* Horat. *Desiderijq, temperare poculum.*

paculum. Turneb. lib. xxvi. cap. vii. vide Fr. Iureti Notas ad Symmachi lib. ix. epist. xxix.

Pag. 150. v. 4. *Apud quasdam gentes scimus adhuc legem servari*] Solinus cap. lib. lv. D.

Pag. 152. v. 19. *Memphitides puella, Aegypti choraula & crotalistris in pretio erant*] quod ex hoc loco patet, puer manu loquaci, est χειρονομῶν χορῶλης: & anus recocta vino, est crotalistris. Idem propè est in Epigrammate:

ἔχμαβουσα μὲν τοῦ πῶτος χειρονομῶντα. Item,
ὑπερτάλεις ὀρχηστὲς ἀείδουσιν——

Scaliger ad Propertij lib. vi.

v. 31. *Anus recocta*] eodem modo Catull. *Fuffitio seni recocta*. Scaliger.

Pag. 153. v. 10. *cui vultur*] L. *Qui vultur*. Doufa F. ad Tibull.

vers. 12. *Non est quem lepidi*] Leg. *Non est quem Tyrium v. p. D. & Palm.* Doufa F. ad Tibullum, *Non e. quem Tityri v. p. ut luor & luxur vulturi adhaerentur*, quo modo ferè in Epigrammate Græco Antholog. ii.

ὄρεται ἡ δῖοις περὶ κληῖος ἀδελφῆς ἀνδρες,
ἀνδρῶν ἐπὶ δῶν βρώματα γυνέμενοι.
καὶ τὸ μὲν Τιτυδὸν καὶ γῆς δύο γυνεὲς ἔδυσαν,
ἡμᾶς δὲ ζῶντας τέσσαρες αἰγυπιοί.

v. 15. *Myrrhinum mihi adfers*] L. *adfer*. D.

Pag. 154. v. 3. *ferculum allatum est.*] refer ad Trimalcionum conuiuium. D.

Pag. 153. v. ult. *Nam comptum me*] L. *Nam centum me verna hallucita molestabant*. D.

Pag. 154. v. 5. *Tot Regum manubia p. f. r.*] Credo Eucol vel Ascylt. significari, nam de amborum manubiis habuimus: postquam optima fide partiti manubias sumus. D.

Pag. 155. v. 13. *Deridet festam Romuleamque casam*] L. D. *festam R. c.* Antonius Gniphon librum scripsit de festis; quid videlicet festis in veterum libris & sacris significet. In eo libro pleraque omnia exoleta vetustatis persecutus erat, ut ex Macrob. cognoscimus. Itaque hoc dicit Petr. *Festam* & quicquid antiquitas suam habuerit cum Gniphone, cum suis omnibus libris rideri. Palmer. Doufa coniecturam probat. Arbitratur autem Petronium seculi sui insolentiam incescere, atque hoc significare

gnificare; eò iam luxuriæ ventum, ut vilissimum mancipium non Gniphonis librum de Festra, aut rancidas antiquitates, sed Festram ipsam potiùs, hoc est ostium illud in sacrario Romano minusculum, ac vetustiss. Romuli regiam tãquam easam præ tegillo suo fastidij plenius naso suspendat adunco, nauseans ad simplicem Reipublicæ præcæ continentiam. Vide D.

v. 25. *Proiecit vitium hoc*] Vt proiectam libidinem, audaciam, pro effusi, & immodica; sic proicere libidinem, lasciviam, pro effundere: ergo *proicere vitium*, cuius iam modus nullus est. Palmer.

v. 34. *Nec toto*] L. *Nec noto, stomachum c. m.* Palma.

Pag. 156. v. 14. *Rebus in aduersis quæ iacere*] id est, quæ despiciunt nobis, nulloque in honore aut pretio fuerant, tum cum eorum usu facillè carere poteramus. D. in Catal.

Iacere me, quòd alta non possim, putas,

Ut ante vestari freta.

Et nescio quis dixit, *iacentem gustum*. Et Gellius: *Oppidò quàm sordere ac iacere incipiunt, quæ Latina sunt. Est, quod Græci ἀποεῖν.* Scaliger in Catal.

v. 15. *Sic rate demersa*] L. *Sic r. d. fuluum deponderat aurum.* D & Palmerius.

vers. 18. *Barbara contempti*] L. *Barbara contemptis prælia pannus habet.* Pannum (quo pannuceam & sordidatam plebeculam designat) barbara prælia habere contemptui, id est, bellicorum tumultuum securum degere. D.

v. 28. *Nam citius flammæ mortales ore tenebunt*] Tul. 11. de Orat. *Dicere aiunt Ennium flammam facilius ore inardente opprimam, quam bona dicta teneant.* Ennodius: *Facilius est ignem lingua comprimere.* Symmach. *Facilius est arduas fauillas ore comprimere.* Iureti Notæ ad Symm. libro 1. epistola xxv.

IANI

IANI DOVSÆ NORDOVICIS

PRO SATYRICO PETRONII

Arbitri, viri consularis,

PRÆCIDANÉORVM

Libri tres.

ANnos abhinc, ni fallor, iam factum est septem, quum tibi meane, an publica felicitas dicam nescio, eam cogitationem immisit, vt Bataviam nostram crebro reuiscendo de præsentia nobis tua gratiam facere & velles. & posses, mi suauissime D A N I E L. quam rem studiorum meorum rationi opportunissimam feliciter aliquādiu atque ex sententia nobis sub manus successam, cupientissimisque adeò ac lubentissimis animis vtrinque porro continuatam ac cultam, in ipsa penè (vt sic dicam) Epitafi inopinatus reuiscendum armorum ciuiliū clāgor, patriæq; infœlicis fortunæ mediis peregrinationibus istis tuis ex transuerso incurres desubito abrupte atque exstinxit; summo adeò meo bonorumque omnium cum dolore, tum illorum hominum flagitio, qui tumultus hos nobis Tragediāsque conciuere. Memiserum, tene (ô R O G E R S) animo meo carissime; tene inquam ista doctrina, fide, comitate, industriæque indole, & (quod rei caput est) ista beneuolentia dico, tantum temporis, tam multa adeò millia à L I P S I O ac D O V S A tuo dispretū, seunctū, & quasi abalienatum in externo solo vitam degere? Musasque ac studia nostra, ex cuius contuetudinis solatio tantas voluptates haurire ac participare solita, ex eius distractione ac dissidio tantos percipere luctus? Atqui paullo etiam præsentiæ tuæ desiderium tolerare facilius, si modo id ipsum mutua scribendi assiduitate lenire ac commutigare possemus. Nunc isti malo hoc insuper adiunctum est incommodi, quod nec per literas quidem interpretes colloqui inter nos confabularique liceat. ita vndique & terra & mari interceptus est comineatus,

Nec qui quam in clario numine presidet.

Næ iam ego reapse nimis quam verum esse experior

Plau.

Plautinum illud :

Tum denique homines nostra intelligimus bona,

Cum qua in potestate habuimus, ea amisimus.

Itaque nec te mihi succedere, æquum arbitror, nec causa dictionem expectare, quod biennium prope iam totum literarum officio defuerim. Tantum rogo quasque, ut satisfactionem quam dico animo, quo decet, accipias; flectasque mentem iustissima deprecatione lenitam. ea lege, ut bona fide poenitentiam emendem, hoc est, superiorum temporum veterum noua ac succidanea diligentia vsura sareiam; porro atque compensem, simulatque primum per illos licuerit, quibus est ea res in manu qua in re si tuæ fortunæ successus opinioni ac votis responderit meis,

Rex sum. Regem autem quid loquor? imò Deus.

Ac ne me iudices gratis aut sine mercede hacce noxa exsolui velle; en tibi, mi Patrone, **PETRONIUM** hunc nostrum, qui caduceatoris more inducias faciat tecum: ac **ROGERTEM DOVSÆ** trāquillet suo, reducemque, ut antea, propitium concinnet nobis. Quid nī (inquis) eum dones Scriptorem mihi, cuius quidem à capite ad calcem curatissimè descripti meo solius beneficio. Exemplar indeptus primitus iam tum, quum Patriæ nomine ad Britannos meos Legatus missus Publicæ Auctoritatis munus sustinebas. Fateor, ac præ me fero. Itaque redit (ut vides) ad te depositum tandem tuum: non quidem sartum tectum, hoc est, inuiolatum modò; sed verò, præter haud poenitendam literarij fororis accessionem, noua insuper politura refectum, ac **DOVSIANIS** denique **COMMENTARIIS** illustratum. & quidem post geminatas (ut scis) **SATYRICI** illius Editiones multò electissimas, **LVGDVNENSEM AC LVETIANAM** inquit, quæ res in causa fuit, ut publicationis istius propositum in hæc vsque tempora differre fuerim coactus. Accipies proinde (ut dixi) hanc **PRAECIDANEO-RVM TRIGAM**: quibus hercule aliud nihil obfuturum intelligo magis, quàm quod **ARBITRVM** auctorem habent. Nosti hoc sæculum quibus moribus sit:

Pergula pictorum: veri nihil, omnia ficta.

Id **DOVSÆ** curat scilicet. Et tamen ita res abibit, nisi mihi præsidium ipse contra occupare propero in
tempo

tempore. quod ne ab ipso PETRONIO petam,
 ecqua causa est, istiusmodi nobis sic quasi ex tripode
 Oraculum suggerente? *Nihil esse hominum inepta per-*
suasione falsius, nec ficta seueritate ineptius. Quod te per
 prætexitæ amicitia memoriam, per communia Musa-
 rum Sacra, ac studiorum nostrorum societatem obsecro
 obtestorque; ut Salinarum Arbitri possessionem, tan-
 quam legitimus procurator, defendendam suscipias: nem
 contra fas legemque Ciuem patricium, & (quæ ratio
 maxima est) Consularem infibulari, multo minus cui-
 tari vlla porro ratione patiaris. quem non tralatitia & de-
 pol deformitate insignitum, ac vix Massiliensibus suis
 cognitum MEMMIANA munificentia primitus à
 Fatali adeo meta reuocauit ad lucem. Nam quod ad me
 attinet, nullam recuso inuidiam, quæ spem salutis mo-
 dō aliquam ARBITRO nostro ostendat. Quod si
 utique facinore opus est, cur non (quia bellissima est
 occasio) ipsimet Intestabiles fiant potius, qui tam seue-
 ra tristitia violari aures suas obsceno sermone palam
 ac publicitus assimulantes, suæ atque alienæ lubidini
 nihil non in secreto condonant? Scis, quos dicam: Quō
 maiore opere ex parte tua adnitendum, ut & Sectores
 omnes frustra sint, & SATYRICVS noster in pa-
 trocinio tuo ac fide tuto audeat conquiescere, ALBI-
 MONTANI GENII Perennitate securus. utique
 aduersus istos, qui nouam nobis Histrioniam commen-
 ti, aliorum simpliciter dicta in crimen raptare non ces-
 sant; ipsi adeo factorum innocentes, ut in eodem pla-
 nē contubernio cum EVMOLPO PETRO-
 NIANO stipendia iam olim facitasse videri possint.
 cui generi ipsius hercule iam pridem advocatus venire
 cupio, si qui mea opera citius addici possint, MOR-
 BONIAM porro ut abeant rectā viā Vale ocelle noster.
 imò ocelle MVSARVM LVGDVNO BATA-
 VORVM.

IUSTVS LIPSIVS
 ad Iuuentutem.

En PETRONIVS, Arbiter lepōrum,
 Et falsus pater & salax iocorum:
 Quos nominat Latium, vetusq; Roma,
 Padore oblitus impoliticiæque

Dudum,

*Dudum, nunc melior politiorque
In novam properat venire lucem.
Non quidem magica recoctus arte,
Sed DOVS Æ medica recoctus arte.
DOVS Æ, qui veterum arbiter lapōrum est.
DOVS Æ, qui pater elegantiarum est.
At tu nistra sane & caue lumentus.
Μετῶν mel later hū, later venenatum.
Probus mel merum aut improbus venenatum.*

Idem Cent I. Epist. LXX.

*Dux noster Commentarios ad Petronium scripserat, nunc
totus in Historiā concinnanda sua genis.*

ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΕΛΛΟΤΙΜΟΤΣ ΚΑΙ ΠΕΡΙ-
ΦΑΝΕΙΣ ΠΕΤΡ. ΑΡΒΙΤΡΟΝ ΚΑΙ
ΙΑΝΟΝ ΤΟΝ ΔΟΥΤΣΑ.

Επίγραμμα διαλογισμῶν.

- α. Ενεπτε ζεῖνε τίς ἐσσι; β. πωλεσθήσῃ, ὃν πωλεῖ ρώμης
Τίμιον ὑποπτικῇ βλέψεν ἐν ἀγλαΐᾳ.
α. Οἷδῃ δὲ ποῦ κατὰ τὴν ῥήσιν, τὸν στυγαῖον
διζυγῇ & δειπίας ῥυθμῇ ἀγασσάμενον.
Πᾶς δ᾽ ἐλαθε στυγαῖον χεῖρον εἰνοχῇ & ὄρση.
Ελλογίμοις, ἐδ᾽ αὖ γνώριμῃ ὑμνοπύλοις;
β. δῖνῃ, ὅσπερ τις ἀπελάσας πωλεῖσθαι αἶψα,
δῆρον βαρβαρικῆς ὀγκυτίζεει δειψα.
Οὐδὲ δὲ δὴ με φιλόφρονες εἰς φᾶς φῶτες ἐνεγκον,
Καὶ τὰ δολοσιμῆς λύτρα χαρισάμενοι.
δὴ δὲ δὲ λυτῶν, κεκολεμῇ αὖν αμείβων
Πλάγχθῃν ἐπιδᾶν λωπῶν ἐστ᾽ αὖθις.
Εἰσὶν δὲ σὺ μὲν εἰς φίλους μεγάροισι κομίσσας
(Τὺνεκα οἱ δοῖεν χαρματα πολλὰ θεοῖ)
Ρωμᾶτον πωλεῖν μετ᾽ ἄλγος ἐς ἀξίονη,
Τῷ δ᾽ ἐμὲ λαμπροῖα τῷ τῶν ἀμφοτέρων.
α. Ως ἐπὶ γ᾽ ἐπ᾽ ἐστίν, ὁμοῖον αἰς τὸν ὁμοῖον
Προσπελάειν μεγάλην αὖν ἐκίλε θεῶν.
Μυσοπύλοι ξείνοισι συχαίρετε, δεσπᾶντες
Ἀμφοτέρω, ξείνοισι σπένδετε, καὶ λογίε.

IANI

I A N I D O V S Æ N O R D O V I C I

P R O S A T Y R I C O P E T R O N I I

Arbitri viri consularis Præcidanco-
rum Liber primus.

C A P V T I.

*Satyræ Petronianæ hæud unius quidem, sed verò com-
plurium librorum opus fuisse Dictorum factorumque
quasi papauere & sesamo iparorum ad ioci Plautini
similitudinem accommodatio. Fricam nucem, pro cocta,
sive tosta potius, tam apud Horatium, quam Plau-
tum sumi oportere. Madidum, seu Tepidum cicer, pro
fricto in Martiali. Dictionis Petronianæ cum Octavianæ
eloquendi genere conlatio; adiuncta suspectioris insuper al-
terius loci emendatione.*

Satyricon istud Petronij Arbitri in libros plures di-
stributum ac dispartitum fuisse, satis magno ar-
gumento est nobis veteris Glossarij fiducia, quod
apud literatissimum antiquæ fidei custodem Petrum
Danielem nostram in publicos potius, quàm priuatos
vñsus adseruari intelligo. Inde enim sic quasi ex auma-
rio deprompta festiua illi ablectissimorum Fragmen-
torum symbola, de quæ post omnes omnium collectas
nouissime ac recens nobis gratiam fecit is, qui Lutetia-
næ Editioni architectus eluit. Ibi igitur inter cetera &
hoc exemplum sub Satyrici illius (spicilegi) exodium
Petronianis amatoribus occurrit:

*Excelsissimus, dicitur à Petronio in 1. Satyrarum. Vnde
manifestum, hoc opus certo librorum ordine (vt dixi)
à compositore suo distinctum & quasi inter. iunctum
fuisse, quod quoniam in tanto eius scriptorum detectu
cõpertioribus argumentis præstare hæud facile est, am-
bigibus ac diuerticulis relictis de semita in viam me si-
stere appropèrabo, hoc est, in rem præsentem venire per-
gam: non vt æconomiam nouam hic vllam institutâ sci-
ficet, sed verò vt ordinem mihi ab ipso auctore præscri-
ptum ac præstitutum conseruē, studiosè utiq; ac sedulo.
Proinde ab Eucolpiæ Declamationis fragmèto telam
hancce auspicato orfuri, post rerum tumorem, & senten-
tiarum vanissimum strepitum in Arbitri nostri arbitrio
conquiescere cogitamus, sczvam peruersamque huius
(an*

(an illius?) seculi eloquentiam iunctis in vnum copiis, omnibusque pariter cachinnis flagellaturi. nec mellitos istos verborum globulos, & omnia dicta factaq; quasi papauere & sesamo sparsa vel vnius asu estimaturi: imò minoris etiam, quàm vitrea fracta & somniorum interpretamenta Ascylos.

Pag. 41. v. 23. Et quoniam Papaueris ac sesami nos in memoriam induxit Arbiter, haud alienum instituto nostro videtur Satyricam Petronianæ metaphore similitudinem Comico Plautinæ urbanitatis suffragio adiutum porro ire atque defensum. Id exstat Pœnulo in ioco non absumili εἰσφύτωνος vsurpatum. cui etiam vtrumque tam *Sofanum* istud, quàm *Papauer* aspersum reperitabis. verbi causa:

AG. Obsecro hercle ut multa loquitur? *MI.* Nihil nisi laticercuios,

Sesamum, papaueremq; triticum & frictas nuces.

Ad exemplum Plautinum etiam Horatij illud spectare videtur ex Arte:

Nec si quid fricti ciceris probat, & nucis emtor.

Neque enim *Frictum* istud ad *Cicer* modò, quod præcedit, sed verò etiam ad *Nucis* mentionem, quæ porro sequitur, pertinere autumo; hoc Plautino potissimum testimonio persuasus; interpretorq; *Coctum, seu tostum Cicer*, ad stipulante nobis Martialis loco, quem libro Epigram. primo reperias huiusmodi:

Quod otiosa vendit qui madidum cicer corona.

Item alibi:

Asse cicer tepidum constat & asse Venus.

Madidum enim, seu *Tepidum* Martiali, quod Horatio *Frictum*. & scimus *Madidum* pro cocto vsurpatum antiquis, item Comico nostro non semel; sed & Vergilio:

Et quamvis igni exiguo properata maderent.

Vade liquidò dilucet error eorum hominum, qui *Frictum* pro nouello & recenti in Horatio positum sunt interpretati. Sequitur deinceps in eapse Declamatione illa, quam contra umbraticos & præposteros sæculi sui Declamatores in nescio qua *Porticum* ab Eucolpio habitam palam deprehendimus, argutissima hæc similitudo.

v. 23. *Qui inter hac nutriuntur, non magis sapere possunt, quam bene olere, qui in culina habitant*] V. C. vno verbo auctior, *Tantum*. interpositum habebat, hoc modo *Qui inter hac tantum nutriuntur*. neque id abhorret sententia.

Pag.

Pag. 42. v. 1. Legitur porro ex ordine, *Pace vestra liceat dixisse, primi omnem eloquentiam perdidisti. Leuibus enim atque inanibus sonis ludibria quadam excitando effecisti, ut corpus orationis enervaretur & caderet*] Idē hoc ipsum de Asiatica ista soluti loquentia Octavianus Cæsar: cuius (quantum quidem ex eiusdem Fragmentis est coniectare) vniuersam prorsus dictionis imaginem à Petronio nostro possideri, iam pridem satis-acceptum est mihi. Scribit igitur ille in quadam ad M. Antonium epistola (Suetonium auctorem sequor) ludens malum & inconstans in eligendo genere dicendi ingenium eius: *Tūque dubitas, Cimberne Annius, an Verrius Flaccus imitandi sint tibi? ita ut verbis quæ C. Sallustius excerpfit ex Originibus Catonis utaris? an potius Asiaticorum oratorum inanibus sententijs verborum volubilitas in nostrum sermonem transferenda?* Quibus mox item succinit Arbitrator porro hic noster inquiring: *Nuper ventosa istac & enormis loquacitas Athenas ex Asia commigrauit, animosq; iuuenum ad magna surgentes veluti pestilenti quodam sidere afflavit.* Cæterum quod dixi Petronianam scribendi genus ad Octavianæ dictionis similitudinem examussum mihi conformatum videri, neminem demiraturum arbitror, qui quidem bona animi mente, hoc est, iudicio ac ratione utatur; denique Suetonianum illud eiusdem loci de Augusto Principe testimonium memoriter commemorerit satis: *Genus eloquendi sequutus est elegans & temperatum: vitatis sententiarum ineptijs, atque inconcinnitate, & reconditorum verborum (ut ipse dicit) fœtoribus. Præcipuamq; curam duxit, sensum animi quàm apertissimè exprimere, quod quò facilius efficeret, aut necubi lectorem vel auditorem obturbaret ac moraretur, neque præpositiones verbis addere, neque coniunctiones sapius iterare dubitauit. quæ detracta adferunt aliquid obscuritatis, etsi gratiam augent.*

Quæ quidem omnia ita graphice, & quasi ad verum Petronianam nobis orationem ob oculos repræsentant, ut nisi de Augusto ea memorata esse constaret nobis ex Historicæ fidei auctoritate, in alium potius neminem, quàm in Arbitrum nostrum conuenire ex animi sententia iurati asseuerare possimus. Ita velut *Uno in ludulo erudituli ambo* firemple prorsus mihi, nec quicquam minus, quàm publici saporis sermonem habere videntur. Habes inter eiusdem porro indignationis argumenta.

v. 7. *Nondum iuvenes declamationibus continebantur, quum Sophocles aut Euripides inuenerunt verba, quibus debent loqui*] Placet legi, *Conterebantur*. Metaphorā verē Petroniana.

CAPVT II.

Interrupta argumentorum aliquot recensio carptim & quasi per Satyrā facta; rerumq; sub uno aspectu positarum veluti Breuiarium quoddam; earum dico, quarum perpetua in Petronio narrationes (quantum quidem ex centunculis eius superstitionibus exsculpere atque exterebrare potuimus) hac tempestate nequicquam desiderantur. Græcæ verbis appellatione haud aliam quā Neapolim significari. Id Corneliano quoque testimonio firmatum. Lucretiana lectionis assertio. Verba atroci stylo effodere, quomodo intelligendum. Quandam Arbitri nostri sententiam de Horatio adumbratam videri.

EUcolpicam Declamationem Agamemnonis interpellatione abruptam fuisse fidem nobis faciunt hæc verba.

Pag. 42. v. 32. *Non est passus Agamemnon me diutius declamare in porticu, quam ipse in schola sudauerat*] Porticum quam dicat nescio, præsertim quum nec pes, nec caput Eucolpianæ dissertationis, in tanta tamque deformi Satyrici istius decurtatione, vsq; gentium compareat hodie. Nam nec de Agamemnonis suasoria reliquum nobis quicquam fugitiua obliuio fecit. Quid? quod maiorem insuper ac meliorem superioris Declamationis partem Petronio, imo verò nobis, amatoribus inquam eius, deperuisse credibiliter augurari possumus. Iam de obscena illa, modisq; omnibus flagitiosa Eucolpji seruitute, eodemq; ad auenam (sicuti apparet) condemnato; de fuga eius, ac iudicio deluso; de nocturna hospitii cade: de uxore Lichæ corrupta, tum iniurijs eidem illatis, expilatoq; contumeliosa migratione nauigio, nec vola, nec vestigiū, quod aiunt. Quid de damnatione Triphena; de exilio ac dignitate eius in concione proscripta; de Lycurgi villa despoliata, ac rapinis communibus; de Menelao antescholano loquar? quid verò aliud, nisi horum omnium nobis ac doctis omnibus nihil præter inanissimum desiderium restare? Sed & de propudiosa illa quamq; stupro emeruerat, Cytoni manumissione, deq; primis impudicitia eiusdem tyrocinij, præposteraq; ac nefaria cum

Eucolpie

Eucolpio consuetudine: de Ascylo infamia notis cooperto, qui ne vir esset a matre persuasus. ipso virilis Toga die stola assumpta in muliebri patientia sortum transierat, opus etiam muliebre in ergastulo fecerat: omnia hæc inquam in perpetuum evanuerunt, haud radicitus quidem, verum hercule eradicatus. Taceo conturbationem Ascyli, soli q̃, versio- nem multò perditissimam: taceo fraternam cum Eucolpio sub praeceptorum umbra initam societatem, & viridarium sædissimis utriusq̃ voluptatibus inquinatum: postremo, quòd ex turpissima lite in risum insurgentes conuorterat, laudationem Poeta, cuius adeò subidissima recitationi cum auribus, imò verò dentatis plagis interfuserant ambo, neque id frustra: quippe quam vocatio etiam fuerit subsequenda, ex utriusque captatoris sententia, parasiticis potius, quam scholasticis artibus quaesita. neq; minor iactura facta in argumentorum sequentium amissione, de pallio loquor per latrocinium harpagato, de tunica Ascyli intactis aureis plena deperdita, eademq̃, porro mox à rustico quodam in solitudine inuenta: de Sacro Priapi ante cryptam turbato, de nocturnis in sacello magni illius Dei religionibus inspectu, proditiisq̃. Ex quibus tum vniuersis, tum singulis facile est adfirmare, ipsa hæc tantula, quæ reliqua etiam nū possidemus Fragmenta vis mehercule in decima eius Satyræ parte cæseri posse, quam non sola carminum varietate mistâ condidit Petronius noster, Varronis (vti arbitror) Menippæas sequutus. Atqui essent omnia faciliora, si vel in his ipsis, quæ de tanto corpore supersunt, reliquiis aliqua facellærum coherærentia, seriisq̃ continuatæ porro historię appareret. nunc protasi quasi, atque epitasi amissi; quarum potiorẽ adeò partem argumenta, quæ posui, olim occupasse videtur; catastrophæ insuper centonis in morem virgatis vndique veluti pannis consutam, pessimèq̃; sanè ac discorditer conciliatam habemus. Ita interrupta omnia, ac passim lacunis deformata, quarum vicẽ explent asterisci, quibus hercule ego lumbos adeò omnes defraetos vellẽ, vt vel nouissimū Actum integrum saltem inuiolatumq̃; haberemus. cuius nunc, sicuti Aululariæ Plautinæ, nequicquam atque irritis votis exodium miserè desideramus. Cæterum de eap̃se Porticu habes aliquantò etiam post, ibid. v. 32. Nam ne de Porticu Herculis Boma à Philippo quondam extructa dictū credam, cuius meminit pag. 99. obstat Græcæ vr̃bis mentio, in cuius dinersorio se desertū iacere lamentatur Eucolpius postea. Addidisset saltē vr̃bis appel

appellationem, cætera porro compertiora haberemus. Vt ut est, gnarum hoc saltem nobis, *situm eius proximum littori fuisse*. & fortassis hæc fuerit, quam Satyricus ipse pagina 86. *Insulam M. Manicij* indigitat. vnde ductore Eumolpo naui aliquando conscensa Tarentum cogitantes, facto per tempestatem naufragio, Crotona adpulsis, de credula Coranorum ac hæredipetarum turba, hoc est, de prædonibus ipsis prædam capturi, scelicitate pleni, ne dicam ebrij, prioris fortunæ statum facile porro obliuiscantur. nisi fortè tamen *Tascula* id loci, pro domo publico priuatove circuitu cincta, eaque quæ parietum communione careat positam interpretemur. qua notione nomen illud accipi haud rarò solere, ex Cicerone nobis, Tranquilloque, tum Petronianæ ætatis scriptoribus clarum. Commodum hæc sic scriptitaram, quum mihi huiusce controuersie causa ad commune Academiæ nostræ oraculum profectò, ac vix primam dum hercule *Græca urbis* syllabam eloquuto *Lipsum aurem,*

Vellit, & admonuit, de loco Cornelij Tacit. vnde scitior factus sum tandem *nobilem illam Cumanorum coloniam, ac primariam Magna Græcia ciuitatem (Parthenopen, seu Neapolim dico) peculiari Græcia urbis* appellatione insignitam antiquitus credo, ob *Gymnicos ludos* maximè, tū *Musicum illud quinquennale certamen* magna Græcarum urbium frequentia ibidem solitum celebrari. vel (quod vero propius videtur) ob vetustissimam Græcæ profapiz iam inde ab ipso vsque Theseo ac priscis Atheniensibus (quorum coloni Calchidenses cluebant) repetitæ altius originationem. Locus, quem dico, Taciti li. 15. *Annalium* hisce verbis conceptus exstat: estque sermo omnis de Cl. Nerone contra decus Imperatorium Scenaturiente, vel Bacchanal. factitante verius: *Nam adhuc per domos aut hortos cecinerat Iuuenalibus Ludu, quos ut parū celebres & tanta voci angustos spernebat. Non tamen Romæ incipere scenas ausus, Neapolim quasi Græcam urbem dilegit.* Ad illa *Agamemmonia dissertationis* verba aliquando veniamus paginæ 43. v. 23.

Quod si paterentur laborum gradus fieri, & studiosi iuuenes lectione seuera mitigarentur] Ita lego, proboque hanc lectionem præ veteri ac Lugdunensi illa: *Irrigarentur.* Persistit enim metaphora Petronius noster, & *Maturitatem* istam, quam per verbum *Mitigari* exprimit, opponit *studiorum*

studiorum cruciati, qua iuuentutem de parentum consilio obnoxiam laborare questus fuerat antea, verbis illis: Deinde, quum ad vota properant, cruda adhuc studia in forum propeunt, & eloquentiam, qua nihil esse maius confitentur, pueris induunt adhuc nascentibus. Mitigari ergo pro Mitificari (quo vocabulo usus Gellius) hoc est, maturescere, positum accipimus. Sequitur exinde:

v. 25. *Vt sapientia praeceptis animos componerent, ut verba atroci stylo effoderent.*] Idem cum Horatiano illo penesimè:

*Sape stylum vertas, iterum qua digna legi sint,
Scripturus, &c.* —

Stylo enim (id quod à Turnèbo, magno illo doctrinarum ac leporum omnium parente, sagacissimè indagatum) in ceratis tabulis literis faciebant, vel pangebant potius: cuius ad eò styli cuspis, qua a quorundam illud ceruina inarabatur, *Acumen* cluebat. vnde & M. Tullius: *Cuius sub acumen styli subeant necesse est.* Altera pars retusa erat, qua veluti transfuerso cillame iugulabant, id est, inducebant, eradebantque oblitterantes, si quæ minus ex sententia videbantur ipsamque ceram illam denuo complanabant, sarram (vni prius) æquabilèmq; concinnantes, ad nouam scripturam supponendam quasi succidaneam, veteri ac fugitiua illa expuncta scilicet. *Stylum* ergo *vertere*, est interpolare atque emendare quod scripseris: nec mucronem (vt antea) sed verò alteram styli partem, inuersam dico, atque ideo obtusiores ad delendum adhibere. Præcipit proinde cum Horatius, tum Arbiter frequentes in scribendo lituras faciundas, verbaque (*quamuis inuisa recedant*) atroci stylo effodienda, hoc est, crebrò inuertendum graphium, nec stylo, aut ceræ parcendum, si quis digna modò posteritatis auribus conscribillare postulet sese. Vide exemplum Prudentij prudentissimè apud eum se Turnebum illum Aduersariorum lib. 14 cap. 4. interpretatum in hanc, quam posuimus sententiam. Pergit narrare porro apud Petronium Agamenon:

v. 30. *Nunc pueri in scholis ludunt, iuuenes videntur in foro, & quod utroque turpius est, quod quisque perperam discit, in senectute confiteri non vult.*] Exprimere videtur voluisse dictum Horatianum. cuius quantopere studiosus fuerit Arbiter, testis est Elogium illud multò liberalissimum.

mum. quo *curiosā* in Poëta isto Biformi *felicitatem* idem admiraturus postea. Illud igitur Horatianum (vt dixi) exprimere voluisse videtur hic noster:

*Vel quia nil rectum, nisi quod placuit sibi, ducunt:
Vel quia turpe putant parere minoribus, & quæ
Imberbes didicere, sedes perdenda fateri.*

CAP V T I I I.

Licinianæ improbitatis (an, Humilitatis, potius?) in pri-
nam, hoc est, in veterem suam sedem reductio: Improbi-
tate illa Luciana, seu Lucilliana etiam humilitate, una
cum Turnebi Imperatoris sui prasidio ac propugnaculis,
tam hic, quam in proximi Scazontis constitutione, de stia-
tu deiecta, infirmata, ne dicam subuersa funditus. Contra,
Lucillianum nomen postliminium Sidoniano carmini
restitutum, Caluo, qui alienum temere usurpauerat, pa-
uiter cum titulu suo gentilitijs iniusta possessione pulso
denique ac deturbato, Perditi, quod genus vocentur. Ad-
dictus Histrioniz. Saluberiensis exempli integratio, Mit-
tere habenas.

P Ag. ead. v. 34. Sed ne me putes improbasse schedium Lu-
cillianæ improbitatis, quod sentio & ipse carmine effin-
gam.] Ita nobis refert curatissima illa, ac Parisiensis
editio.

*Turnebus, pater eruditionum,
Idemq; ARBITER omnium leporum:
Non horum modò, sed quot aut fuerunt,
Aut posthac alijs erunt in annis.*

priorum exemplariorum fidem sequutus non Improbita-
tu, verùm Humilitatis, rescribebat. idque Petronianæ
etiam sententiæ haud paulò accommodatius visum.
Nam (sicuti idem argutè subiicit) Lucilius in Satyris in-
serdum se ad humilitatem Iamborum demittebat; hodieq; in
Grammatici quidam eius Iambici reperiuntur. Alij non
Lucilliana, sed verò Luciana improbitati potius maluere,
& ita in contextu posuerunt, haud quidem suo, verùm
hercle communi vitio in errorem imprudentes compul-
si, inscitia ætatis maximè, qua Petronium hunc nostrum
Luciano posteriorem credidère. Quare venia digni &
fuit tempus, quum & ipse scripturæ eorundem vestigijs
insistens ex Luciana, Luciniana concinnandum hariola-
ret.

rer. atque eo mehercules audacius, quoniam in codice quodam membranaceo, *Luciniana*, deprehenderam iam antea. quoniam quid graue, si de *Diserto illo Catulli Salsicippio*, seu *Salapatio* dictum accipiamus? Licinio inquam Caluo cognomine, qui multum & diu cum ipso Cicerone, & quidem ambiguo certamine, de Eloquentiae principatu contentiones exercuit. & cuius *Delicati versiculi* passim à Catullo, familiari suo, de meliore sanè nota commendantur. quippe qui & oratione summum illum Oratorem (vbi dictum est) æmulus, & Poëta insuper non humillimi spiritus fuit. Nam (vt testis est Seneca) *carmina quoque eius, quamuis iocosa sint, plena sunt ingentis animi*. Proinde *Improbitalis* istud non improbo; quam etiam in Poëmatibus eius agnouisse Ouidius videtur, quum scribit.

Par fuit exigui, similisq; licentia Calui,

Detexit varijs qui sua furtim modis.

Hoc est, variis modorum, seu numerorum generibus Epigrammati conuenientibus, ad exemplum Catulli scilicet. Quod si quis *Humilitatis* mordicus retinendum contenderit, ad Liciniani styli mediocritatem & oratorium dicendi genus verbum istud accommodare debebit. quod an humile fuerit, haud facile dixerim. hoc compertum habeo tamen, Ciceroni ipsi & accuratum & exquisitum visum oppido: & cuiusmodi non nisi abs summo Atticissimi cultore manare potuisse est verisimile. eundemq; & *violentum & incitatum* in dicendo à Seneca perhiberi, etiam scio. neque aliter sanè de Orationibus eius Plinius Nepos. Sed enim *Humilitatem* hanc potius in Poëmata Calui conuenire crediderim, in quibus & prisca illius Latinitatis imaginem examussim expressam, & simplicitatem Catullianam æmulam (cuius ætati seppar vixit) ad viuum oppido enituisse, & Epigrammatum ipsius Fragmenta, & residua de eo veterum testimonia fidem nobis abundè facere atque adstruere possunt. Cæterum vt hic *Lucillius* pro *Licinio* perperam obiectus nobis, ita in versu quodam Sidoniano, quem Petronij Editor producit, contrarius admissus error, hoc modo:

Non Licinius hic, Lucretiusq; est.

Quum eo loci haud dubiè *Lucillij* nomen reponendum, tum ipsius sententiae ratio, tum legitima Phaleuciorum dimensio commune facere nos possint.

Pagina 44. v. 6. hic porro Scæzon se prodit:

V 2

Clichsé.

Cilensq; canas impotentium capter.] Examussum optimè. Neque enim Turnebi commentum probare possum, *Ne potentium*, audacissimè rescribentis. Et verò, *Impotentium*, valde potentium interpretor. qua significatione hoc verbum Horatio aliàs familiare. Sequitur P.

v.7. *Nec perditis addictus obruat vino.*

Mentis calorem.] *Perditus*, id est, nequam & dissolutis hominibus, & quos *Afotorum*, ac *Nepotum* cognominibus pro dignitate insignire possis. Eo dico, quod animaduertam hunc etiam lectionem in controuersiam à Petronianis Correctoribus vocitatam fuisse, imò adeò præter omne meritum suum mala manu sollicitatam. Sequitur etiam:

v.8. *Né ue plausor in scena*

Sedcat redemptus Histrionia addictus.] Quorum verbum explicationem Præcidaneis nostris Plautinis reseruabimus. *Amphitruonis* Prologo id omne, cuiuscunque modi videtur, de nostro gratificaturi interim hocce pro tempore admonuisse contenti, ne quis porro Turnebo insillat credere, *Tò Histrionu*, hunc in locum magna cum fiducia inducenti; atque adeò, *Addictus* istud non participationem, sed vocabulum esse adscuerantis heresi præpostera, nec tanti viri acumine condigna. quum *Histrioniam* facere, apud Plautum etiam iteratum offendas, & ipse Arbitrarius eadem voce alibi præterea usus reperiatur, non quidem in his Fragmentorum rudibus, sed verò in exemplo quodam, quod à Ioanne nescio quo Salisberienfi deprauatè productum ita corrigendum plusquam Turnebica fiducia pronunciamus: *Non duco contentionis funem, dum constet inter nos, quòd fere totus mundus, iuxta Petronium, exerceat histrioniam.* Nam & illic, & in postrema Luteriana editione, *Histrionem*, perperam hodie publicatum legitur.

v.15. *Mox & Socratico plenus grege mittat habenas*

Liber, &c.] *Mittere habenas* Petronio & Propertio idem, quod Ouidio *Immittere*: aliis *Permittere*, seu *Remittere*, id est, laxare ac concedere habenas. Hinc patet hoc loco *Mittat*, non *Mutet* retinendum, quod tantopere tamen quibusdam complacitum.

C A P V T I V.

Notare sibi. Petronij complures loci aut correcti, aut nouo interprete

interpretamento illustrari, Mos in re trepida ac subitanea capiti operiendi, Nonnarum Celia, Distingui Titulis quæque suis solutæ. Eas adeo (cellas dico) meritorias, statû. quæ ac cer'a mercede, hoc est, assè uno parabiles fuisse. Res quasi per nebulam, seu caliginem videre. Omnes Gytonæ mores ad subdolam ac fucatam vernalitatem facti oppido.

PAGEIDV.30 Dum hac diligentius audio, non notavi mihi Ascyli fugam] Phrasis Petroniana, quamque hic idem scriptor,

Tantum non in delicijs habuisse videtur:

Bis utique usurpatam postea, primum pag.96.v.2. Notavit sibi ad Lunam consorem intempestivo inhaerentem ministerio. Iterum deinde pag.106.v.23. Proxima ergo nocte quum miles notasset sibi & lumen inter monumenta clarius fulgens, &c. Servandum itaque prænomen, neque de hoc dictionis genere delibandum quidpiam.

Habes deinceps v.31. Et dum in hoc dictorum astu motus incedo] Præpositionem In, inducendam arbitror, at cætera retinenda: mi: orq; quid eos mouerit, qui tò Motus, loco mouere sunt ausi. Sequitur porro:

v.32. Ingens scholasticorum turba in porticum venit, ut apparebat ab extemporali declamatione nescio cuius, qui Agamemnonis Snaforiam exceperat] Snaforiam accipito, quam Agamemnon nescio quis in Schola exsudauerat supra, pagin.42. interim dum in Porticu declamat Eucolpius, eius, quam ibidem habuimus Declamationis particulam.

Pagina porro 45.v.4. legitur: Sed nec viam diligenter tenebam, quia nec quo stabulum esset sciebam.] Videtur aliquantillum desiderari; & nescio, an interponendum huiusmodi quidpiam: Quia nec, quo iter ad stabulum esset, sciebam. Vel certè adiectandum, Loco, hoc modo: Quia nec, quo loco stabulum esset, &c. Sic enim idem pag. ead. v. 31. Cum errarem per totam civitatem, nec invenirem quo loco stabulum reliquissim.

Pag. ead. v.20. Tardè, imò iam serò intellexi me in fornicem esse deductum] In veteri codice erat, Tandem, non Tardè.

Sequitur mox v.21. Exsecratus itaque anicula insidiæ, operui caput: & per medium lupanar fugere capui in aliam partem] De more operiendi capitis in re crepera & subita

antiquitus frequentato diximus quiddam in Notulis nostris ad Horatium plura (viti spero) dicturi suo loco ad Mostellariam Plautinam. quò etiam referendum exemplum illud pag. 54. v. 9. in hoc ipso Petronio: *Operuerat Ascylos pallio caput, ammonitus scilicet periculosum alienis intromittere secretis.* Sed tamen illud pigebit ascribere, quod apud Fabium lectum nobis huic loco illustrando mirabiliter facit, lib. 5. cap. 1. Ita neque illum probauerim, qui, quum esset cruentus gladius eius ab accusatore prolatus, quo in hominem probabat occisum, subito ex subsellijs ut territus fugit, & capite ex parte velato quum ad agentem ex turba prospexisset, interrogauit, an iam ille cum gladio recepiisset. Ecce enim risum, sed ridiculus fuit.

Pag. 46. v. 3. *Iam pro cella meretrix assensu exegerat*] Locum liberum designat, in quo homines venerei ac voluptuarij nequam faciebant clam (vt inquit Comicus) remotis arbitris. Hoc enim genus cella dicebantur; easque à Lenis, siue etiam Lenonibus conduci mos erat, falsis vnus (sicuti hinc patet) pretio. In eiusmodi ergo secretum se à patrefamilias perductum commemorare pergit Ascylos: & abique, pertinacia sua fuisset, daturum poenas. & quidem poenas, parato praesertim, imò prompto pecudio in rem praesentem. F. cit eodem quoque Senecæ patris locus II. *Controuersiarum: Deducta est in lupanar, accepisti locum, pretium est constitutum, Titulus inscriptus est.* Quo loco Titulum intellige, quem planius expressura reperias Satyra illa Iuuenalis, vbi de indomita Messalinæ Induperatrici rabie, an tenebris decem? agit grauissimus publicæ luxuriæ castigatior Satyricus, quem dixi, his verbis:

Intrauit calidum veteri contone lupanar.

Et cellam vacuum atque suam, tum nuda papillæ

Constitit auratis, Titulum mentita Lycisca.

Adiice & Martialis ista:

Intrasti quoties inscripta limina cellæ.

Sed puer arris, sine puella tibi, &c.

Pergit porro Petronius:

v. 8. * *Iunctis viribus molestum contempsimus*] * Ego &

Ascylos scilicet. Intelligit autem pullipremonem, vel subulonem illum potius, patrefamilias dico qui Ascylo paullo ante hillas, cedere voluerat; eundem porro obstinate etiam persequutus. frustra; quippe valentiorē uictus aduersarium, iamque insuper occurfu & quasi intercessione

percellione Eucolpji fratris nouis succenturiatum coppiis, animisque ac viribus solidissime confirmatum.

v. 9. * *Quasi per caliginem vidi Gytona in crepidine semita stantem*] Plautus noster, *Per nebulas* dixisset.

v. 10. *Et in eundem locum me conieci*] Sic dictum, quomodo ab eodem alibi: *In aumarium memet conieci.*

v. 12. *Consedit puer super lectum, & manantes lacrymas pollice expressit*] Ergo simulatas, atque ad ostentationem doloris comparatas modo, & velut vi quadam exortas; neque dissidentaneas nimium illis Ouidianis, quas lib. 1. de Arte, amatorum delitiis vnicus ille Venerearum rerum magister praeiuit hoc praecepto suo:

Si lacryma (neque enim veniunt in tempore semper)

Deficiunt, vda. lumina tange manu.

Vnde perspicere est, quam condigne ad eum, atque ex disciplinae pullariae regula personae seruiat Gyton: quem nusquam non sui similem, hoc est, nequam malumque ac versipellem, & (vt vno verbo absoluam) pathicum & quasi Comedicum inducit Petronius: prorsus; rota figulina vorsutiorum, & in quem meritissimo Horatianum istud conuenire putandum?

Verna ministerijs ad nutus aptus heriles.

& reliqua, quae de argillae vdae imitatione ibidem ordine deinceps operae pretium sit lectitare.

C A P V T V.

Intentare, siue Intendere manus alicui, vel in aliquem.

Inhorrescere. Nocturnus percussor, grassator, Advocatus. Fortiter facere; Cum pura muliere pugnare, quo sensu acceptanda. Fratris nomen in obscenis vbique apud Petronium. Vitrea fracta solidata, ac pristina suae integritati restituta. Eiusdem loci per se obscuri liquidissima declaratio.

P Ag. ead. v. 22. *Quibus ego auditis, intentanti in oculos Ascyli manus*] Ex hac nota est, quod ab eodem iteratur pag. 101. v. 32. *Nec quicquam pro me deprecabar, sed intentans in oculos Tryphena manus.* Itē 86 v. 16. *Alius veru extus stridentibus plenum in oculos eius intentat*] Vti quoque eadem phrasi Tacitus haud semel, Hirtius, Liuius, ipse Cicero denique, neque aliorum trahenda Diglossini intentatio apud Senecam. Habes haud multo post:

v. 25. *Inhorrescere se finxit Ascyltus*] Idem pag. 141. v. 7. *Inhorui ego am fabulosa pollicitatione t. territus* Item aliàs plus vice simplici, pro (*inhorrescere*, & quasi mense nota atque omnibus artibus conremisere,

*Quod sit, ubi subito concipiunt membra pandere,
Arrectaq; horrore coma, & vox faucibus hæret:
Gemma tremunt, gelidusq; coit formidine sanguis.*

Legitur mox ibidem:

v. 21. *Non iaces nocturne percussor?*] *Nocturnus grassator,* est pag. 71. v. 30. Etiam *Advocari pene nocturni*, pag. 50. v. 15. Quod verò idem mox subdit:

v. 30. *Qui ne tum quidem, quum fortiter faceres, cum pura muliere pugnasti?*] Noto, neque vixato more dictum videtur; utique mihi, qui, *Fortiter facere*, hac sententia nullus alibi, quod sciam, memini lectitare: positum (ut apparet) pro, *Muliebri aruum conferere*, armisque vicilibus agere res mariti; atque in robustis (ut idem loquuturus postea) hoc est, in mascula hercule, non autem pathica voluptate deditum esse. Pura vero mulier, libera est immunisq; à fœditate morbi Campani, ac luxu illo Capitali, quem Nolis assignat Ansonius, Lesbii usurpatum antiquitus: vnde & αἰσχυρῶς. quod dissimulanter innuere volentes Latini illi veteres Plautus, Varro, Seneca, Tranquillus denique: *Comprimere linguam; Offendere buccam; Ori seu Capiti cuiuspiam illudere*: (quibus respondent; *Mergere caput; Comprimi; Ore alicui morigerari*) periphrasi multo honestissima circumscribere. Martialis lib. ix.

Improbins quiddam ridensq; rubensq; rogans:

Pollicita est nulla luxuriosa mora.

Sed mihi pura fuit. —

Vbi hoc quoque observabis, non de nihilo esse, quod *Luxuriosa* Epithetum attribuerit fellatrici. Item alia huius generis passim, at non eadem circuitione semper quo etiam referendum id quod antea Ascylto tacite expröbrauerat Eutolpius dictis illis: *Cuius nec spiritus purus est.* Eodem quoque honestatis velamento n diuerso * *Ligurum* genere, hoc est. Varronianis *Labda* notandis vsa Latinorum verecundia Exempli gratia *Occultare se demisso capite. Perdere caput in aliquo. Molas lingere. Obliguvire*: cuius rei infamia Tiberio quoque hircoso ac olido seni cl. re & publicitus attellanico Exodio exprobrata apud Suetonium hæc verbis:

Hircus

* *Cun-
nili: go-
rum.*

Hircus vetulus naturam Capreis liguris.

Veniamus ad Petronianum illud paginæ eiusdem.

v. 32. *(Cuius eadem ratione in viridario frater sui, quæ nunc in diuersorio puer est)* Vnde apparet non Gytona modo, sed vero & Alcyllum puerili morigeratione, id est, pygiaco obsequio. quod Eucolpio iam olim in viridario officiosissime præstiterat, *Fratri* appellationem iure quodam suo ex pathica disciplina indeptum antea. Quam rem in priori huiusce narrationis serie (quæ nunc ab stirpe interiit planissime) pluribus haud dubie Petronius noster fuerat exsequutus: *Sed hac prins fuere, &c.* Legitur eadem pagina.

v. ult. *Quid ergo homo stultissime facere debui, quum fame morerer? an videlicet audirem sententias, id est, vitream fractam (lege Vitrea fracta) & somniorum interpretamenta?* Agamemnonis dissertationem intelligit de causis corruptæ Eloquentiæ paullo ante cum Eucolpio habitam. vnde quum se præter opinionem fratris, vel præceptoris potius (nam & hanc quoque appellationem ipse sibi Eucolpius attribuerat modo) ad Gytonem inforandum, stabulum vorsus, hoc est, in diuersorium furtim & quidem curriculo volubundus subduxisset; vt hoc saltem colore aliquo probabili fecisse videretur, dentes suos dentientes, ac lippientes famo fauces, ventrisque esuritoris inanias callide, nec non rationabiliter obtendit, cui iam pridem latranti explementum quæritare maius operæpretium fuisse cauillatur sibi, quam tædium illud scholasticæ audicionis denotare diutius, in excipienda primum præceptoris sui (Eucolpi) inquam) Declamatione; deinde campse mox consequutis Agamemnonis sermonibus, soluta partim, partim vincta oratione bifariam puta conceptis. Vnde & *Vitrea fracta, & Somniorum interpretamenta* appellat, multo vrbanius: vt quasi, *Scopas saltem dicas,*

Inanes inquam Præscarum Nanas,

Plantique Mortualia.

CAPVT VI.

Ad uberiorem Petroniani loci intelligentiam curiosa felicitate enasum. De more locupletum Poëmata sua recitantium culto antiquitus, indidemque pullata ac pamosa multitudinis assensum atque approbationem aucupant-

rium & quasi ementium sibi; non quidem vlla Poetica facultatis virtute, aut scientiarum meritis, sed vero gratuita tibi ac vestimenti prebitione, Conlectanea accuratissima.

Ordinem continuare pergamus porro. Subiungit igitur Petronius pag. 47. v. 3. *Multo me turpior es tu hercule, qui ut foris canares, Poetam laudasti*] Odiosum aliquem recitatorem intelligit, cui frequentem aurium operam locauerat Eucolpius, non quidem carminum (quibus hercle nihil inuenustius) sed vero multo valdius Genio ipsius cœnæ illectus: secundum illud Martialis nostri:

Quod tam grande Sophos clamat tibi turba Togata,

Non tu Pomponi, cœna disertâ tua est.

Cuius adipiscendæ gratia à semet ipse impetrauerat idem ille, quem dico, frater Ascyti, ut præter animi sui sententiam inculta & male nata Poëmata plausu etiam immeritissimo prosequeretur, *Sophocles ex Eucolpio, ex auditore Laudicænus factus* subito Hæc enim nomina in Cœnipedas vulgo detorquebant, id est, in cœnarum captatores, eosque, qui (ut Catullus loquitur)

Quarunt intruisti vocationes:

& qui deterius nihil, quam domicœnia odere, cuiusmodi à Martiali plurimos adeo in Epigrammate graphice prorsus, omnibusque suis coloribus depictos videmus: præque cæteris *Selim* quendam, familiam eo in genere strenuissime ducentem. Quid mirum vero? quum non deessent iis temporibus homines lautissimi ac locupletes, qui re nulla alia, quam carmina sua ut recitarent, assidua cœnarum præbitione auditorum studia emerentur: interdum lacernarum etiam, vel similibus rerum largitionibus gratiam eorundem ac fauentiam aucupantes. Exemplo fuerit nobis vnicus pro omnibus Ligurinus ille Martialis, de quo ita falsissimus Poëta:

Hæc tibi, non alia est, ad cœnam caussa vocandi,

Versiculos recites ut, Ligurine, tuos.

Neque omittenda illa Horatii, de semet in Epistolis prædicantis:

Non ego ventosa plebis suffragia venor

Impensis cœnarum, & trita munere vestis.

Qui mos etiam Persio, non intactus, ineptum ac diuitem recitatorem his dictis Satyricè compellanti:

Calidum scis ponere fumen,

Scia

Scis comitem herridulum trita donare lucerna.

Quibus insuper alterum quoque ab Horatio locum appingas licebit, qui in Arte legitur istiusmodi:

Vt praco, ad merces turbam qui cogit emendas,

Affensatores iubet ad lucrum ire Poeta

Diues agris, diues positus in fanore nummis.

Si verò est, unctum qui rectè ponere possit.

& cætera, quæ sequuntur eodem pertinentia, in Notis nostris ad Horatium plus vno in loco liberalissime explicata. Huius proinde laudationis turpitudinem, siue indignitatem verius etiam hîc Eucolpio obiicit Ascyltus. Neque alio mehercule referendum, quod idem haud multò sanè post: v. 16. *Hodie (inquit) quia tanquam scholasticæ ad cœnam promissimus, non perdamus noctem.* Ad cœnam, Poëtæ illius scilicet, ab Eucolpio (vti diximus) cœnæ gratia collaudati. cuius haud dico versus, sed verò & nomen pariter cum meliore huiusdem Satyrici parte (id quod ex superioribus argumentis satis superque antea nobis ostensum) ubi sint; vtrum sint, an non sint, id verò Lethen scire oportet scilicet. Nam ne de Trimalcionis cœna, qui & ipse Poëta videri volebat, aut perbelle certe amorem carminum simulabat, dictum credam, obstat temporum ratio. Hæc enim, qua-de agitur cœna in hodiernam vesperam condita; at altera illa triduo, an quatruiduo post? indicio sint (præter ea quæ ab ipsa vsque stirpe interciderunt) tot interiectæ in medio festiuissime narratiunculæ, in quibus dies, vespersas, noctesque aliquot absumptas, superstitites etiamnum reliquæ attestantur. Arguta porro, atque oppido prudens commonitiuncula illa:

v. 18. *Non perdamus noctem*] Eam verò & Martialis noster scitissime aliquoties expressit. vt:

Et nihil ex tota perdere luce voles.

Item: *Et nihil, extremos perdidit ante rogos.*

Postremo: *Perdiderit nullum vita reuersa diem.*

Quò etiam respexit Plautus noster, quum scribit:

Diem perdidi optimum.

CAPVT VII.

Phrascos Plautina cum Petroniana conlatio. Quæsticuli in Arbitro, depulso Quæstionum frigore, certo potius, quam arbitrario iure repositi. Collidere cum aliquo,

autē sū Confligere, absolute positum in Seneca. Rumoribus differre. Habitationem ac sedem prospicere sibi. Fraternitas Eucolpiana quousque debeat extendi. Collusio in re voluptatum. Veltæ contubernium, pro Veltæ contubernali, felicitis coniectura alie in Petronio restitutum. Addita & alterius loci emendatio. Divisionis munus inter nequitia vocabula, atque ad eos, qui Sectiones ambituriunt, ablegandum.

Vlterius in Petronio progrediamur. * Rursus in memoriam renovatus iniuria, &c. Phrasis vetus, & qua Plautus etiam usus in Persa:

Ne suarum se miserationum in memoriam inducas.

Pergit Petronius v. 10. *Ac paupertatem nostram privatis quæstibus conemur expellere*] Ita nouissima illa Parisiensis editio. Aliæ, atque in his Lugdunensis; *Quæstionibus*. Quæ lectionum diuersitas me adigit, vt *Quæstionibus* rescribendum harioler, voce examussim probissima, & qua Lucilius Varro, ipse Cicero usus denique. Probarem *Quæstibus*, nisi idem vocabulum in proxima etiam linea repetitum viderem. Quæ iteratio an Arbitrum nostrum condecet satis, doctioribus arbitris arbitrandum porro ac discutiendum relinquimus. Est sub eiusdem pagellæ finem,

v. 13. *Alioqui mille caussa nos quotidie collident, & per totam urbem rumoribus deferent.*] Sic Silius.

Conuersisq; viros colliserat aor.

nec non Papinius: *Gloria collidit fratres*. Absolutè verò Seneca in lib. de Diu. Providentia, quo loco de Carone disserit, Vtiensī dico *Quem sibi rerum natura delegit, cum quo metuenda collideret*. Quod superest, malim inibi *Different*, quam *Deferent*, vti hodie vulgo legitur. idque haud paulò (meo quidem animo) significantius efficaciusque. Ad versum vñq; sequentem gradum porro capeffamus:

v. 18. *(ras autem, quia hoc libet, & habitationem mihi prospiciam, & aliquem fratrem)* Proba, & Romana loquutio, qua nec refugit Liuius: *Qui sedem (inquiens) senectuti vestra prospiciunt*. Fratri vero cognominationem cum germana cognatione confundas, caue. Nihil enim absurdius. & docuit iampridem, tertio Antiquarum suarum, vnico magis vnicus. Lipsius noster, nomen illud inter vocabula nequitie passim à veteribus celebratū. Et haud scio, an Fraternitatē istam ab Arbitro

positam.

positam alio significato vsuam in hoc opere sis reperi-
turus.

v. 32. *Disuſuq; fortiffimè clauſtri inuenit me cum fra-
tre ludentem*] Honèſtè ſane rei turpiculæ periphras̃ ex
eius ſæculi conſuetudine (vt apparet) nata indidem-
que porro in vulgum recepta. quam in Seneca etiã Pa-
tre deprehendas lib. 111. *Controuerſiar. Omnes infamauc-
runt rapta patrem, quaſi cum raptore colludentem.* Item
ſub eiufdem controuerſiæ finem: *Hermagoras ſolebat in-
terdum diu ſchemata perſequi, interdum breuiter & fortius
attingere, ſicut in hac ſententiâ fecit, cum ſuſpicionem face-
re vellet, inter rapta patrem & raptorem colluſionis.*

v. vlt. *Et quid ageb. u. inquit, frater ſanctiffime? quid ve-
ſticonubernium faci?*] Quod quidem Turnebus verbo
iuncto venuſtè de iis dictum autumat, qui ſub eadem
veſte cubant. Mihi non ſit veriſimile, ſuſpicorq; duo-
bus potiùs verbis reſcribendum *Veſta contubernium* per
irriſum appellet eum, quem videri vult à Veſtaliũ
caſtimonia quàm longiſſimè abeſſe.

Habes pag. 48. v. 3. *Et me cepit non perfunctorie verbo-
rare, adiectis etiam petulantibus dictis: Sic diuidere eum
fratre nolito*] Ita Editiones, quas quidem mihi uſque ad-
huc inſpectare contigit. Cæterũ haud placet hæc clau-
ſula, & pro *Nolito*, perlubenter hercule, *Cogito*, legerim.
Latet autem ſpurcicies, ne ipſi quidem Petronio diſſi-
mulata. Addit enim: *Petulantibus dictis.* Quamobrem
autem? Id verò non iam meis, verũ hercule Ciceronis
ipſius verbis enucleare conabor tibi. Sic enim ille Epift.
libro 9. ad Pætum ſuum: *Ergo in verbis honeſtu obſcena
ponimus, quid enim? non honeſtum verbum eſt Diuiſio? Ad
ineſt obſcenum, cui reſpondet Intercaedo.* Vnde & Plautus
Aulularia:

Me tu quidem hercle, hic tam palam non diuides.

Hinc etiam *Diuiſoras dicti Mulicida*, qui Pullariam fa-
cerent ſcilicet.

v. 17. *Nec diu moratus ruſticus quidam familiaris o-
culis meis, &c.*] Id eſt, quem vidiffe aliàs videbar mihi,
quique (cum Plauto dicam) oculis meis haud ſand
ignorabilis obiciebatur. Inuenias idem loquendi ge-
nus inſup. pag. 91. v. 5. *Vox penè auribus meis familiaris.* Hoc
eſt (vt dictum modò) auribus antehac meis compluries
uſurpata.

CAPUT

De Metus, an Motus prerogativa disputatum. Alterius loci enarratio. Mos priscus Fures, seu Latrones etiam deprehensos flagitandi, ab hodierni sæculi consuetudine non abihorrens. Inspecere querelam, Morbum. In controuersia esse. Manuscripti codicis lectio representata. Fragmenti alterius Petroniani cum huius ipsius loci argumento conciliatio, per causam Cryptæ Neapolitanæ: unde Lipsiana quoque de Græca Vrbe suspicio validissime confirmetur. In sacrum Quærtile ante cryptam turbatum Inquisitio paulo curiosior. Manus inter se usque ad articulorum strepitum contritæ præsens animi stormachantis indicium. A Scaligeri sententia in Propertia discessum.

VEntum ad eandem pag. quam & ordine consequentes tralatitia opera, hoc est, perfunctorie, & quali vterius properantes percussitabimus. Pergit casus proinde suos commemorare Encolpius vers. 23. *Ac ne ipse quidem sine aliquo metu hominem conspexi.* Ita est in editione nuperrima. & fortasse probè. in altera, *Motu.* quod si recipimus, quid restat aliud, quàm vt, pro leui animi commotiuncula de subito obiecta, positum interpretemur?

Pag. 49. v. 6 *Exhilaratus ego, non tantum quia prædam videbam, sed etiam quod Fortuna me a turpissima suspitione dimiserat, &c.* Id est, liberauerat, exsolueratque. Vnde patet, Ascyllum iam antea tuniculam istam intactis aureis plenam sibi non à Præmixtore aliquo ignoto, sed verò abs Eucolpio ipso astu manticulatam, manique improba sublectam, falsò sanè persuasum habuisse. neq; misero profuisse *Fraternum* illud *sanctum* ac *venerabile* nomen, quo minus in suspitione furei apud carissimum commilitonem, ac contubernalem suum immeriti summo poneretur.

v. 33. *Inicit utramque lacinia manum, magnaque vacillatione Latrones tenere clamauit* Si, *Tenere*, retineamus, subaudiendum videtur, *Se*; vt manifesta in noxia Latrones sese tenere significet, tanquam deprehensos. Alij tamen, *Tenete*, malunt potius. idque ad nostri huius sæculi consuetudinem referre haud absurdè possis, quoties trium literarum homines in ipso furto deprehensos persequimur ac flagitamus, altiore voce clamant.

clamantes: *Hont den dief.* Cui opinioni ipse quoque Arbitrarius hic noster succenturus postea pagina 146. vers. 9. ubi scribit: *Anicula quamvis soluta mero ac libidine essent, eandem viam tentant, & per aliquot vicos sequuta fugientem, Prehende furem clamant.*

Pag. 50. v. 17. *Ac postero die index querelam inspiceret.* Neque enim res tantum, quæ videtur in controuersia esse. &c.] Eadē ratione dictum, quæ apud Plautum: *Morbunt inspicere.* Quod reliquum est, vtræque manu Turnebi emendationem amplector, accusandi casum Petronio redonantis, rescribentisque: *In controuersiam esse,* hoc loco, more loquendi Plauto, Ciceroni, ac veteribus illis perquam vsitato, qui, *In mentem fuit,* non verò, *In mente,* consimiliter dicitabant.

Pag. 51. v. 17. *Et me derisisse,* inquit, *vos putabatis?* Ego sum ancilla *Quartilla*, cuius vos *sacram* (lege, *sacrum*) ante *cryptam* turbastis] In veteri Codice: *Et derisisse,* inquit, *vos me putatis?* plane & probe exaratum viscebatur. Cæterum hoc leuē; illud aliquanto pensius, magisque (vt quod res est dicam) *κρυπτα*, de *Crypta*: quod quidem ego de nulla sane alia, quam Neapolitana illa accipiendum, habeo persuasum mihi, Veteri P. Daniehs Glossario inductus maxime, huiuscemodi nobis Fragmentum subministrante ex 1. Satyrarum Petronij: *Satis constaret eos nisi inclinatos non solere transire cryptam Neapolitanam.* ad cuius ipsissimum loci argumētum hæc ipsa quoque pertinuisse euidentis suspicio est mihi. Vnde magis etiam interpretationis eius auctoritas suffulcitur de Petroniana *Græcæ urbis* commemoratione: quam eamplē vtiq; cum Neapoli fuisse, antiquissima, id quod supra ostensum, Græci generis colonia (vbi hæc omnia, quæ Protasi cōtinētur, gesta ac patrata) nec Lipsianum nobis, nec Cornelianum oraculum mentitur. *Sacrum* verò nocturnum & penetrabile in Sacello Priapi, (cuius Genio *Pernigilium* deberi monet *Quartilla* postea) à sequiore sexu ex ritu & disciplina patratorum intellige. Eius enim Dei sanctuarium ac religionem iuuenes isti urbani interuentu suo vitauerant scilicet. qui non contenti tanti Semonis mysteria, ceremonias, totque annorum secreta oculis profanis vsurpata dignissime contaminasse, etiam ante *Cryptam Neapolitanam* (vt diximus) turbellas dare sustinuerant insuper: alienissimo & loco & tempore vias publicas grassatura sua infestias habere ausi: nec secus quam

quam Praemiatore nocturni viatorum loculis ac vestimentis insidias facere. Cuius rei testis *Pallinus* fuerit, mala manu, hoc est, nefario latrocinio, ne sacrilegio dicam ab iis ipsis harpagatum antea. Quò item referendum, quod *Eucolpio* & *Ascyko* mox ab eadem *Quartilla* obiectari videmus: *Quanam est, inquit, hac audacia? aut ubi fabulas (rapinas, lego) & antecessura latrocinia didicisti?*

Præcesserat ibidem v. 21. *Uo ergo tam ambitiosus detinuit imber, rerexat superbum pallio caput, & manibus inter se usque ad articulorum strepitum contritu: Quanam est, inquit, hac audacia?* Hoc ipsum inter alia commoti vehementius animi indicia recenset quoque *Seneca* lib. III. de Ira, his verbis: *Adiice articulorum crepitum, quum se ipsa manus frangunt.* Item ibidem cap. .lib. 1. *Horrent ac subriguntur capilli, spiritus coactus ac stridens, articulorum seipso torquentium sonus, gemitus, mugitusque, &c.* Vnde liquet illustrissimi viri error, qui ad *Propertianum* illud:

Spirantisq; animas & vocem misit, at illi

Pollicibus fragiles increpuere manus:

interpretamenti vicem adiecit, eù proculdubio gestum fuisse componentium se addicendum, more etiamnum hodie plerisque familiari.

Pag. 52. v. 19. *Protendo igitur ad genua vestra supinas manus.* Imitatio *Horatiani* illius:

Cælo supinas si interis manus.

C A P V T I X.

Turnebica correctioni assensum. In certamine gladiatorio, Qui non iugulat, victorem abire, quam potissimum ob causam censuerit *Arbiter*. neque aliunde natam emendationem illam, quam corruptissimo *Martialis* loco nos adulescentuli imputauimus iam olim, pro coniunctione causali *Disiunctam* negationis particulam primitus substituere ausi. *Tectioris* sententia exploratio. *Emendatus* *Petronij* locus, non sine exemplorum tam à *Plauto*, quam *Martialis* festinissima conlato. *Mutare equum, quid? Horribiles secreti enuntiatio.*

P Ag. 53. v. 10. *Nam sanè & sapiens, cùm tōpus iurgia steterit; ita enim haud dubiè cum doctissimo Turnebo*
locus

locus ille rescribendus) *Et qui non iugulat, victor abire solet.*] Alludere autem videtur ad morē ac disciplinam gladiatorum, quorum solertia, industria, peritiaq; vis omnis, ac præcipuum porro ad victoriæ cōsequutionem momentum, non in feriundo, aut etiam iugulando; sed vero habili quadam membrum agilitate potius, modicōque corporis inflexu ac declinatione aduersarij positiones, hoc est, ictus imperūsque contra obiectos eludendo, exeundoque; atque ira tractim ac sedato nisu par suum dilassando fatigan loque, & quasi ad languorem dando positum id temporis putabatur. Vnde & rectē inter alia gladiatorij artificij encomia illud etiā à Martiali haudquaquam præteritum, vel dissimulatum:

Hermes vincere, nec ferire doctus.

Quinquam eo loci perperam in omnibus volgatis exemplaribus nullo sensu, *Sed ferire*, iam inde ab antiquo typis publicatum exstet. Vnam Iunianam editionem excipio modo, quæ correctiunculam hanc nostram, ex Petroniani loci coniatione & cōceptam mihi & edolatam iam olim, paginarum margini adtextam præfert. Neque id adeo mirandum; quippe in qua adstruenda viuis ille bono sine atq; obsequenti chirographo vsus fuerat exemplari. sed tum denique posteaquam eidem antea de fugitiua hacce, quam dico, lectione primulum certe aurem vellissem, quam ille porro tanti æstimasse visus, ut eam fastidiose etiam pro sua publici iuris facere neutiquam sit dignatus.

Impetrabilis porro ac clemens illa paginæ sequentis supplicatio, qua non quidem mortem, sed (quæ morte ipsa intolerabiliora) tormenta à se, cruciatūsque corporis deprecatur Eucolpius noster.

Pag. 54. v. 2 *Rogo, inquam, domina, si quid tristius paras, celerius confice. Neque enim tam magnum facinus admisimus, ut debeamus torti perire*] Ita enim legēdum, cui scripturæ Curtianum quoque illud adscriptulari videmus; *Callisthenes quoque ante tortus interit.*

v. 9. *Operuerat Ascyrtos pallio caput, ammonitus scilicet, periculosum alienis interuenire secretis.*] Hoc enim & ipsius suo & Eucolpij periculo perdoctus fuerat iā antea, ob inexpiabile scelus, nec consilio, sed casu ab imprudentibus admissum, id est, ob sacrū Quartillæ in honorem Priapi institutum, (id quod supra planius ostensum nobis) nimium alieno tempore, adde oculis profanis,

fanis, indignissime usurpatum. Itaque iam inde cautiore facto placuit operire caput porro, ne quid in oculos de suo fortuitum incurreret, unde periculum aliquod sibi in posterum crearetur. Prudenter utique, atque ex disciplina præcepti eius, cuius Quartilla ipsum commonefecerat prius: Neque enim impune quisquam, quod non licuit, adspexit.

v. 31. *Ultimo cinedus superuenit, myrtea subornatus gausapina, cinguloq, subcinctus modo extortis nos clunibus cecidit, modo basis olidissimis inquinavit.*] Huic consentaneum quod habes infra pagina 57. v. 5. *Ab hac voce equum cinedus mutauit, transiitq, ad comitem meum facto, clunibus eum basisq, distrinxit.* Sed videtur legendum potius in Fragmento illo priore: *Modo extortis nos clunibus cecidit.* Ad exemplum Martialis scribentis:

Culus tritior Hadili lacernis.

Item Plauti ex Fragmentis amissarum Fabularum:

Cum extortus talis, cum rodellis crusculis.

Quod si quispiam, Extortis, malit, referendum erit ad pygæ eiusdem macritudinem, ita porro à Martiali meo quasi penicillo expressam:

Habere amicam nolo, Flacce, subtilem,

Quæ clune nudo radat, & genu pungat:

Cui ferra lumbis, cuspis erinet culo.

Cæterum quod Equum muasse Cinadum prædicat, ea verò metaphora à Vertumnis, hoc est, equorum defultoribus, & (quod Propertius ait)

Traicit alterno qui leue pondus equo;

desumpta videri potest. De re taceo, quippe flagitiosa, & quam, nostri pudoris non est, explicare.

Pag. 55. vers. 2. *Uterque nostrum religiosissimis iurauit uerbis inter duos periturum esse tam horribile secretum.*] Horribile, id est, sacrum, verendum, & quod hominum mentibus tacitam quandam à se religionem incutiat. Vnde & Catullus ei proximæ scilicet:

Di magni horribilem & sacrum libellum.

Sic & Petronius postea: *Et Protogenis rudimenta cum ipsius nature veritate certantia non sine horrore tractavi.* Id est, non sine religione, metu, ac reuerentia, quæ rebus sacris potissimum ac diuinis debetur. Sic Horrificæ, pro Venerande apud Lucretium: item Religionem pro Metu, & contra, plus semel positum inuenias. idque ipsum non sine stimulo ac riuiali, Vergilio primum, cuius hoc de

Lanro

Lauro exemplum occurrit modo,

Multosq; metu seruata per annos.

id est, Religionis ergo. deinde & Valerio Flacco libro vndecimo de Sacris Bonæ Deæ in Samotracia institutis primulum:

Mane, sacrisq; metum seruemus opertis.

CAPUT X.

Veteris ludi mos, quo dormientibus ora fuligine oblinebantur, ad Plauti, ac Petronij plenam solidamq; exemplorum intelligentiam nunc primum Noniano indicio patefactus; accommodatusq; ad ritus aui præsentis, & Regulium nostrarum festiuitates.

P Ag. ead. v. 17. Cum Ascyrtos grauatus tot malis in somnum laboreretur, illa, quæ iniuria depulsa fuerat, ancilla totam faciem eius fuligine longa perfricuit, & non sentientis labra humerisque sopitionibus pinxit.] Spero me gratiam à Lectore non nimium ingrato initurum, si ex confragosa planâ fecero loci huiusce interpretationem, retracto fugitiuo Ludi veteris more. neque id melius fidius Petroniani magis, quam Plautini honoris gratia, meretricem Adelphasium inducenti in Pœnulo, forma ferocem, eoque nomine plus æquo blandientem sibi; nō sine contemptifica sane, plenissimaque fastidia gloriatio: nequam huiusmodi castigatiuncula reuocandis demum Antherastilis soror:

Stulta, soror, es magis quam volo, an vero pulchra videre obsecro,

Sic tibi illic non os oblitum est fuligine?

Ceterum huiusdem loci sententiam, ad Petroniani exempli illustramentum mirifice faciunt, fuliginea somniorum suorum nube solens nobis obleuit Lambinus, quam Marcelliana tandē spongia abstersurus. Grammaticam eiusdem obseruationē huic chartæ illinere non grauabor: Subleuit, significat illudit, & pro ridiculo habuit, tractū à genere ludi, quod dormientibus ora pinguntur. Vnde perspicue dilucet, hoc pigmenti genus per ioculum & ludum iis allui solere, quos aliis deridēdos propinare volebant, idque turpiculis puellis potissimum, quas hoc contumeliaz genere à procaci iuuentute affici mos erat: credo, ut hac quasi Censuræ monita, deformitatis

sua

sua in memoriam reuocarentur. Confirmat opinionem hanc nostram Adelphasium, quam ibidem ob amabilitatis successum hæc de semet satis gloriose prædicatæ Comicus induxerat modo:

(certo enim, quod quidem ad nos duas

Attinuit, præpotentes, pulchra, pacisque potentes, forer, fuimus.

Neque ab inuentura ibi irridiculo habita, quod pol, forer, Ca. eru omnibus factum est.

Hinc mos ille, quasi per manus iã inde ab antiquo traditus nobis, dimanasse videri potest, quem in ioco & vino pridie Regalium, oprimo dierum scilicet, vsurgare consueimus etiamnum hodie, Morionem sortito ex omni numero creandi ac deligendi, cui inter cætera veræne, an simulatæ stultitiæ cōmoda, etiam hæc quasi Prærogatiua data, vt triclinio in orbem lustrato, oculisque quaquã vorsum circumactis, si quidpiam forte ab incurioso, malèque sedulo conuiuia contra communis Regis (Dialis inquit) Edicta vel dicto, vel facto per incogitantiã (vt fit) titubatum animaduernerit, ei vero hominĩ multam imponat: illicõ; hoc est, carbonẽ aliquo teterri-
mo, seu fuligineo potius medicamine (vt in Plauto & Petronio fit) os ei totum faciẽmque perfricatam denigret, cum ingenti æcubantiã plausu: quibus tamen pariter delinquentibus, Legẽsque communibus suffragiis latas migrantibus eadem porro decoloratio impendet, solo Rege excepto modo, quippe ex lege & quasi sacer. Atque hæc ipsa ad *Fuliginem* satis. Restat, vt *Scipionibus*, quæ sequuntur, manum applicem: quas lubenter equidem, *Scipionibus*, commutarim, si tamẽ, quid id esse verbi dicam *Scipionibus*, satis pro comperto haberem. Nam in Catullo auxilij quæ specula, grauissimam adeo hanc pœnam puellæ suæ deprædatoribus interminante:

Nãmque totius vobis

Frontem taberna Scipionibus scribam.

Qua enim ratione *frons Taberna Scipionibus* conscribulari possit, non video: non vtique magis, quam condignus ille doctissimo Poëta Interpretes Scaliger noster. cui secundas agere, & mēdum potius tam hic. quàm in Catullo la ere suspicari maualo, quàm enarrare, quæ non intelligo.

CAPVT

CAPVT XI.

Concrepare æra. Cymbalistria: Crotalistria. Horatij ac Martialis locorum a^t sententiam Petronianam adcommodatio. Urbanitatis vernula vera ac luculenta enarratio, correctusque Arbiter, eademque Seneca loci duobus, Mancipiorum id genus in probru meditare funditandus isberrima atque impunissima dicacitas. Alia quadam nata haud proletaria.

PAg. 56. vers. 9. Cum intrans cymbalistria, & concrepare æra omnes excitauit.] Eadē ferē loquutio apud Propertium:

Cymbala Thebana concrepuere Deo.

Item Ouidium. *Themesa aq. concrepat æra.* Quod & Martialis sequutus: *Et Taricisiaca concrepat æra manu.* Cymbala proinde ex ære, quemadmodum & Crotala (vnde Crotalistria, simili modo conformatum) Sed & Sistra, instrumentum tinnulum cōcauum Matris Deorum sacris consuetum adhiberi antiquitus.

V. 26. *Perfluebant per frontem sudantis acatiae rini, & interrugas malarum tantum erat creta, ut putares detestum parietē nimbo laborare.*] Similitudo aptissima, quo aptari etiam haud incōmode sane poterit Horatianum illud ex Epodis, de Vetula huic Cincēdo non nimium dissimili:

Quis sudor victus, & quam malus undique membris

Crescit odor, quam bene soluto

Indomitam properas rabiem sedare: nec illi

Iam manet humida creta, colorque

Stercorēque fucatus crocodili. Item Martialis:

Quam cretata timet Fabulla nimbum.

dēque eadem alibi:

Crasior in facie vetula stat creta Fabulla,

Plura qui volet, Succidaneas ad Horatium Notas nostras consulito.

V. 2. *Composuit illa tenerius manus, & : O (inquit) hominem acutum, & urbanitatis vernula fontem*] Ego, Frontē, malim ei *εὐνοῖα*. neq; aliter sane fuerat in manuscripto. Cæterum Vernula urbanitas quæ sit, video quæri posse. Ego eam interpretor, quæ Salibus (vtri est apud Iuuenalem) nati intra pomeria constat: quæque propriè, auctore Fabio, Urbanitas perhibetur. quæ idem notari vult sermo

sermonem præferentem in verbis, & sono, & vsu propriū gustum *Urbi* &c. cui contraria sit *Rusticitas*. Nisi potius tamen ad *Vernarum* dicacitatē allusum, quibus impunitissime etiam in dominos iocularia funditare ius erat. sicuti & Morionibus quoque, Cinxidisque, ac mancipiis denique eum in vsum præstinitis conciliatisque, quo initium videlicet ab ipso conuiuij præbitore facientes in conuiuas porro singulos scemmata ac dicteria viritim euibrarent quibus tantum abest, vt perstricti offenderentur, vt etiam risu ea ipsa prosequeretur ac plausu; in ioco quippe & vino vernaliter, hoc est, argute ac ridiculariter profusa. Probo istuc ipsum ex Seneca ita lib. xi. de Tranquillitate vitæ differente: *Eadem causa est, cur nos mancipiorum urbanitas in dominos contumeliosa delectet, quorum audacia ita demum sibi in conuiuiis ius facit, si cepit à domino. Vt quisque contempnissimus, & ut maxime ludibrio est, ita solutissima lingua est. Pueros quidam in hoc mercantur procaces, & eorum impudentiam acutunt, & sub magistro habent, qui probra meditante effundant. Nec has contumelias vocamus, sed argutias. Adde istuc ex eiusdem de Diuina prouidentia libro: Itaque quam videris bonos viros, acceptosque Dijs laborare, sudare, per arduum conscendere, malos autem lasciuire, & voluptatibus fluere, cogita filiorum hos (emendo, nos) modestia delectari vernularum licentia. Illos disciplina tristiori contineri, horum ali audacia. (malim, audaciam.) Idem tibi de Deo liqueat. Hactenus liquidissime Seneca. Neque enim genus istud laxo imperio modo, verum soluto quoque; imo etiam sub magistro (vti ex eodem Seneca demonstratum modo) habebatur: quo videlicet præeunte nequitia omni, ac scurrilibus cauillis. Mimicisque dicteriis iam inde à prima ac tenella ætate assuefierent strenue. Vnde arbitror planum fieri, cur scripserit Martialis lib. io.*

Vernaculorum dicta, sordidum dentem,

Et fæda lingue probra circulatoria.

Item i. Urbanus tibi, Cæcili, videri.

Non es, crede mihi quid ergo? verna es.

Neque omittendum id hominum genus, *Vernas Equites*, ioculari, imo Satyrico conuicio indigitatos eodem Martiali, ac Iuuenali auctoribus. Proinde haud inscite Horatius:

Vernasque, procaces

Pasco libatis dapibus.

necnon Tibullus:

Consuesces

Consuecet numerare pecus, consuecet amantis

Garrulus in domo ludere verna sinu.

Ad Petronium denuo conuortamur: P. 57. v. 2. *Per fidē, inquam, nostram, Ascritos in hoc triclinio solus firias agit? Sententia efflagitare videtur, ut, Vostram, rescribamus.*

v. 16. *Hodie enim post assekum diuina non sumo*] Id est, Quoniam quidem ex sententia per diem totum robusta me voluptate expleui: ipsaque adeo vsque ad satietatem quinta Veneri nectaris parte, lepidissimo inquam illo Icyphalli flore à molitoribus meis onusta ac plena nauis discessi, ultra igitur promulsidi locus non est, in satura praesertim ac saburrata probe. cras vero primo cum diluculo, simulatq; integram famem ad ouum attulero, tum igitur gustatione hacce matutina primulum, sic quasi Rude aliqua Velisari, satis pol in tempore more porro meo initiabor foies.

CAPVT. XII.

Rima improbè diducta unde, quomodoq; interpretandum.

Acus cognomento Lasciuæ, ex Martiali & Tertulliano declaratio. Valgia Petroniana fusc ac dilucide explicata. Turnebi expositio defensiva, alia reiecta, una cum suffragatore suo Monstroliensi. Valga fauia non pro meretrice collabellandi actione (uti volunt alij) sed vero pro ore ac labellis ipsis valgiter, hoc est, ad irrisum conformatu in Plautino Milite accipiunda. Aliquem labiis ductare.

P. Ag. 58. v. 16. *Itaque, cum inclusi (Sic & Persius: Scribimus inclusi numeros ille, &c.) iacerent, confestim ante limen thalami, & imprimis Quartilla per rimam improbè deductam applicuerat oculum curiosum, lusuq; puerilem libidinesa speculabatur diligentia*] Placet lectio oræ Lugdunensis Editionis prætexta, in qua, *Per rimam improbè diductam*: legitur. Atque istuc facit exemplum illud à Martiali lib. 12.

Oblinitur minima, si qua est suspicio, rima,

Punctaq; lasciuia qua tenebrantur acu.

Vbi cur Lasciuia acus cognominata Martiali in cōtrouersiam vocari posse video. Mibi vero iam id ex Christianissimo scriptore Tertulliano planum facere est benignitas, in opusculo de Virginibus velandis præeunte nobis in hæc verba: *Simulq; se mulieres intellexerunt, vertice capillum,*

capillum, & aen lascivior comam sibi inserunt, crinibus à fronte diuisis apertam professâ mulieritatem

V. 22. Et quia considerantium haerant vultus, (simile apud Ovidium: *Hæsi, & in vultu consistit usque tuo*) quicquid a spectaculo vacabat, commonebat valgiter labia, & me tanquam furtivis subinde osculis verberabat] Hoc est, Quoniam reliqui qui aderant aliorum mentes oculisque diuiserant suos, totiq; adeo in Gytonis ac nouæ nuptæ automatis per rimam libidinosa curiositate inspeclandis, lusuque puerili exigendo dediti videbantur; Quæcilla interim quicquid temporis nuptiarum spectaculo clanculum suffurari poterat, id porro omne oculissima in me contemplatione iniecta aude & quasi catillatim consanebat, oris habitu in lasciuiam conformato, hoc est, *obortu valgiter labellu*, & quod Catullus *Micantibus* amat dicere, semihulum sauium lingua leniter leuiterque protensa eminus amatori suo obiectans Neque aliorum spectat illud Aquinatis Satyrici:

Blandaq; deuocet tactaret basia rheda.

De motu oris ad foelissimam patientiam comparato etiam Martialis libro 1.

Vna laetamur: aspicit nihil sursum,

Sed spectat oculu deuorantibus draucos:

Nec otiosis mentulas videt labris.

Denique idem Iuuenalis Satyra ix.

Quamuis te nudum spumanti Vixro labella

Videris, &c.

Locum fissius enarraui, mollium exemplorum conlatione uti coactus, probiorum inopia eo magis, quod videam in *Valgi* hisce Petronianis explicandis, valgiter nimis hallucinatum amicum quendam noitru, qui re se factâ habere est arbitratus, si eaple illa cû *Valgis* *Plauti sauijs* confunderet; non sine grauissima Turnebi reprehensione, quasi valgiter, id est, proue Interpretis hicce officio functi. At ego aio recte, & Turnebum ab iniquissima calumnia libero: hætenus quidem, quod ad furtiuas istas Quarællæ osculationes scilicet. Nam de *Valgijs* *Plautiarum* Meretricum prudentius cõsuli potuisse, quis verò est, qui dubitet, qui quidem hæc viri illius verba aliquanto præsentiore animo ruminetur, VII. Aduersar. libro lectitæ: *Valga sauii*, obortiones sunt oris ad derisionem. Nam suauium interdum est conformatio oris & labrorum ad suauandum. Sapienter sane usq; adhuc.

ill,

illa, quæ sequuntur, non item: *Meretrices autem dum Gloriosum Militem ductabant atque captabant, per illusionem tamen inter osculandum os obtorquebant, valgumq; reddebant, eum ex animo non basiantes, atque ludificantes.* Neque mouet me sententiæ eiusdem succidaneus Lambinus: quam hoc ipso etiam Petronij exemplo confirmare adnititur. *perperam, ut dictum ac doctum est modo.* *Suauia* enim non pro suauiationibus (proinde ut vulgo solet) verum potius pro *Labijs* ipsis accipi oportere ipsa sententia clamat. idque diuinitus (ut omnia) à principe illo Scaligero animaduorsum. Non igitur de *Valgijs* inter basiendum Militem à Meretricum turba per irrisum & contumeliam conformatis, sed vero de *posticis fannis* intelligendum, sine basiatione: quibus fastidiosæ illæ ac contemnitiuæ Militem absentem, seu præsentem etiam, sed auersum tamen, atque (ut fieri solet) à tergo ludos faciebant assidue. quas quidem (*Sannas* dico) oris obtorsione lasciuum morem adumbrare mos erat. indidumque interpretandum, id quod antecesserat modo.

Itaque meretrices labijs dum duciant eum.

Quod prouerbialiter dictum aliud significare videtur mihi, quam quod ipse mox porro explicat Comicus, *Valgis suauis*, hoc est, prauè distorto ore Militem subfannant scilicet. habentq; miserum & Gloriosum illum omnibus modis ludibrio ac despicatui.

C A P V T X I I I.

Priscæ bestulorum delitiæ, solo nutu, vel digitorum certe crepitu, si qui uellent, poicendi ac significandi. *Eam in rem Martialis, Tacitus illustrati.* Aquariæ prouinciæ Præfectura ad Eunuchos. De Linteorum in balneis usu nonnulla item de Mæppis, hodiernæ consuetudini penitus aduersantia. Sellæ, ac Lecticæ discrimen. Cursores salerati. Locus Tranquilli cum cura diffusus, imo (ut spero) cum fructu. Ministri Cathedralitij, quod genus? *Ios. Scaligeri coniectura* In Arcuma Festi, Chiromaxio Petronij interpretando subscriptum.

Pag. 59. v. 8 *Trimalchio lautissimus homo digitos concrepuit, ad quod signum matellam spado ludenti suppositus* Concrepuit digitos, sic dictum: ut supra, concrepare aia; & quod nos vulgò digitare consuemus: *Op zyn vingheren*

X

tnippen.

enippen. Mos utique ex Martialis disticho libri xiv. planissimè planior, cui Lemma:

Matella fœtulis:

Dum pascor crepitu digitorum ac verna moratur,

O quoties pellex calcita facta mea est!

Vnde & alterum eiusdem Poëtæ locum in promptu sit expedire:

Cum peteret seram media iam nocte matellam

Arguto madidus pollice Panaretus.

A lautioribus porro Eunuchos in deliciis habitos quis nescit? atque id genus Aquariæ prouinciæ præfultum potissimum, eiusdem quoque Epigrammatarii testimonio adstruere posse videor, in re & persona huic prorsus consimili, imo etiam cognomini ita more suo deliciantis:

Digiti crepantis signa nouit Eunuchus,

Et delicata suscitator urina

Domini bibentis ebrum regit penem.

Huc accommodandum illud Taciti de superbia Pallantis lib. 13. pag. 459.

Respondit, nihil unquam se domi, nisi nutu aut manu significasse.

v. 16. *Iam Trimalcio unguento perfusus tergebatur, non linteis, sed pallijs ex mollissima lana factis*] A lauatione enim tenuiores oleo, ditiores contra unguento perfusos, pro re puta atque opibus vnusquisque, carbasinis velis, id est, linteis sudariisque setabis detergeri mos erat; quemadmodum & hodie: non autem pallijs laneis. vnde hoc ipsum quoque inter quæsitissimas Trimalcionis elegantias lautitiâsque ponit Arbiter noster. De Linteis Balneariis, quod dixi, confirmat Martialis libro x.

Lintea ferret Apro vacuus cum vernula nuper,

Et supra togulam lusca federet anus.

Item alibi:

Lintea si sumas, nix candidiora loquetur.

Sint licet infantis sordidiora sinu.

Vnde hanc quoque ducere est coniecturam, eos qui lauandi causa balnea publica ingrediebantur, lintea, quibus extergerentur, secum prius domo adportare consueuisse, ne quis ea forte à balneatore subministrata opinetur. Quod mirum nemini videri debet, quando alienas etiam epulas adituri mappam quisque suam abs se ad

mensam

mensam adferre cogebantur. Eius moris testem facio eundem Epigrammatarium meum:

Ad cenam Hermogenes mappam non attulit unquam.

A cœna semper restulit Hermogenes.

Nec Mappam modo, sed vero & lagenam, indicio eiusdem:

Sed mappa quum iam mille rumpitur furtu,

Rofos tepenti sphondilos sinu condit, &c.

Et mox:

Nec esculenta sufficit gula prada,

Misto lagenam repleu ad pedes vino.

Hæc per ducentas quum domum tulit scalas, &c.

Addatur fidei insuper causa ex Lapithis Luciani de mappa, seu mantili in rem præsentem testimonium multo apertissimum.

Καὶ ἄμα λίγων, πλὴ ὁδόνων περιπατῶν ἐπιχειρῶν, ὃ ὅπως εἶχε ἡ Ζωοθέμις, μὲν ὅσον παλαιῶν χρόνων. Ἐμὲ μὲν λῦσαι αὐτῶν ἔτι, ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἐς τὸ ἐδάφους, ἀλλ' ὃ ὅπως ἐκ ἀντικειμένου ἀντιχρῶν.

v.19. Hinc involutus coccina gaujapa lectica impositus est.] Sicut hic Lectica solius, ita Sella quoque mentio Lecticæ coniuncta legitur apud Senecam libr. de Breuitate vitæ: Nec illos quidem inter otiosos numeraueri qui sella se & lectica huc & illuc ferunt, & ad gestationum suarum, quasi deferere illos non liceat: horas occurrunt, quos & quando lauare debeant, &c. Et mox: Audio quendam ex delicatis (si modo delitia vocanda sunt, vitam & consuetudinem humanam dediscero) quum ex balneo inter manus elatus, & in sella positus esset, dixisse interrogando: Iam sedeo? Vnde in Sella selesitare, in Lecticis vero resupinos gestari cubantium in morem solitos, prorsus persuasum est mihi. De cæteris Lipsianum Oraculum adeunto, cuius Electa nō compilo. Subiungit deinceps Arbiter:

v.20. Præcedentibus falerati cursoribus XIII. & chiramaxio in quo delitia eius ferebantur, puer vetulus, lippus, domino Trimalcione deformior.] De Cursoribus, qui in comitatu nobiliū quondam visebantur, & quidem (sicuti hic) faleratis meminit etiam Tranquillus in vita Neroniana: Nunquam carrucis minus mille iter fecisse traditur, solei mularum argentei, canusinatis mulionibus armillata & phalerata cum Maḡacum turba, atque cursorū. Qui locus præter Egnatium & Glareanum etiam Phœnicem illum Europæ, Turnebum dico, miserimis modis exerci-

tum, & quasi in equuleo tortum habuit. idq; adeo haud mirandum, in tanto chirographorum Codicum dissidio, ac varietate quorum alij; *Phalerata comazacum*; alij *Phalerata hamaxicorum*; sunt etiam, qui *Phalerata cum amaxicorum* nobis repræsentant. nec defuere, qui *Cymazacum* præferrent. Ex quorum omnium pariter lectionum farragine, huiusce Petroniani loci fiducia maxime ac subsidio fretus, in Suetonio rescribendum præstare nullus dubitem, *Phalerata chiramaxicorum turba*, vel certè, *Chiramaxicorum*, &c. vt Rhedarios, Essedariosque intelligamus (*ἀνὰ γὰρ* enim quidnam aliud, quàm *Essedarius*?) Eos dico, qui *Chiramaxijs* cum herili præerant imperio, & calatorum vehiculorum aurigationi quasi Præfecti cluebant: in quibus infelicitium catamitorum Pædagogia (quos Martialis meus *Cathedralitios* ministros indigitat) oblita facie vectari consueuerant. vt ne sol videlicet, aut frigus teneram ac delicatam cuticulam perfringeret. cuius eximie cautionis commonefecit nos Seneca. neque aliena adeo visa, quæ huc per causam infarciretur. Sic igitur ille libro Epist. xxii. *Omnes iam sic peregrinantur, vt silos Numidarum præcurrat equitatus, vt agmen exsorum antecedit. Et mox lineis aliquot interiectis: Omnium pædagogia oblita facie vehuntur, ne sol, ne frigus teneram cutem ladat. Turpe est neminem esse in comitatu puerorum, cuius facies medicamentum desideret. Sed enim hoc nihil ad pompam & comitatum Trimalcionis, quæ haud longius sanè, quàm è balneo ad triclinium proficiscentem inducit Petronius, vno exoleto contentum modò, qui non *Leſtica*, aut *Rheda*, sed verò *Chiramaxio* feratur. Atque equidem quid id esse. licam verbum *Chiramaxicum*, nescio. & pœnitet expositionis, qua id genus gestatorij cum *Rheda* aut *Essedo* confudisse videor prius. tamen si non ignorem *Essedu* etiam in gestatione locum fuisse æuo veteri: & *Gestatores* nominatos eiusmodi generis vectores: indicium nobis præeunte Martiali verficulip illis libris*

Hisce Emilie, Salarièq;

Gestator pater essedo tacente.

Sed multò etiam certius, magisque Historica ex fide Suetonio Tranquillo, cuius narratio ista de Claudio mihi commodum hercule succurrit modo: *Solitus etiam in gestatione ludere, ita essedo aliterq; adaptatis. ne lusus conjunderetur.* Quocirca à Scaligero Principi hęc nostro satius

tius esse duco subscribere; qui Festi *Arcumam*, *Chirama-*
xij vocabulo interpretatur, pro modici plaustrī genere,
neque plurium, quā vnus hominis capaci: addē à ser-
uis, non à mannis trahi, ac prouehi solite: vnde & caussa
nomini.

C A P V T X I V.

Agamemnon quisnam apud Petronium? Pica variae confi-
deratic. De adoptiuo Trimalcionis Praenomine haud
languida sanē fidei coniectura. Cœnatoria cuiusmodi
fuerint; & an eadem cum Vestimentis Cubitoriiis qua-
situm. Cautum Romanis olim Legibus fuisse, ne Que-
storibus, vel Prouinciam sortitis munera porro vlla
accipere à Prouincialibus liceret. Trimalcionis Pe-
troniani cum Martialis Malchione affinitas. *Habitus*
utrorūque, ornatūsque in persona Mæcanatu à Seneca
tāquam penicillo expressus. Armillarum mollities à
fœminis paulatim ad viros quoque traduci cœpta. Co-
chlearia quid, & cui potissimum vsui apud Romanos?
Easpe comesorum onorum, tum Cochlearum maxime (un-
de & etymon rei) calicibus perterebrandu, superstitionis
ergo, seruasse antiquitus. Pondus eorundem in Perro-
nio expensum. Dubius & controuersus Martialis le-
cus Lucilliani testimoniij similitudine defensus pariter ac
declaratus.

E Ad pag. v. 27. Sequimur nos iam admiratione saturi, &
cum Agamemnone ad ostium peruenimus. Agamem-
nō hic Trimalcio nō est; sed is, quē Smasoriam in libella ha-
buisse nobis narrauerat antea, additi eiusdem insuper de
causis corrupta Eloquentia Dissertatione: quam Euclopa-
næ Declamationi consequam ac subiectam ibidem ini-
tio huius operis inuenias.

v. 32. Super limen autem cauea pendebat aurea, in qua pi-
ca varia intrantes salutabat. De hoc genere Plin lib. x.
cap. xxix. Nuper, & adhuc tamen rara, ab Apennino ad Vr-
bem versus cerni cœpere picarum genera, quæ longa insignes
cauda Variæ appellantur. Nos patrio sermone, Bonte ex-
ters, nominamus, famosa garrulitate amabiles, nec mē-
titus Martialis lib. 14.

Pica loquax certa dominum te voce saluto.

Si me non videas, esse negabis anem.

X 3

P.

P.60.v.31.G.POMPEIO.TRIMALCIONI,
VI.VIRO.AVGVSTALI.CINNAMVS.
DISPENSATOR.] neque multo post:III. ET
PRIDIE KAL. IAN. G. NOSTER FORAS
COENAT.Repono vtrobiq; CN vt *Gnaus* fiat deniq;
quem cognomentum etiam Pompeij ferre videmus. nec
vero mirum cuiuspiam videri debet de Prænomine.cuius
soliis nota in hac nouissima Inscriptiōe Petronianus
iste Trimalcio insignitur. In eo enim ingenuorum di-
gnitas posita antiquitus. credo , quod serui generis ho-
mines inopiam Prænominum paterentur.& cognomine
honestiores appellare familiaris, quā pro dignitate ha-
beatur. cōtra hac nos hodie facitamus. Qua de re plura
ac compertiora nosse qui volet,eum porro ego Aduersa-
ria magni illius Turnebi accedere iubeo lib. 11.c.xix.ad
huncce Horatii locum : *Quinte puta, aut Publi (gaudent
Prænomine molles Auricula,) &c.*

Pag.61.v.19.*Vestimenta mea cubitoria perdidit,qua mi-
hi Natali meo donauerat cliens quidam Tyria,&c. (Cænato-
ria appellitauerat supra : cuiusmodi patroni locupletio-
res, vel etiam aduocati ab anteambulonibus & clientu-
lis suis quotannis muneri accipiebant diebus Natalitiis,
ex more & disciplina munificentiz Romanæ. Martial.
libro x.*

*Pugnorum reus,ebriq;, noctis
Cænatoria mittat aduocato.*

Vide quæ notauimus ad illum Horatii locum:

Natales grate numeras,ignoscis amicis.

Quibus tamen & hæc quoque ex Plinio Iuniorē adiici
oportuerat insuper , per incogitantiam (vt fit) silentio
nobis præteruecta id temporis,quæ libro Epistolarum e-
iusdem iv.de Iulio Basso, qui Bithyniam sortitus repe-
tundarum reus redierat , ad hoc exemplum leguntur:
*Multis enim,atque etiam Principi dixerat,sola se munuscu-
la,duntaxat Natali suo aut Saturnalibus accepisse, & pla-
risque misisse. Item paullo antea de eodem:Hoc illum one-
rabat , quod homo simplex & incautus quedam à Provin-
cialibus,vt amicis (M.lê enim in H.Stephani editione;vt
amicus,proculsum exstat)acceperat.nam fuerat in Provin-
cia eadem Quaestor. Hæc accusatores,furta ac rapinas,ipse
munera vocabat sed Lex Munera quoque accipi vetat.Vn-
de hoc quoque præter alia docemur,Præsidibus.seu Pro-
curatoribus Prouinciarum istud iuris vtrique non fuisse,*

vt

ut à Prouincialibus suis, quibus aut cum Principis, aut cum Populi præerant potestate, aliâque porro munera acceptarent; Ne natali quidem suo, aut Saturnalibus, optimo dierum, ab amicis tamen & familiaribus licuisse: Sed nos ad Petronium nostrum reueniamus denique in quo credo fore, qui *Vestimenta ista Cubitoria diuersa à Cœnatorijs fuisse* asseuerabunt; & illa quidem *Cubicularibus*, hæc verò *Tricliniaribus lectis* conuenisse ex vtriusque vocis etymo fidem haud dubiè sunt facturi; neque ego huic sententiæ repugno. Sed quid diutius tricorn? quasi vero *Lis* ista non abs Lipsio nostro in Saturnalibus suis publicitus decisa iampridem! Fateor: &, *Accubitoria*, literula in Petronio retracta, pro *Cubitorijs* reponenti meritissimo vtique ac lubens suffragatorium addo calculum.

Pag. 62. v. 20. *Positusq; in cernicalia minutissima*, (nostrarum Puerperarum in morem) *expressit imprudentibus risum*. *Pallio enim coccino adrasum incluserat caput, circaq; oneratas veste cernices Laticlaviâ immiserat mappâ.*] Huc spectat Martialis illud de Malchionis huius, penè dixeram; germano, & quidem gemino:

Iacet occupato galbanatus in lecto,

Suffultus ostro, fericisq; puluinis.

Caput verò *pallio inclusum* Mecenatico cultui respondet penissimè; qui tamen non risum, sed iustam indignationem potius Senecæ stomachanti expressisse videtur. Testes hæc ipsissima eius verba, lib. xx. Epist. cxv. *Hunc esse, qui in Tribunali, in Rostris, in omni publico cœtu sic apparuerit, ut pallio velaretur caput, exclusis vtriusque auribus, non aliter, quàm in Mimo Diuitis fugitini solent. Laticlaviam etiam Mappam inter munuscula alia Saturnalia, & quidè vilissima, pretii que minimi, à Piceno cliente muneri missam Sabello Caulsidico commemorat falsissimus Poëtarum Martialis, lib. 4. Epigr. 46.*

Et lato variata mappa clauo.

vers. 30. *Et ne has tantum ostenderet diuitias, dexteram nudauit lacertum armilla aurea cultum, & eboreo circulo lamina splendente connexum*] *Armilla* sequiori sexui antiquitus in vsu tantum, mox etiam glisciente luxuria ad virorum ornamenta traductæ. Vide Plinium libro xxxiii. cap. 111. Historiæ Natural. Eadem mollities in Caligula quoque notata à Suetonio scribente: *Sape depictas gemmasq; indutus penulas manuleatus & armillatus*

in publicum pro eſſit. Nec non à Seneca lib. 11. In ſapientem non cadere iniuriam : *Cherea* Tribuno militum : aique ſignum petenti, modo *Veneris*, modo *Priapi* dabat, aliter atque aliter exprobrans armato molliorem. Hoc ipſe pellucidus, crepiduſus, armillatus, &c. Quo loco ; Aliter, atque aliter, utraque *Venere* ſtudioſum, hoc eſt, modo agentem, modo patientem interpretor. Per *Priapum* enim. Diuiforem; ſive Admiſſarium; per *Venerem*, & mollem & impudicum deſignari rei ipſa vociferatur.

Pag. 63. v. 19. Accipimus nos cochlearia, non minus ſex libras pendentis, unaq; ex farina pingui figurata pertuſiſimus. Hinc Cochlearium uſum apud veteres qui fuerit, planiſſime deprehendimus. neque hinc modo verum etiam ex *Martiali*, ita libro 14. ſub Lemmate Cochlearis diſputante:

Sum cochleis habilis, ſed nec minus utilis ovis,

Nunquid ſcis potius, cur Cochleare vocer?

Facit eodemque & locus *Plinij* ex libr. 28. cap. 2. Deſigiquidem diris deprecationibus nemo non meuiſt. Huc pertinet ouorum, ut exſorbuerit quiſque calices, cochlearumq; protinus frangi, aut eoſdem cochlearibus perforari. Cuius ſuperſtitionis maniſeſtiſſima veſtigia noſtrarū etiam nū muliercularum animis firmiſſime impreſſa hodie eſt animaduertere, quibus prima huius quoque rei cantio eſſe conſuevit, uſque adeo, ut quoduis *Venerium* etiam vadiumonium deſerere præoptaturæ videantur prius, quàm non poſt ouorum exſorbitionem teſtas eorundem ſive adeo putamina pertuſum ire protinus, imo vero fruſtilatim comminuere ne *Diris* illis *Plinianus* ſcilicet, id eſt, carminibus Deuotoriis *Thyeſtæo* ritu conceptis obnoxia factæ deſigi, aut linguæ malignantis execrationibus fascinari porro ab inuidis, vel maleuolis poſſint. Ceterum omnis Cochlearium virtus præ ratione ponderi, & argenti modo æſtimata. atque in hoc ipſo quoque pars aliqua elegantia poſita fuiſſe videtur. non quòd ſingula apud *Trimalcionem* Cochlearia ſingulas ſex libras pependiſſe autumem (apage iſtam ponderis immanitatem, *Tudicula*, ſeu *Trua* alicui magis, quàm *Cochleari* conuenientem) ſed quod de plurium potius Cochlearium ſtrue, non autem de ſingulis *Petronium* fabulari perſuaſum ſit mihi. Et tamen malum Cochlearis pondus *Saturnaliſ*, optimo dierum, dono miſſi ſibi in *Poſthumiano* exagitat *Martialis*, lib. 8.

Oſtendit

Ostannus (lannus) *ligulam* misit sextante minorem,
Nonus *acu* *lenius* *vix* *cochleare* tulit.

Sic enim legendum autumo, quasi diceret Poëta, vix dignum esse, quòd *Cochlearis* nomine censeatur ad exemplum (sicuti opinor) *Lucilij*, ita in re dissimillima *ῥα-βδικοῦ* argutantis:

Vix vinum hominem, ac monogrammm.

Vnde additum ab Epigrammatario: *Acu lenius*: ad rei utilitatem more suo. hoc est, Poëtico magis magisque etiam eleuandam. Ad *Lucillianæ* quoque *Hyperbolæ* imitationem *Ouidianum* illud non insulse comparatum iudices:

Si patet est, Veneri similis: si flama, Minerva:

Sit gracilis, macie qua male visa sua est.

Ita enim postrema *Pentametri* eius particula reconcinanda: neque iis assensus commodandus, quibus nouæ loquutionis gratia ex huius loci interpolatione ingeniose potius, quam *Verisimiliter* quaesita, *Nisa*, pro *Vina*, ausis rescribillare. deceptis (opinor) proletariæ illius scripturæ vanitudine, quæ maiorem fere ac meliorem exemplarium nostrorum partem, impune & vindice nullo, ad hoc vsque tempus perperam insedit, hoc exemplo: *Macie qua male visa sua est*. Nam (vt meus est animus) absque illa lectione fuisset, coniectura ista nata non foret.

C A P V T X V.

Promulsis, unde dicta. *Gustatoria*. In veterum *Cœnarum* legibus fuisse, vt conuiuiarum nemo feruli sui parte fraudaretur: quam haud modo in profundum condere, sed domum etiam asportare ius erat. Nam in rem *Martialis* pro testimonio adducta auctoritas. Rectæ *Cœnz* observatio *Erasmus* in *Lucianici* loci versione notatus. De festinissima *Epigrammatis* cuiusdam, in siue laborantis, enarratione, *Martialis* *Gemo* gratificatum.

E Adempigini, v. 27. Iam *Trimalcio* eadem omnia *lasi* intermisso poposcerat, fecerat: que potestatem clara voce, si quis nostrum iterum vellet *Mulsam* sumere.] Hinc patet etymon *Promulsis*; & curnam ita dicti prior pars *Cœnz*. Sequitur enim euestigio de *Gustatoriis*, à choro cantante pariter raptim sublati. Quod etiam respe-

xix Horatius noster, ex disciplina Catiana conuiuio-
rum strategis hoc quoque inter cætera nepotinum præ-
ceptum Satyricè instillans:

— *Vacuis committere venis*

Nihil nisi lene decet, leni præcordia mulsio
Prolueris melius.

Nec minus Seneca, lib. xxii. Epist. xii. de Spanio quo-
dam è genere Lucifugarum, prorsus contra consue-
tudinem, ordinemque naturæ sic quasi ex professo vi-
uentium: ideoque non ab octaua hora vespertina, sed
à prima luce auspicantium cœnas: *Circa lucem discur-
ritur. Pueri vocantur, cellarj, coqui tumultuantur. Quare,*
quid sit? Dicitur, Mulsim & alicam poposcisse, à balneo
exisse. Postremò etiam Plinius Iunior lib. Epistol. i. de
eadem ista *Gustatione*, siue adeo *Promulsione* verba ian-
ciens: *Parata erant lactuca singula, cochleæ terna, ova bi-*
na, alica cum mulsio & nine. Quò otiam pertinebit illud
à Martiali Distichen:

Nos alicam, mulsim poterit tibi mittere diues,

Si tibi noluerit mittere diues, eme.

Ad superiorem Arbitri locum aliquando reueniamus:
è quo etiam ille mos declaratur non ita vulgo vulga-
tus, lautiores olin dominos conuiujs suis voce clara po-
æstatem facere solitos, in Cœnarum præsertim Recta-
rum exhibitione, poscendi quæ vellent, interdum etiam
iterata. idque priusquam *Gustatione* sublata nouum
mensæ ferculum inferretur. *Quadrantem* enim singulis,
partemque suam palam flagitare ius erat: eamque non
in ventrem ablata modo, verum mappa madente con-
ditam domum quoque asportare, si vellent. Clara om-
niade Martialis exempli gratia:

Nihil est miserius, nec gulosius Santra:

Rectam vocatus quum recurrit ad cœnam,

Quam tot diebus noctibusq; captauit,

Ter poscit apri glandulas, quater lumbum,

Nec erubescit peisitare de turdo.

& reliqua ad finem vsque. Cœnam porro Rectam ean-
dem esse suspicor. quam Graij homines, τὸ ἐπτελὲς ἢ ἀπο-
τελὲς δεῖπνον appellant; in qua nihil desideres scili-
cet mensæ apparatus necessarium. Colligo ex Luciano
narrante: Καὶ αἶμα εἰσικεῖται ἡμῖν τὸ ἐπτελὲς ὀνομα-
ζόμενον δεῖπνον. Quo loco Erasmus tamen, dum vim vo-
cabuli Græci nequicquam exprimere satagit, Absolu-
tam

tam cenam, reddidit infcitissime. Ex iis vero quæ dicere occœperam prius, alterius quoque in Martiali meo Epigrammatis sententia illustratur, quod lib. II. in Cæcilianum quendam exstat huiusmodi:

*Quicquid ponitur hinc & inde veris,
Mammæ suminis, imbricemq; porci;
Communemq; duobus attagenam;
Mullum dimidium, lupumq; totum,
Murenaq; latus, femurq; pulli,
Stillantemq; alica sua palumbum.
Hæc quum condita sunt madente mappa,
Traduntur puero domum ferenda.
Nos accumbimus otiosa turba.
Vltus si pudor est, repone cenam.
Cras te, Cæciliane, non vocavi.*

Exemplum integrum adscripsi, non tam ioci facetiâ inductus, quàm Iunianæ editionis præuitate: vbi postrema hæcce clausula, in qua totius Epigrammatis consistit lepos infcitissimè concepta legitur, præterito in futurum perperam commutato, hanc ad faciem:

Cras te, Cæciliane, non vocabo.

Nihili enim istuc; nec tantò minùs Exhibitore, quàm Poëta ipso lætie indigna cuius hæc sententia fuerat iam olim. Si quando à nobis vocatus es ad cenam, forte nulum ita nec facetum, nec lepidum mensæ nostræ ferulum incerri potest, quod non vixdum appositum ad te trahas illico, atq; in mappam istam tuam harpagatim cœuerras, domum porro à puero euestigio auferendū, haud secus, quàm si non in commune obsonatum, sed vero quantum in lancibus est epularum ac scitamentorū, vni & soli tibi antepositum foret. Vnde relinquitur, ut ipse conuiuator ego, ac parochus, cæterique item, quantū est, conuiuæ mei dentibus dentientibus, Tantali in morem, ringentes ac famelici, maleque feriati accumbamus; quum tu vnus omnium nostrum pariter munus iniquissime fungaris; haud quidem ambabus malis expletis tuburcinans modo, verum etiam catillans insuper, mappaq; ac manibus pariter gypsatis circum verrens vniuersus; oblitus Iuris humani, imo adeo contra communes Leges Cœnaticæ disciplinæ, quæ iubent partem cuique suam assignari ex æquo. ut fiat Trimalcionis illud: *Equum Mars amat*. Quare, si quid ingenui etiam nūm pudoris est tibi, cœnam istam non tibi

solum, sed verò mihi quoque in partem, reliquisque item conuiuiis meis destinata atque instructa, fac de manibus tuis reglutines ac remittas aliquando: ut & nos de ea, non minus quam tu ô Cæciliane, bene esse possimus in commune. Quid enim? non in crastinum etiam, verum in hodiernam vesperam tantum esse te volui, atque experiui conuiuiam mihi. Salsæ, argutæque, quasi dicat: O bone Cæciliane, si hanc tecum rationem pergis instituere in posterum, ut mappam vsque tuam, ita vinctam effertamque ab alienis epulis redux domum porro comportare pertendas; saxo cras in totum etiam diem de obsonio abundè ampliterque cautum ac pronisum sit tibi, hoc est, ut ipse haud de vesperi hoc meo prandeas modo, verum laute adeo, atque oppipare insuper cœnam facias post diem. Atqui te (si nescis) ego, non ut posterum in diem ventrem etiam domi saginures tuæ, saburrareque de meo, verum vii hac vespere apud me pari cum cæteris iure hilaram conuiuiam ageres familiariter vocitavi. Quid hac quæso urbanitate urbanius?

CAPVT XVI.

Signum ministrantibus symphonia dari solitum ad inferendam cœnam. Obiurgare colaphis. Leticarius de conuiuiis ab titatus, suaque Supellectilicatio dignitas restituta. Arbitræ correctus. Carptores, Structores, Scissores, Chironomantes, singuli pro Cibicidis. Petronij cum Iuuenali; ac Martiali meo super Structoris munere, controuersia. Structuræ huiusce Magistros, et quasi Professores Publicos in pergulis prostrare solitos Roma, compluribus ac luculentis testimoniis demonstratum. Eadem Iuuenali larga diffusa lucis claritas de Seneca luminaribus accensa. Longe arcessere. Nummos metiri modio. Abire in cœlum.

E Ad. pag. v. 31. *Cum subito signum symphonia datur, et Gustatoria pariter à choro cantante rapiuntur.] Res omnis manifesta ex Seneca, lib. de Breuitate vitæ: Conuiuia me hercule horum non posuerim inter vacantia tempora, quum videam quam solícite argentum ordinent; quam diligenter exolerorum suorum tunicas succingant: quod postremum expressit Flaccus: Ut omnes præcincti recte*

re & pueri, comitq; ministrent) quam suspensi sint, quomodo aper à coco casus exeat, quanta celeritate signo dato glabrè ad ministeria decurrant. Item epistolarum eiusdem libri xv. Transeo pistorum turbam, traseo ministratorum, per quos signo dato ad inferendam cœnam discurretur.

verl. vlt. Colaphisque obiurgare puerum, ac proicere rursus parapsidem infit] Vltus eodem loquendi genere & Persius:

Solea puer obiurgabere rubra.

Nec non Tranquillus: *Ferulis obiurgari.*

Sequitur deinceps p. 64. v. 2. *Insequutusq; est Lesticarius, argentumq; inter reliqua purgamenta scopis capit verrere*] Inter tot res conuiuij multo electissimas Lesticario quis locus? Et certè (vt, quod res est, fabuler.)

Poterat cœna esse sine illo.

Sed deformatus haud dubiè locus, & quem in decorem pristinum non aliter sane reponi posse arbitror, quam si in Lesticarij vicem Supellesticarius succedat. eum dico, istiusmodi supellestilem qui curet, quique prouinciæ adeo mundulæ præfectus iure optimo, suoq; ipsius meritissimo cluat. ne videlicet abs Eucolpio & cæteris iniuriâ laudatus ob elegantias Dominus existimetur, Lesticarium argento admouere ausus, εἰς (quod dicitur) αὐτῷ λῦμα. quod quid absurdius? Rescribatur proinde: *Insecutusque est supellesticarius.* Quam vocem & Pandectæ Veteres pro Romana identidem agnoscunt; asseritq; præterea probè & antiquæ fidei, monetæque Glossarium illud multo elegantissimum, quod rei nostræ literariæ in commune, præsertim Antiquariæ, gratificatus est non ita pridem industriosissimus Typographorum Henricus Stephanus.

v. 25. *Heu-heu nos miseros, quam totus homuncio nil est!*

(In V.C. pro Totius, cæcus exaratum legebatur.)

Sic erimas cuncti, postquam nos auferet Orcus:

Ergo vinamus, dum licet esse bene.]

Versus insultissimi, nihil adeo minus, quam Genij Petroniani. Itaque suspicatus aliquando fui. Pentametri clausula hoc modo interpolari posse, haud paulò concinnius:

Ergo vinamus, dum licet, estq; bene.

Id est, dum per occasionem, perque valetudinem licet, dumq; virent genua. Nunc & me frustra fuisse, & Petronium Trimalcionis, hoc est, hominis omniū subditissimi

burras, quisquiliis, ineptiasq; in ioco & vino exprimere voluisse, video demum atque intelligo, hercle vero serio. Itaque recepta scriptura seruetur.

Pag. 65. v. 26. *Non minus & Trimalcio eiusmodi methodo latus] Methodum, vt Exodium, pro Methodo, id est, fictione, seu ludificatione, eò dico, ne quis de Editionis Lugdunensis sententia, pro Transitu, porro interpretari pertendat. Clara explicatio hæc nostra ex narrationis superioris argumento. Sequitur:*

v. 27. *Carpe, inquit. Proceſſit statim ſciſſor, & ad ſymphoniam ita geſticulatus lacerauit obſonium, vt putares Darium. (Quid ſi, Daren, vel Daresa, legamus?) hydrante cantante pugnare. Ingerebat nihilominus Trimalcio lentiffima voce, Carpe.]* Proprie, atque oppido Latine Trimalcio. Ab eiusmodi enim munere, *Carptores*, hoc genus dictabantur. Iuuenalis: *Librarius, archimagiri, Carptores. Carpere* enim nihil aliud, quam quod Petronius, *Lacerare*, dixerat antea. neque aliter sane antiquiſſimos illos Romuli nepotes loquutos ſcito. argumento vtique eſt illud XII. Tabularum: **MVLIER FACIEM NE CARPITO.** Eò dico, vt ab errore in ſubido eos aliquando in viam reducam, quibus *Carpere, & Lacerare*, tantum non contraria eſſe perſuafum video iampridem, Ouidiano illo testimonio ſubnixis: *Carpe cibum digita.* Quos potius ad verbi iſtius compoſita mentem atque animum conuertere oportebat, puta *Concerpere*, ac *Diſcerpere*, eadẽ cum *ꝓꝓ Lacerare* ſignificantia. Notandum porro, quem *Sciſſorem* hoc loco indigitat Petronius, eundem à Iuuenali non *Carptorem* (vt diximus modo) ſed vero & *Struſſorem* ſimul, & *Chironomanta* Græco nomine perhiberi, quomodo & Martiali verſu illo:

Et qua non egeant ferro Struſſoris oſelle.

contra mentem Petronij noſtri, qui paulò priùs *Struſſoris* meminens, eum non pro *Cibicida Lucilliano*, aut obſoniorum Diuiſore, ſed pro *Archimagiro*, & penes quem *patinariarum ſtruicum* concinnatio; quo ſcilicet rite omnia ordinẽque fierent, gabatis & lancibus ſingulis aptè ac ſuo loco diſpoſitis, hoc eſt, pro artifice ſerculorũ menſæ imponendorum ordinatore, inſtructore, & quaſi arbitro viſus accipere. idq; (ſicuti appare:) non ſine ratione, & quidem (vti animus meus eſt) cum primis probabiliffimò verbi ipſius etymon preſſiùs aliquantò inueſtigare velimus. Verùm ad Iuuenalem reuoluamur, quo moſ
geſticu

gesticulatoriz istius, inter tam anxias rerum electissimarum lanienas, planior atque illustrior fiat. Scribit igitur ille Sat. 5.

Structorem interea (ne qua indignatio desit)

Saltantem spectas, & chironomanta volanti

Cuistello, donec peragat dictata magistri

Omnia, nec minimo sane discrimine refert,

Quo gestu lepores, & quo gallina secetur.

Item xi.

Sed nec Structor erit, cui cedere debeat omnis

Pergula, discipulus Trypheri doctoru, apud quem

Summe cum magno lepus, atque aper, & pygargus,

Et Scythica volucres, & Phanicopterus ingens

Et Gerulus oryx, hebeti laetissima ferro

Aditur, & tota sonat ulmea cæna subura.

Quæ tum vniuersa, tum singula lumen desiderant, alioqui per se nebulosa oppido; & (absque Seneca Interprete foret) Platonis numeris obscuriora. Proinde parentem illum Philosophiæ Romanæ audiamus vi. Epistol. libro has nobis explicationes præeuntem: Cum ad cœnandum discumbimus, alius sputa detergit, alius reliquia temulentorum subditus colligit, alius pretiosas aues frindis per pectus & ctunes certu (f. certisq;) ductibus circumferens eruditam manum in frusta excutit. Infelix, qui huic uni rei vivit, ut altitudo decenter secat; nisi quod miserior est, qui hoc voluptatis causa docet, quam qui necessitatis discit. Unde liquido edocemur, inter cæteras Romæ conturbantis lautitias, seu Luxuriæ verius probra, etiam doctores in pergulis prostitisse, qui dædalæ huiusce Structura scientiam profiterentur, ad quam item decuriæ pertinere videntur Popina Prefecti, tum Culinaria Artu Magistri. de quibus idem Seneca xv. Epistol. Innumerabiles esse morbos non miraberis, coquos numerosa. Cessat omne studium, & liberalia professi sine ulla frequentia desertis angulis præsident. In Rhetorum ac Philosophorum scholæ solitudo est. At quam celebres (i. frequentes) culinae sunt! quanto circa nepotum focos iuventus premit. Emendo, Quanto circo, vel cercæ, circolo, id est quam spissa, ac frequente corona. Sic Martialis:

Nec calculator, nec notarius velox

Maiore quisquam circolo coronetur.

Rursus de Structoribus alibi Seneca: Quare ars est, a qua te ministrare, nec temere, & ut libet collocatur argētum, sed

sed peritè seruat (corrigè *struitur*, vel mea, vel Lipfiana fiducia potiùs) & est aliquis scindendi obsonij *magister*? Idem de breuitate vitæ loco antea laudato: *Quum videã quàm suspensè sint, quomodo aper à coco casus exeat, quanta celeritate signo dato glabri ad ministeria decurrant, quanta arte scindantur aues in frustra non enormia.* His superaddatur Plinianum illud, de Gallinis arte secandis: *Postea culinarum artes inuenerunt, ut clune spectentur, ut diuidantur in tergora, ut à pede uno dilatata repositoria occupent.* Ad Eucolprij narrationem regrediamur denuo.

Pag. 66 v. 5. *Non potui amplius quicquam gustare, sed conuersus ad eum, ut plurima exciperem, longe arcessire fabulas cæpi.* Idem loquutionis genus vsurpatum à Seneca Patre Controuersiarum 119. *Hoc ut aliquando faciendum est, quum res patitur, ita ineptissimum est luctari cum materia, & longe arcessere.* Næ non ipse Petronius postea quoque: *Eumolpus autem dum Epigramma mortuo facit, oculos ad arcessendos sensus longius mitit.*

v. 9. *Vxor, inquit, Trimalcionis. Fortunata appellatur, quæ nummos modio metitur.* Ad hoc exemplum scripserat Horatius antea: *Diues, ut metiretur nummos.*

Ibidem paulò post de eadem Trimalcionis vxore:

v. 13. *Nunc nec quid, nec quare, in cælum abiit.* Id est, ut rem ipsam vernaculo sermone strictim attingam modo: *Quoniam non lentè hærescens nescit.* Cui loquutioni adfinis quoque illa Senecæ philosophantis: *Subsilire in cælum ex angulo licet.* Vide an & hinc Dialogi Fabiani de Oratoribus defectus fari possit huiusmodi explemento: *Tum mihi supra Tribunatus & Prætoras & Consulatus ascendere videor, tum in cælum abire.* Nam in libris nostris lacuna est id loci asterisco insignita.

C A P V T X V I I.

In M. Tullij cum Publio Syro comparatione Trimalcionis iudicium suis, hoc est, Petronianis ponderibus examinatum. Eiusdem Mimici ingenij acrimonia cum Seneca, tum duorum Italiorum, & quidem Casorum, Caij inquam Dictatoris, ad Scaligeri nostri aternis præconibus cohonestata. Eius rei luculentissimum specimen præbitum à Petronio. Publiani Genij elegantia, & eruditus Luxus.

Pagina

Pagina ead. v. 12. Et Poëtarum capit esse mentio, diuq;
summa carminis penes Mopsam Thracem immixta est
(ita enim Lipsius noster) donec Trimalcio; Rogo, inquit,
Magister, quid putes inter Ciceronem, & Publium interes-
se. Ego alterum puto disertiores fuisse, alterum honestio-
rem. Quid enim his melius dici pos. st?] Vide, & ride (mi
Lector) præposterum inscitissimi conuiuatoris iudiciũ.
nec verò Arbitrium nostrum, sed Trimalcionem nugas
blatientem te audire existimes velim. quem quidẽ mo-
dis omnibus ridiculum ex professo vt faceret, Poëtarum
commemoratione abrupta, nouum prorsus atque inex-
spectatum de M. Tullio sermonem subito iniectantem
inducit; vt *Florem* scilicet.

Delibatum idum populi. Suadaq; medullam,
cum Mimicis sordibus, & Publiana colutilo uentia cõ-
tenderet. quo quid ineptius, vel absurdius fingi possit,
haud video sane; nisi (vt meus est animus) fieri nõ posse
arbitror. At tu fortasse nouum istud atque insolens cõ-
parationis genus non ad prorsam Tullij dictionem, ve-
rum potius ad Poësin eiusdem, haud perinde quo me-
rebitur plausu à posteris exceptam, pertinere conten-
des. cuius hercle sententiæ me subscribo rem minime
es habiturus. Et tamen Trimalcioni nostro etiam aduo-
catus vt veniam, nullam mihi linguam esse sutor, qua
horundem Publij Iamborum argutias, ac felicem ver-
borum compositionem satis pro virtute prædicare pos-
sim. Nam (vt ne à Petronij imitatione recedam) *quic-
quid dixerò, minus erit.* Ita publici saporis nihil, itaque
nouo v. banitatis sale sparsa omnia, atque ad præstatio-
nem Elegij eius, quod de Syro hoc nostro testatum re-
liquit sanctissimus Romani Theatri Censor Seneca li-
bro 1. de Tranquillitate vitæ, his verbis: *Publius Tragi-
cis comicisque uehementior ingenius, quoties Mimicas ine-
ptias, & verba ad summam caueam spectantia reliquit,*
inter multa alia cothurno, non tantum siparis fortiora &
hoc ait:

Cuius potest accidere, quod cuiquam potest.

Vbi tamen, *Sipario*, ad marginem adscriptum legitur,
idque verius. Est enim *Siparium* genus veli, quo in scena
Mimi utuntur. teste Pompeio. Credo te iam expectare,
vti & alteram quoque magni illius I. Casaris Scaligeri
laudationem hinc imputem referamque expensam tibi.
Merito. Neque enim decere, aut vllò modo conuenire
videtur

videtur nobis, ut tanti Herois censuram minoris, quam ipsius Senecæ iudicium faciamus. Sic igitur ille libri primi Poëtices suæ, cap. x. de Mimographo hoc nostro, Equitis Romani, Laberij dico, haud quidem amulo solum, sed & victore: idque de Diui ipsius Iulij liberalissima sententia: *Translata in Italiam argumenta adeo salubus, ac dicacitate aucta sunt, ut unus Publius universam Gratiâ eâ laude spoliaret.* Sed iam tempus, eius rei specimen aliquod ut speciamus, Arbitri nostri beneficio maximè. Nam absque illo foret, quid reliquum erat, quam ut ita lepidi ac venusti Poëmatis inopiam in perpetuum porro pateremur?

vers. 29. *Luxuria rictu Martis marcent mœnia:*

Tuo palato clausus pavo nascitur, (f. pascitur)

Plumato amictus aureo Babylonico:

Gallina tibi Numidica, tibi gallus spado:

Ciconia etiam grata peregrino hospita,

Pictaticultrix, gracilipes, crotalistris,

Anis exsul hiemum, titulus tepidi temporis,

Nequitia nidum in cacabo fecit meo.

Video Publio isti idem, quod nostris Scauris hodie, usu venisse propemodum, qui gravissimi alienæ nequitiz obiurgatores in propatulo visi, sibi suæque libidini nihil non in secreto condonant: nec citò, aut temere cuiquam, nisi scelerum suorum administro, vel cōscio, gratiam offensæ alicuius facturi. Huic enim generi flagitium quodvis impune, modo occultum, ac sine arbitris: nam *Testibus* non audeo dicere, credo, illam ut Pliniana sententiam nobis verisimilem faciant scilicet: *Multis famam, conscientiam pauci verentur.* De Publina verò insolentia, (Ciceroniano more me loqui scito) seu verius elegantia, quam in alijs potius quam semetipso Mimus ille tanto dictorum acumine exagitasse videtur, ita Plinius: *Publij (inquit) Mimorum Poëta cæna, postquam servitutem exuerat (malim, Servitute exierat. Sic enim & Cicero: Exire arumna, pro liberari) nulla memoratur sine abdomine, vocabulo etiam summi ab eo imposito.* Ut mirum non sit, eum etiam *Ciconiarum* meminisse; quas id primum temporis edules factas, novamq; ex earundem conditura *oppositas* Romæ institutam didicerat de Sæpronio Rufo, auctoritatem eam haudquaquam utique defugiente, & quidem Prætoriam, quo cognomento insignem ipsum Horatius facit. Ad quem locum consule

obserua

obseruatiunculas nostras. Adiice Fragmentum quoddam Cornelianum, Nepotis dico, apud Plinium maiorem, ita libro x. cap. xxi. differentem: *Cornelius Nopos, qui Dini Augusti Principatu obiit, cum scriberet Turdos paullo ante captos saginari, addidit Ciconias magis placere, quam grues, &c.* Ceterum Thrax Poeta iste qui fuerit, cui *summa carminis* in Trimalcionis conuiuio delata, diuinare non est meum. & scin', quid verear; ne pro *Eumolpo* scilicet praepostera sciolorum diligentia *Mopsus* obiectauerit nobis. *Eumolpo*, inquam, de quo non infrequentem sanè, nec infestiuam in posteriore huius Satyrici parte mentionem habituri postea: qui an *Thrax* etiam fuerit, ignoro: hoc scio, non indignum, qui in principum Poëtarum lustro haud postremus censeatur.

CAPVT XIIII.

Margaritum inter faleras pelagias. Pedes tollere. Indomita. Stratum extraneum. Carbunculi vnde Carchedoniorum cognomento famigerati potissimum. Eorum flagrantia, & quasi ignitus fulgor. Septuagesimo cuiusdam loci in *Publiano* versu ediffertatio.

Pergamns auscultare Mimum porro publicæ Luxuriae accusatorem:

Pag. 67. v. 2. *Quo margarita, cara, tribacca, Indica?*

An, ut matrona onerata salern pelagium

Tollat pedes indomita in strato extraneo?

Margarita, numero plurali posita accipio, utpote generis neutri. quando, *Margaritum*, in singulari quoq; veteres extulisse constat. Vel *Mecænatis* Fragmentum spectata, in *Nuperis* ad *Horatium* Notis integritati suæ primitus à nobis restitutum. In eo enim ita scriptumprehendes:

Lugens te, mea vita, nec smaragdos,

Nec percandida margarita, quaro, &c.

Adde quod eiusdem casus continuatio deinceps sequatur. argumento sunt ista:

Smaragdum ad quam rem viridem, pretiosum vitrum?

Ceterum ubi idem:

v. 4. *Tollat pedes indomita in strato extraneo?*] dixerat modo. Mimica quædam sententiæ obscenitas subesse vide

videtur: vt, *Indomita* significet, necdum domita, vel satiata saltem tot ac tam assiduâ libidinibus; haud quidem in lecto maritali, sed vero in strato extraneo, id est, apud adulterum, vel adulteros verius. quorum (id quod de Clodia sua Catullus)

Nullum amat vere, sed identidem omnium

Ilia rumpit.

Nam *Tollere pedes* quid sit, operam interpretando si pergam sumere, nugas egero. Itaque, Scriptorum aliquot exemplis contentus, pausam facere approperebo. *Nonius in Attellanarum Fragmentis:*

Mammeas teneas, pedes extollas, congenues, fauces.

Cic. Epist. II. ad Attic. *Noti, inquit, de uno pede sorori queri, licet etiam alterum tollas.* Quibus addas, si voles, illa à Martiali:

Tollunturque pedes, ô medicina grauis.

Item:

Ille pedem sustulit, hic tunicam.

Idem porro Græcis ἀπειν σκέλη valere, facete ab eruditissimo omnium Victorio observatum, hocce Aristophanis exemplo, ex Fabula, quam ἐκκλησιαστικὰς vocauit, eam in rem producto examussum scitissime;

Εκείνο δὲ ἂν περὶ τῶν ποδῶν, ὅτι τὸ πῶς

τὰς χεῖρας ἀπειν μὴ μνησέσονται τότε:

Εἰ θύσονται γὰρ ἐς τοὺς πόδας ἂν τὰ σκέλη.

Pergit Publius Romanas delicias flagellare porro huiusmodi castigatione:

v. 7. *Quo Carchedonios optas ignes lapideos,*

Nisi ut scintillent? Probitas est carbunculus.]

Horum Senariorum nemo (quod sciam) clarius, quam Plinius illustrationem præiuerit tibi. Ita enim ille lib. 37. cap. 7. *Principatuna habent Carbunculi, à similitudine ignis appellati, cum ipsi non sentiant ignes, ob id à quibusdam Apyo: i vocati.* Horum genera Indici, & Garamantici, quos & Carhedonios vocauere propter opulentiam Carthaginis magna: & reliqui, quæ deinceps ibidem sequuntur. Quod verò subiungit Mimographus noster, vers. 8. *Probitas, est carbunculus.* omnibus credo modis obscurum plerisque visum iri. Videor tamen facile à memetipso impetrare posse, vt *Probitatem* pro Pudore, siue adeo pudicitia Matronali positam existimem. cui innuere videtur, scintillantibus gemmis exoticis, aut lapidibus pretiosis opus nō esse. vt quæ, nullis etiam externis adminiculis adiuta,

ipsa

ipsa per se carbunculi in morem flagret, atque scintillet tamen.

Purpuream toto fundens de corpore lumen.

Sed monendus Lector, perperam nimis in nupera ac postrema illa, quam politissimæ Lutetiae debemus, Petronij editione, carbunculos, impressum residere. nisi si tamen Carbunculos id loci recto casu auti tñ Carbunculus antiqua declinandi forma positum existimemus.

C A P V T X I X.

Terna in Petronium correctiones. Gradum ad præliandum, siue statum præliantis componere. Euculpius, ac Ascyltus non fortunæ modo, sed & vitiorum similitudine,

Par inter sese quàm bene compositum?

Ex Lucianici exempli conlatione clarum Satyrico nostro lumen accensum: simul mēdum sublatum. Brevis Euculpiorum scelerum enumeratio, quasi tu Elenchum dicas.

De eiusdem ab arena liberatione, ducta ex argumentorum fugientium signis non aliena sane, neque incredibilis coniectura.

P Ag. 68. v. 10. Itaque cum hora penè tota per omnes scirpos, gasterumque eminentium fragmenta traxissemus cruentos pedes, &c.

Vidi oculis, vidi, ipse meis exemplar membranaceum in quo liquido scrupios expressū legebatur. vnde ipsius, Scrupos, concinnaui illico: arbitrorque porro pro Gasterumq̃, Glarearumq̃, reponendum, vt terræ petrosæ scruposæque calculi, seu lapilli intelligantur, cuiusmodi in ripis nostris spectare ac littoribus frequentes, & iter faciuntibus molestos. Carices aliorum nullus moror.

v. 23. Et forsitan pernoctassemus in limine, ni tabellarius Trimalcionis inuenisset x. vehiculis diues. Restituo, Interuenisset. ita postulante sententia, manca alioqui, ac imperfecta. & vidi librum, qui fidei faceret, haud aliter verba hæc ab auctore concepta: Porro x. vehiculis diues, sic dictum: vt,

Diues agris, diues positus in fœnore nummis.

Pag 69. v. 22. Idem ego ex altera parte feci, & intorto circe brachium pallio, composui ad præliandum gradum. Simile

mile illi, quod habituri postea, pag. 86. v. 18. *Alius furca de carnario rapta statum praeliantis componit. Vtrique etiam consentaneum Plautinum illud Milite:*

In statu stat senex,

Vt adoriatur mæchum manifestarium.

Quod quidem pudentissimæ tralationis genus ab Cladiorum pugnatuientium positura ductum qui nescit, nã illi Lipsianis Saturnalibus quantum potest conuentis, imò verò intellectis potius, quàm pellectis est opus. in quibus omnia, maxima, minima, ad *Statum* istum quæ faciant, non Pœna sed Græca fide, vel Romana potius, sigillatim tradita atque excussa.

Pag. 70. v. 13. *Egreditur superbus cum præmio (i. præda) Ascyrtos, & paulo ante charissimum sibi commilitonem, fortunaq; etiam similitudine parem in loco peregrino destituit abiectum.*] Rectè, atque ex argumento. vterq; enim fugitiuus, hic (*Eucolpius* sc.) *obscænus gladiator, arenarius & homicida*: alter puta *Ascyrtos*) *ergastularius, impudicus, tum conturbator.* Quæ omnia ex insequenti *Eucolpij* querimonia atque indignatione, in iis, quæ priore *Satyrici* huius parte desiderantur, *Petronium* nostrum persequutum, satis acceptum est mihi. idque à nobis etiam superius indicatum. Quod verò subiicit *Eucolpius*, *In loco peregrino destitutum se & quasi abiectum ab Ascyrtis*, id verò aliquanto etiam planius explicat nobis postea, ubi eiusdem *Ascyrti*, tum *Gytonis* opera potissimum, mendicum se atque exsulē in diuersorio *Græca Urbis* desertum iacere, lamentatur. cui loquendi modo consonat *Propertianum* illud:

Desertum Eoa passa iacere domo est.

vers. 21. *Grege agit in scena mimum, pater ille vocatur,*

Filius hic, nomen dimittit ille tenet.

[*Mox ubi ridendas inclusit pagina partes,*

Vera redit facies, dissimulata perit.

Grege, propriè. etenim *Gregem Histricum* (vt *Plautus* meus loqui consuevit) hoc est, & *Chorum*, & *Cateruam Histrioniam* faciunt. designat. Quod superest, videor fidem meam hoc loco obstringere, quamuis audacter posse, atque asseuerare legendum: *Asimulata*, non *Dissimulata*. & sententiam ipsius *Epigrammatis* appello. quam etiam in *Necromantia* sua expressit *Lucianus*, haud alia sane vsus similitudine. Sic enim inibo

ὄμμα δὲ καὶ ἐπὶ τῆς σκηνῆς πολλὰ μὲν ἐωσθῆναι πρὸς τρα-
γικὰς ὑποκειμένας, τῶν τε πρὸς τὰς χρεῖας τῶν δραμάτων ἀ-
πὸ τοῦ Κρείνους, οἷοτε Περίαντος γιγνομένης, ἢ Ἀγαμέμνονος.
καὶ ὁ αὐτὸς, εἰ πύχαι, μικρὸν ἐμπαρόνθεν μάλ᾽ αἰετὸς τὸ τῷ
Κείραρπῳ, ἢ Ἐρεχθίδος σχῆμα μιμησάμενος. μετ' ὀλίγον
οἰκίστης παρ' ἡλθεν ὑπὸ τῷ ποικίλῳ κεκελευσάμενος. ἡ δὲ πε-
ρὶ ἐχονσίῳ τῷ δράματι, δοποδυσάμενος ἦκας αὐτῶν
πλὴν χρυσόπασσον ἐκείνῳ, καὶ τὸ προσωπεῖον δοποθέμενος, καὶ
καίλαβας, δὸπ' ἤλθ' ἐμβατῶν πέντης, καὶ ταπεινὸς περὶ ἐρεχταί, ἐκ
ἐπὶ Ἀγαμέμνωνος Ἀτρείας, ὅδ' ἔκρεον ὁ Μενελάος. ἀλλὰ Πω-
λλὰς χαρμυλῆς Σενεὺς ὑπομαζόμενος, ἢ Σάτυρος ὁ Θεω-
ρεῖται Μαιοχθόνιος.

v.vlt. *Amfugi, iudicium harena imposui, hospitem occidi,*
ut inter audacia nomina mendicis, exsul, in dixerforio Gra-
oe Urbis iacerem desertus.] Eleganter Nomina audacia
appellat, amfugisse à domino, operam arena inter Gladiato-
res, & quidem obscænos (id quod Eucolpio, suprâ obie-
ctauerat Ascyltos) auctoratum locasse, hospitem per fidem
necasse. vnde ibidem quoq; Nocturnus percussor ab eodē
commilitone suo iure optimo indigitatus. Cæterum
subdubito, an locum totum rescribere potius, atque in-
terpungere auctorem hoc modo:

Effugi iudicium, harena imposui, hospitem occidi, &c.

Quid enim? an non ita Horatius quoque?

Sed tamen admiror, quo pacto iudicium illud

Fugerit. —

Vtut est, aqua mihi hæret utrobique. & videtur haud
obscure significare, se suam illum ad gladios locationē
seu casu fortuito (Deo scilicet, id quod in Prouerio
est, δὸπ' μηχανῆς opitulante sibi) seu calido, callidōque
nescio quo commento, atque effugio ludificatum, in-
columem ac sine noxa euasisse; eaque ratione salutem
peperisse insperatam sibi. Quo etiā spectat, quod idem
successus ipse suos miseratus fuerat modo querimonia
huiusmodi: *Ergo me non ruina terra potuit haurire?* Item
exprobratio illa Ascyltica pagina sextæ: *Nō taces gladi-
ator obscæne, quem de ruina arena dimisit?* Quanquā hæc ex
Lipsij Epistolici iā nota. Ut videatur ruina fortasse pē-
siliis nescio cuius Theatri, momento aliquo luxatis ma-
chinis, arena elapsus fuga porro consuluisse sibi Eucol-
pius, & (quod Plautus inquit) exercuisse se protenus
ad cursuram. eodemq; forte an pertinuerit Fragmentum
illud extra operis huius ordinem, ē vteri dignissimi

P. Da

P. Danielis Glossario, Satyrico nostro attributum & inter alia Petroniana exempla sub Lutetianæ Editionis finem ab eruditissimo Collectore relatum huiusmodi: *Petauroz, iubente (iuuante, malim) modo superior.* Nec nō alterum quoque istud à Turnebo emaculatum ad hanc faciem: *In automatum (aumarium est in exemplaribus nostris) me conieci.* quod quidem tū Petauri mentionem antecessisse sane verisimile fit mihi. Scin. quid suspicer ad *Automati* forte alicuius, siue *Pegmatis* ruinam, coagmentis inter se nimio machinamentorum pondere elilis ac solutis scilicet, hanc Eucolpiani effugij imposturam quam dicit, pro argumenti ratione probabiliter accommodari posse. vnde turbella aliquanta, nouaq; (vti in re subita solet) concurrentis, inuicēque se collidentis exorta populi spectatoris trepidatione, versipellis ille, atque in omnes furtorum occasiones intentus, (ne dicam ipsis pene mechanicis ac scansilibus illis, in quæ impositus fuerat, *Tubulatis* versatilior) lubricitate sua, quasi anguilla, ac pressantis (vt dixi) multitudinis beneficio, per turbam tacite, ac lentiter vt fit, inuisus atque ignorabilis dilapsus, hoc est, fugitiuos imitatus inflexa pedum pernitate salutem porro pepererit sibi.

C A P V T X X.

Macula una, altera, eluta è Petronio. Mutuis libidinibus attriti. Inter Sicyonia, ac Phæcasiā discrimen, & utriusque generis æstimatio. Quæstioni acceptus Seneca. Aditum nonnihil præterea de colore calceatus Romani.

PAg. 71. v. 4. Et quis hanc mihi solitudinem imposuit? *Adolescens omni libidine impurus, & sua quoque confessione dignus exilio.*] Apagè Exilium istud. Leuius hoc enim, quam pro delicto Gytonis, vel etiam iusta ac seria Eucolpij indignatione. Itaque nihil dubito, quin, *Exitio*, scripserit Arbiter. Hoc enim est illud quod suprà manifesta pro noxia commeritum semet Gyton ipse professus fuerat prius, Fratrum duorum fatali rixâ intercedere ausus, atque ita sese quasi medium facere, hac personata deprecatione proclamans: *Quod, si utique facinore opus est, nudo ecce iugulum, conuertite hinc manus, in proximo me. rones, ego mori debeo, qui amicitie sacramentum delui.* Quæ Deprecatio non *Exily*, sed *Exitij*, & quidem præ

praesentarij res erat, neque alio vtique Gytonis haecce confessio referenda.

v. 9. *Quid ille alter? die qui tanquam toga virili stolam sumpsit; qui, ne vir esset, à matre persuasus est, qui opus muliebri in ergastulo fecit.*] Scriptura non dubie transposita, & vide, an huiusmodi additamento spes sit restitui posse concinnius: *Quod ille alter? qui ipso inquam toga virili die stolam sumpsit, &c.* Nisi si cui forte Lectionem hanc Lipsianam porius animatum est sequi: *Quid ille alter, ô Dii! qui tanquam toga virilis, &c.* Videtur proinde Ascylto idem quod *Gracorum primo* (vt cum Crispo hoc dicam) Achilli euenisse quem parens fati praescia, quod filium ad Pergama, Troia sub manibus aliis oppetiturum praedidicisset, periculi huius declinandi, ægre ab eodem vixque maternis tandem precibus obtinuerat, vt assumpto habitu virginali in Scyro insula tantisper inter lanificas occultatus falleret, dum decennale bellum cum Troianis obseisis positum esset denique. Sed ille virum se esse masculino facinore Deidamiae serio aliquando approbavit: Ascyltos contra, accepta semel muliebris patientiae lege, intercutibus probri vsque & vsque flagitatus porro, post foedissimas adeo Diuisiones, ne capite quidem suo iniuriam abstinuisse videtur. Scires & auersum & aduersum pariter impudicum fuisse, hoc est, *per causas corporis omnes* (vti apud Carum est) lubidinem alienam: sine vlla exceptione excepisse. Paret hoc ex superiore quoque illa Eucolpij increpatione, qua eum pse inclamauerat prius: *Quid dicis inquam, muliebris patientia scortum, cuius nec spiritus purus est?* Pergit secum porro Eucolpius stomachari.

v. 17. *Iacent nunc amatores obligati noctibus toti, & forsitan mutuis libidinibus attriti derident solitudinem meam.*] Eandem in suspiciosissimo amore solitudinem, multis magnisque experimentis percognitam, etiam expressit Propertius, Cynthia suam probri, stupri, dedecoris manifesto visus insimulare:

Quin etiam multo duxisti pocula risu.

Forsitan & de me verba fuere mala.

Adumbravit & popularis noster, delitiae meae, nulli Poëtarum secundus tenerrimo hocce disticho?

Forsitan & de me teneros motura cachinnos

Miscetur vestru fabula nequitys.

Notanda porro phrasis illa: *Mutuis libidinibus attriti,*

Y

etiam

etiam Propertio familiaris, de virosissima Cleopatra istiusmodi nobis Elogium perhibenti:

Et famulos inter scæmina trita suos.

Denique ipsi quoque Petronio infra. Vtunque igitur inter anhelitus sudoresq; tritus, quod voluerat accepit. Ad anhelitus istos etiam referendum Iuuenalis illud:

Nec quaritur, quod

Et laeteri parcas, nec quantum inisit anheles.

v.34. Age ergo (inquit ille) in exercitu vestro Phæcasti milites ambulant?] Ita enim princeps nobis hunc locum restituit Turnebus. Rite, atque ex disciplina Romana. Militem enim non Phæcastium, sed caligatum esse conueniebat. Neque iis assentior tamen, qui Phæcastia, muliebre calceamenti, seu solearum genus fuisse volunt, ac tantum non cum Sycioniis confundunt. Perperam Sycyonia enim leuioris pretij, tametsi Lucretius reclamare videatur, ac duarum drachmarum opus: Phæcastia vero bis tanti. Et illud quidem doceo ex Dialogis Meretricius Luciani:

Δω. Εὖγε ἢ Μυρτάλη, λογισάμεθα, ὑποδάμνα ἐν Σικυώνῃ τὸ πλεόντων δίσκο δραχμῶν. Alterum ex Seneca de Beneficiis vii. cap. xxi. ita rem istam computante Pythagoricus quidam emerat a sutore Phæcastia (rem magnam) non presentibus nummi. Et paullo post de eodem ad tabernam Sutoris interdium oclusam nominis expediundi gratia nequicquam reuorso: At Philosophus noster tres, aut quatuor denarios (non inuita manu) domum retulit, subinde concitans. Rem magnam, subdit Seneca, εἰργικῶς, & suo more argutias faciens. credo, quia pretiosiores fortasse, quam pro persona Philosophi videbantur; quem Crepidus potius, vel Baxeis calceatum incedere conueniebat. Et tamen idem ille, quem dico, Romanæ sapientiæ antistes, lib. ix. Epist. i. ipse à se se hac quidem in re seorsum mihi sentire videtur, quo loco monet: Puto quadam esse, qua decet phæcastium palliatum. Vnde in communi etiam omnium Philosophantium vsu fuisse videri possunt, haud aliter, quam amictui Pallium, peculiare huic generi gestamen: cum quo, Phæcastia, coniunxit (ut vides) Seneca. Vt ut est, Græcanicum genus, ex Plutarcho; ex Appiano coloris etiam candidi fuisse condiscimus. Albi certe calcei Romanos quoque in publico vsos de Martiali cognoscas, ita in Cinnam quendam ludente, more suo;

Sordidior

*Sordidior tam quam sit toga, calceus autem
Candidior prima sit tibi, Cinna, nive, &c.
Et fortasse Phœcastrum voluit dicere.*

C A P V T X X I.

Insuperata ex transverso fieri. Vita truditur. Protogenis rudimenta cum Naturæ ipsius varietate certantia. Lycurgus quisnam fuerit, de cuius crudelissima societate Eucolpius secum & cum animo suo conqueritur. Literarum studia & odio, & molestiæ semper iam inde ab antiquo fuisse opum ac diuitiarum structoribus. Mendum Petronio submotum. Alia haud pauca explanata. De Pinacothecarum positura quiddam non protritum.

PAg. 72. v. 14. *Nemo cælum putat, nemo insurandum seruat, sed omnes apertis oculis bona sua computant*] Frequens hæc apud probos omnes tam veteres, quam novos scriptores querimonia. neque dissentanea Ouidianæ illi ex libris Tristium.

*At reditus iam quisque suos amat, & sibi quid sit
Utile sollicitus computat articulus.*

Et deinceps interposita lacuna Arbiter:

v. 17. *Quod hodie non est, cras erit: sic vita truditur.*

Ad exemplum credo istius Horatiani: *Truditur dies dic, &c.* Sententiolæ porro istæ, interiectis passim asteriscis, lacunæque explentibus dispositæ usque ad postremam illam:

Non multam oportet consilio credere, &c.

Ad Eucolpij derelicti personam pertinere videntur, semetipsum demum consolantis de vi atque iniuriis, imò contumeliis ab Ascylto illatis sibi, deque perfidia ac dissidio pulli sui, Gytonis. Habes ibidem:

v. 19. *Quod non expectas ex transverso sit, & super nos Fortuna negotium curat*] Sic & Seneca quoque loquutus deprehenditur lib. de vita beata: *Morbos dico, funera, debilitates, & cetera ex transverso in vitam humanam incurrentia.* Est itidem apud Plautum: *Ex transverso incedere.*

v. 28. *In Pinacothecam perveni vario genere Tabularum mirabilem*] De Pinacotheca consulendus Plinius libro 35. cap. 2.

v. 31. *Et Protogenia rudimenta cum ipsius naturæ veri-*

*tate certantia non sine quodam horrore tractavi] Quamvis
 et Veritate, non alienum huic loco, ego tamen assentatio-
 nem in eam partem flecto, ut Varietate potius rescriben-
 dum existimem. Consule eundem Plinium super Pro-
 togene, Statuariæ non minus, quam Picturæ artibus fa-
 migerato.*

*Pag. 73. v. 5. Et hos fabula quoque habuerunt sine amulo
 complexus] Non ut ego inuenistis, infelix, desertusque,
 cuius amores ad se per summam iniuriam translatos æ-
 mulos Ascyltos interuortit. unde abs eodem subiungi-
 tur statim:*

*v. 16. At ego in societatem recepi Lycurgus crudeliorem]
 Atque hic Lycurgus ille fuisse videtur, de quo mentio
 pagina 59 cuiusque adeo villam à se dissipatam, vestesq;
 latrocinio harpagatas, ipse apud Eumolpum postea in-
 dicitur professurus Eucolpius. eo dico, ne quis temera-
 rium Thracem illum Dryantis filium, Liberi patris
 osorem.*

*Vesantumq; naua nequicquam in vite Lycurgum; aut Le-
 gum etiam Lacedæmoniarum latorem ex transuerso som-
 niet nobis.*

*v. 21. Sed cultus non proinde speciosus, ut facile appareret
 eum hac nota literatum esse, quos odisse diuites solent] Cō-
 fer cum his sententiam illam multo argutissimam Epi-
 stolæ Plinianæ libri vii. de Cornelio Minutiano: Natus
 splendide, abundat facultatibus, amat studia, ut pauperes so-
 lent. Unde apparet, iam inde à Plinianis temporibus,
 humanitatem ac literas odio semper diuitiarum amato-
 ribus fuisse. proinde non esse, quod nostri modo sæculi
 fastidium ac contemtum tantopere miremur. nec quic-
 quam expediendo huic loco accommodatius inuenies,
 qui tamen ad veterem hancce formam interpolandus
 videtur:*

*v. 22. Ut facile appareret eum ex hac nota literatorum esse.
 &c. qua phrasis eadem infra vsurus, pag. 129. v. 9. m. Ex hac
 nota domina mea est, &c. Igitur Eumolpum interrogare
 properat Eucolpius:*

v. 28. Quare ergo, inquit, tam male vestitus es?

*Sic Martialis quoque in re prorsus huic simili, ne di-
 cam gemina, & quidem ipse de se:*

Cur ergo, inquit, habes malas lacernas? &c.

Nec Satyricæ minùs magnus ille Auruncæ alumnus:

Scit nam tantum esse, vides tunicam, & toga quid sit.

Quæ

Quæ sequuntur porro, cum iis desiderantur, in quorum vicem asterisci vacuas lacunas explêtes succedere, ea vero omnia partim adstricta numeris, partim soluta oratione concepta, ex persona Eumolpi prolata videntur, fortunam casusque suos Eucolpio commemorantis. in quibus exsequendis binas propemodum horas infomtas, ex castigatione illa Eucolpiana, quam habituri sumus infra pag. 80. v. 23. ducere audere videor coniecturam. Sic enim inibi: *Minus quam duobus horn mecum moratu, & sæpius Poëtice, quam humane loquutus es. Vbi Humane, pro, Hominum more ac ritu, simplicitérque capiundum, & quod nos patrio sermone dictitamus, Menschelner mys. quasi verò duo ista, Humane inquit, & Poëtice loqui, contraria inter se ac pugnancia forent. Ridiculè, & iocus omnis (vt vides) ex nouitate dicti atque insolentia quesitus. Ex quibus tum singulis, tum vniuersis apparet, Eumolpum istum Petronianum narrationem institutam longius insuper producturum fuisse, nisi eam pse abruptisset subito hominum in Porticibus spatiatium, nec verba, verum lapides loquentium, odiosa interpellatio. qua ille aduenisita, interim dum Halasim Troia recipiat, exceptus, plausu ingenij sui cognito, caput operuisse, extrâque templum curriculo sese proripuisse inibi inuenietur. Vnde item manifesto docemur, Pinacothecas templis fere ac Porticibus publicis annexas, seu continuatas fuisse. credo, quo angustiores intrantibus scilicet, maioremque adeo religionis speciem habere viderentur: simul, ac frigus in umbra captandum, animi causa (vt fit) sub iisdem inambulare volentibus, æstiuis præsertim caloribus.*

C A P V T X X I I.

Leonum in Lenones commutatio. Locorum aliquot expositiones: Indelectatus. Illustramentum sententia Pliniana. Tropica Petronij dilucide enarrata. De verbo Audere, pre Velle, cum Arbitro, quam Plauto noui interpretamenti gratia facta.

P Ag. 74. v. 7. *Deinde, qui solas exstruere diuitias curant, &c.] Proprie, & antiquè. id quod ad illud Horatij planum fecimus:*

Et exstructis in altum

Y 3

Dinitijs

Disiitjs potiesur hares.

Vide Festum in dictione Struere.

v.15. *Nunc veteranus est latro, & ipsis leonibus doctior]*
Quid si, Leonibus, legas? genus quod improbißimum est, si-
quidem Plauto credimus.

vers.29. *Iam ergo caperam ephebum in gymnasium de-*
ducere, ego studia eius ordinare, ego docere ac precipere,
&c.] Ex œconomia sequentium satis superque apparet
legendum: Iam ego caperam, &c. Ita enim haud
paullo concianior fuerit ter iterata Pronominis repe-
sitio.

Pag.75.v.31. *Vt tertia non licentiam dedit, consurrexi ad*
aurem male dormientiu] Idem pag. proxima:

Irrepsit tamen, & male repugnanti gaudium extorsit,
Id est, simulate repugnanti, siue oblußtanti potius. id-
que ex disciplina adeo puellari, cui respondet Ouidia-
num istud:

Qua cum ita pugnaret, tanquam qua vincere nollet;

Victa est non agre prodigione sua.

Etiam Horatii illud Odarum primo:

Pignusve dereptum lacertis,

Aut digito male pertinaci.

v.vlt. *Et præter hoc etiam timebam, ne tam grande ma-*
nus suspectam faceret humanitatem meam] Hoc est, ne me
munificentia largitasque tam profusa in aliqua probri
poneret suspicione apud pathicissimi pueri, mei inquam
discipuli, parentes. Ad fine illi, quod iam inde ab ini-
tio fuerat professus pagina 74. v.21. *excogitasse se novam*
rationem scilicet, qua non esset patrisfamilie suspectus
amator.

Pag.76.v.20. *At ille non indeleßtatus nequitia mea, &c.]*
Nota nouitatem verbi, Indeleßtari. Nec enim apud alium
scriptorem Romanum temere compositionem eam repe-
rias, condignam mehercule venustissimo ingenio Arbi-
tri nostri.

Pag.77.v.8. *Simulq, causßam desidia presentis excutere,*
quum pulcerrime artes perisset, inter quas Pictura ne mi-
nimum quidem sui vestigium reliquisset] Eadem ferè de
insipientia sæculi sui atque infaceticia apud Plin. conquæ-
stio lib. xxxv. c.11. & quidem pæne toto: *Ita est profecto, an-*
tes desidia perdidit, & quoniam animorum imagines non
sunt, negliguntur etiam corporum. Animorum imagines, id
est, quoniam omnes, qui nunc sunt, homines communi
hæc

hac diuinæ auræ particula ad ignauit & voluptates corporis præpostere abutentes animorum veluti inopiam pati, sensusque prorsus ac rationis expertes videntur; Nil nisi *Cecropida*, &c.

v. 12. *Pecuniæ, inquit, cupiditas hac tropica instituit*] Hoc est, ymbras rerum atque imagines tantum, & simulacra quædam inania, surdo figurarum discrimine. Qua de re superius Plinij caput, qui vult consulito.

v. 29. *At nos vino, scortisq, demersi, ne paratas quidem artes auemus cognoscere*] In peruulgatis hoc loco, *Audemus*, antea lectitabatur. quo magis subit admirari eorum hominum audaciam, ne imperitiam dicam, qui principes illud in *Auemus* commutare institerunt. quo in numero Burrhum nostrum nollem equidem fuisse frustra: quippe sero; ac depugnato iam pridem prælio. Sed hoc beat saltem, quod ita coniectura ductum de ingenio, (quo supra Sicambrum præditus) ipsius se restituisse inficias non eat. nam (ita me Deus amet) à blattariis Codicibus malè metuebam miser. quos ille, quoties videtur, perpetuos auctores habet, & quidem in mundo, ne apud Parthos, aut Armenios censeas. Cæterum in rem præsentem, *Audemus*, inquam, reuocandum censeo, & retrahendum è fuga. atque eo audacius, quo compertius mihi, verbum istud notione longe diuersa priscis illis, quàm nobis hodie in vû atque in consuetudine fuisse. Argumento, quod dico, abunde fuerit Plautinum illud Menechmi:

Ecquid audes de tuo istuc addere?

Hoc est, Numquid sustines addere istuc insuper aliquid de tuo; vel: Nunquid nam abs tete impetrare potes, vt præterea de tuo istuc vel corollarij vicem addas quidpiam? Item alibi:

Nunquid audes gratiam mihi aliquam facere hic (scribo: hinc) argenti?

Sic, *Sodes*, eidem pro *Si audes*, Comico more toties celebratum. an vero aliud, quàm *Su* notare censeas, quod pro *Si vis*, antique positum capiunt Literatores?

Pag. 78. v. 8. *Ipsè Senatus, rectè bonisq, præceptor, mille pondo auri Capitolio promittere solet*] *Promittere* in votis, id est, addicere, seu Vouere. Sic Tibullus:

Interea nigrae pecudes promittite Diis.

Cæterum de solenni Promissionis huius ritu, quem tangit Arbiter, nihil aliunde extrico, hætenus quidem,

quod ad Senatum. nam, ad Imperatores ipsos, non a sum
dicere. inter quos Augustum memorat Suetonius; in cel-
lam Capitolini Ioni xvj. millia pondo auri, gemmasq; ac
margaritas quingentis LLS. una donatione contulisse. Quo
item referri poteris Horatianum illud ex libr. Carm. III.
Oda XXIv.

Vel nos in Capitolium,

Quo clamor vocat & turba fauentium:

Vel nos in mare proximum

Gemmas, & lapides, aurum & inutile

Mittamus, &c.

CAPVT XXIII.

Halosis Ilii. Suspectiorum aliquot locorum restitutio, par-
tim ab ingenio, partim à Manuscriptu. Ferus, pro Equo
positum, substantiue: indidemq; & Semiferus, pro Lapi-
tha ac Centauro conflatu etiam Semifer. IANI PAN-
NONII, & Pontifici, & Poeta Quinqueecclesiensis me-
ritissimum Encomium. Fugitiua nonnulla Lectiones re-
tracta; retractata alia. Correctionum Triga, vel quadri-
ga verius.

E Ad. pag. v. 16. Sed video te totum in illa herere Tabula,
qua Troia halosin ostendit:] Etiam Halosin Ilij dixit
Suetonius in Nerone.

v. 23. de equo Durateo: Cafi vertices

Ida trahuntur, scissaq; in molem cadunt

v. 25. Robora] Vidi manuscriptum, in quo Spissaq;, non
Scissaq;, plane & probe exaratum habebatur. Et dubita-
mus adhuc, utri scripturæ adhæreamus potius? Legimus
ibidem:

v. 27. Huc decenni praelio Iurata virtus abditur] Mihi
valdius arridet, Iurata virtus, id est coniurata: Simplex
pro composito. Nec multo post:

v. 31. Hoc titulus fero

Incisus, hoc ad fata compositus Sinon

Firmabat, & mendacium in damnum potens.]

Ita enim ablectissima illa Parisiensis editio, quomodo &
nos ante decennium emendaueramus iam olim: ex-
mulsim optime. ut sit sensus: Hoc Titulus Equo durio
inscriptus, hoc ipsum & Sinon Troia proditor confirmabat.
Itaque pro Hac, quod est in aliis, Hoc repetendum; tum
verq;

vero postrema copula ante *re Mendacium* inducenda: eiusque vicem, *Hei*, siue etiam, *Hen*, rescribendum cum hac interpunctione:

Firmabat. hei mendacium in damnum potens:

Id est, detrimentosum Iliensibus, imo calamitosum oppido: sensu manifesto, atque etiam pereleganti. quod cur de nostro alius adscriberet sibi, causa non erat. Sed tamen credo fore, qui *Mendacium* istud, accusandi casu positum interpretabuntur, coniunctæque cum superioribus construendum: ut intellexerit Arbitrator, Sinonem tum ad *Fata*, hoc est, ad implendum Fatum, (*novissimum illud de tribus dico, quo Porta Scae limen superum scinderetur*) tum ad *Mendacium* pariter in damnum potens, id est, Troianis (ut diximus) calamitosum, siue exitiale & funestum potius, doctæ meditatæque instructum atque compositum fuisse. Neque ego sine huic sententiæ repugno. pax sit potius: & sequi ipse malo adeo, quam trahi; vel rei tantillæ causæ contentionis funem ducere, cum aduersario præsertim valentiore. Et quoniam in mentionem *Feri*, pro *Equo* positi, occasione oblata potius, quam quæsitâ incidimus, etiam ad partes vocitetur Prudentij locus è libro *ἡσέως*, Hymno x. qui Hippolito Martyri inscriptus legitur;

Postquam composito satis instruxere parati

Martyris ad penam verbera, vincla, feros

Instigant subitis clamoribus atq; flagellis.

Sic enim hunc locum ex vet. cod. doctissimi Geselini primitus restituit Gifanius noster, quum *Feras* antea in Prudentio imprudenter excusum serio cum Antiquariis stomacharemur. Quod ut ita esse mihi cum amico conueniat meo, ita seorsum rursus ab eodem sentire necessitas subiguit me, in verborum simul ipsorumque versuum constructione. quam quidem continenter ipsius atque coniunctim constituendam censeo, eisdemque huncce in modum interpungendos:

Martyris ad penam verbera, vincla, feros

Instigant subitis clamoribus atq; flagellis.

Feros enim pro *Equis* antiquitus usurpatis haud Catulli modo, Virgilijque auctoritatibus confirmare possis; sed & liquidius multo eius *Epirheti* contemplatione, quod Hippocentauris Lapithisque omnes vno ore contribuant Poëtæ. Etenim genus istud *Semiferos* indignant, non quidem à *Feritate* vocabuli eius etymologia

petita, sed verò à forma ipsa, qua *Feros* (vt diximus) hoc est, Equos dimidiata sui parte assimulasse finguntur. Vnde illorum hominum error castigandus pariter, quibus in compositione ista, τὸ *Ferus*, adiectivum potius, quam substantivum esse, falso quidem hæcenus, sed tamen serio fuerat persuasum. quorum offensa tamen non minus tolerabilis, quam felix illorum hominum audacia laudanda, qui rectum eius verbi casum admutilantes novissimæ syllabæ detruncatione bimembre hoc genus *Curto* Horarij *Mulo* prorsus adsimile reddiderunt, ita vt *Apella* propemodum videantur, *Semifer*, pro *Semiferus*, nobis trissyllabum nominativum commenti. Vtque non mendice, sed plena manu tecum perro agere perseverem, mi Lector, etiam recens quoddam superioris sæculi exemplum istuc pertinens in commune hoc loco proponam, à Poëta vno omnium elegantissimo IANO PANNONIO petiit, in cuius Elegiarum opere versus istiusmodi existare inuenitur:

Nec nisi duratum Lambro thoraca valebam,

Nec nisi ferrato ferrens ire fero.

Pag. 79. v. 13. Ecce alia monstra, celsa qua Tenedos mare
Dorso repellit, &c.] Lectio & proba & plana. at in
Lutetiana editione, *Replevit*, legitur. non rectè, neque
ad disertissimi Poëtæ Genium.

v. 29. De geminis Lacoëntis filiis in Vergiliano illo
anguium totidem improbo atque inexplicabili nexu
sæagentibus laborantibusque:

—— *Nenter auxilio sibi,*

Vterq; fratri transfudit pias vices.

Ita editiones Gallicanæ. Mihi tamen nescio quo pacto
Antuerpiensis scripturæ interpunctio arridet impen-
sus, ea ipsa inquam, quam Clarissimi Sambuci Biblio-
thecæ debemus. in qua ita hæc distincta observavimus
iam olim:

—— *Nenter auxilio sibi;*

Vterq; fratri transfudit pietas vices.

Pag. 80. v. 7. Tentant in armis se duces, cœu ubi solet

Nudo remissus Thessali quadrupes ingo

Cervicem, & altas quater ad excursum inbas]

Placet scriptura libri veteris, in quo disertè calamo exa-
ratum legebatur:

Tentant in armis se duces, cœu solet ubi.

Neque istud satis, nisi versus item proximus in pri-
mo

num tandem decorem me porro coniectore reponatur hoc modo:

*Nodo remissus Theſſali quadrupes ingi
Cervicem, &c.*

Nam & hæc quoque correctio à nobis erat; verum antevertit nescio quis, qui eamplē in rationum suarum Tabulas referre sustinuit non ita pridem; expensī, haud accepti inquit; oblitus Iuris humani.

V. 11. — *Hic graves alius mero*

Obtruncat, & continuat in mortem ultimam Somnos.] Sic & paulò prius pagina 69. v. 7. Et dubitavi an utrumq; traicerem gladio, somnumq; morti iungerem. Malim tamen in Petroniana Troia Halosi, Noctem, legi. Nam quanti obsecro est illud, Mortem ultimam? An verò mors vlla (naturalis inquit) homini euenire possit, quæ vltima non sit?

V. 19. *Timui ego, ne me Poëtam vocarent.]* Ita enim malo, quam (quod omnes vsque adhuc editiones insedit) Vocaret legere, ut ad Eumolpi Lapidatores referatur, non ad Eumolpum ipsum, eo quod in comitatu eius Eucolpium vidissent antea; ex persuasione Parœmiæ illius coniecturam ducentes, qua vulgo dictitare consueuimus, *Aues concolores una fere volitare scilicet.*

V. 22. *Rogo inquam, quid tibi vis cum isto morbo? Minus quam duabus horis mecum moraris, & sepius Poëtice, quam humane loquutus es.]* Humane & Poëtice opponit. Facete, ad exemplum opinor sententiæ illius Horatiæ:

Surge, & inhumana senium depono Camæna.

Qui locus, quantus est, huic Petroniano explicando mirabiliter facit. Vide Notulas nostras in biformem Poëtam illum Venusinum. Habes ibidem:

V. 31. *Imò quoties Theatrum, ut recitem aliquid, intra mi, hac me aduentitia excipere frequentia solet.]* Rescribe: *Hac me aduentitia, &c.* Argutè. Etenim ad Cane præbitionem quaesita allusio, quæ Aduentoria Martiali, Plauto *Vsatica* indigitatur, & persistit in Metaphora semel instituta Eumolpus subiectans porro est vestigio: *Ceterum ne & tecum quoque habeam rixandum, toto die me ab hoc cibo abstinere.*

C A P V T X X I V.

Illustramentum Historia Petroniana. De Linteis, ac Strigilibus

gilibus balneariis cum cura & fide dissertum. Tergeri, Fricari, item Destringi, peculiaria iſce rebus vocabula. Gyton quid Aſcylto? De Gutto, atque ampalla non nihil. Veſtimentis aſſervandis cautio cuiuſmodi in balneis publicis adhiberi ſolita antiquitus. Capere experimentum. Obſcurorioris argumenti declaratio. Hymnium quorundam importunitas, nulla aut loci, aut temporis habita ratione, frequentes, imò aſiduas alienis auribus Pœmatum ſuorum recitatione argutias, hoc eſt, moleſtias exhibentium. Idonea cuiuſce rei exempla ab Horatio, & Martiali. Ambigua alterius loci interpolatio.

PAg. 81. v. 4. Video Gytonæ cum lintheis & ſtrigilibus parieti applicitum, triſtem conſuſumq; Sciro non libenter ſervire.] ſ. Aſcylto. Ergo in balneo erat Gyton, quum hæc acciderent. unde ſtatim ab Eucolpio extractus, atque inde in hoſpitiū porro, interim dum carminum ſuorum recitationi intentus Eumolpus, corporis verò lauationi Aſcyltus dāns operam, non notat ſibi fugitiuam fratris harpacitatem. Quæ mox cauſa etiam fuiſſe videtur, cur oftroſus ille palam veſtimentis circumductus magna elamoris indignatione reſſagitatum puerum veſtigiiſ fuerit perſequutus: cuius diſapſu ac perſugio tantam porro iacturam feciſſet miſer, quam equiore animo tamen laturus videbatur. ſiquidem pro veſte modo inueſtem ſibi pullum recipere contingeret. Facit huc locus Iuuenalis Satyræ III.

— Et ſonat onſis

Strigilibus pleno componit linthea gutto.

Item Flacci:

I Puer, & ſtrigiles Criſpini ad balnea defer:

Denique Epigrammatarij illud:

Linthea ferret Apro vacuus quum vernula nuper,

Et ſupra togatam luſca ſederet anus.

Illuſtris enim Strigilium, Lintheorumq; ad deſquamandum, fricandum, exſaniandum, purgandumque corpus, in balineis uſus temporibus illis. haud paulò illuſtrior futurus tamen Pliniani huius loci eoramonſtratione libri Epift. 211. de Plinio auunculo: In ſeceſſu ſolum balinei tempus eximebatur. Cum dico balinei, de interioribus (id eſt, quæ in ſecreto ſine arbitris fieri ſolent) loquer. Nam dum deſtringitur tergiturque, audiebat aliquid, aut diſſabas. Vbi diſertè rem utramque ſic quaſi indice digito deſignari videmus. Deſtringitur enim ad

Strigilium

Strigilum (unde & etymon nomini) *frictionem*; *Tergitur* verò ad *Lintea*, & sudariorum post balnea absterfionem referendū. Adde, fidei causa, ex magni illius *Tur- nebi*. *Aduersar. lib. 26. cap. 20. Apud Senecam li. 22. Epist. 123. Elegantissime, Destringere, est sudorem strigilibus sic- care & detergere. Vt (inquit) sudorem quem monerunt potio- nibus crebris & feruentibus, subinde destriuant. Et apud Plinium lib. 34. cap. 8. Se destringentem, δορυμυξ & , qui strigilibus se defricat, & sudorem sordesq; deterget. Et ha- ctenus quidem ille. Nunc ad Gytona inuite atq; ingra- tiis (quæ quidem somnia de nihilo sibi fingit Eucolpius) hero suo seruientem remigremus denuo: qui utriq; utri- que huic ministerio ab *Ascylo* (cui etiam pro culcitella erat, omnibus & horis & locis officium faciundo suū) praefultus fuisse à nobis existimatur, quo videlicet lauaret domino praesto esse posset, pleno gutto (id quod ex *Iune- nali* docuimus supra) hoc est, ampulla vase olearione, an aquario potius ad abluendas infusione sordes, linteis cō- ponendis, strigilibusque, ad detergendum delicatissimum sudorem promptè paratæque, quum vsus posceret, ex- pediendū. simul, uti malas balneariorum furunculorum sinistras vestimetis herilibus (quomodo auus illa *Mar- tialis*, quam *Cinnana* in *Togula* praesidentem induximus prius) curiosa obseruatione prohibitum iter ac defen- sum. Quæ tamen omnia perfidia eiusdem & transfugio maxime, *Ascylo* contraria, ac praeter omnem expe- ctationem etiam flagitiosa euenerant. Sequitur in *Petronio*.*

v. 6. *Itaque ut experimentum oculorum caperem, &c.]* Eadem loquendi ratione non inolectatus *Plinius*: sed & *Seneca Remed. fortuit. Egrot. uenis tempus, quo ex- perimentum meum caperem. Habes deinceps ex ordine Petroniano*:

v. 7. *Conuertit ille solatum gaudium vultum, & , Misere- re, inquit, Frater: ubi arma non sunt, libere loquor.]* Blanda & amatoria praeteriti metus simulatio. Hoc enim di- cit *Gyton*, se tandem sine cura ac corde libero contra consistere, cominusque & ex propinquo magis *Eucol- pium* compellare audere, quoniam inermem eum ac sine telo obuiam occelsisse videt sibi, quem armatum ac districto gladio ferocem pueriliter nimis expauerat ante. Vel referendum certe ad delinimenta illa satisfac- tionis *Gytonicæ*, quam proximè consequente pagina habi-

habitura. idque verius puto, ceterum rem vide. *Equidem fateor, & pra me fero, cum duos armatos viderem, ad fortior rem confugi.* Ut significet Gyton, se iam primum denique, remoto armorum metu, atque Ascylo maxime, fidem amorumque suum aduersus Eucolpium liberè atque emisso animo depromere audere scilicet: quem praesente, & (quae ratio maxima) armato Ascylo nimis hercule praeter animi sui sententiam dissimulare fuerat coactus; seque in fidem eiusce patroni tradere, quem minimè voluisset, praesertim fortioris. *Delicia pueri.*

v. 14. *Relicto quoque Eumolpo (nam in balneo carmen recitabat) per tenebrosum, &c.]* Aduerte mirificam obseruationem decori in homine nimis Poeta, & quem ita torum recitandi cacoëthes, vel morbus potius penissimè occupatum tenet, ut nullo non & loco & tempore hominum auribus molestias argutiasque vel ad fastidium usque, non languorem dicam, versuum suorum praedicatione exhibeat. Quod genus etiam à Flacco urbanissimè in Satyra perstrictum:

*Non recito cuiquam, nisi amicis, idque coactus:
Non ubiuis, coramve quibuslibet, in medio qui
Scripta fero recitent, sunt multi, quique lauantes.
Suaue locus voci resonat conclusus, inanes
Hoc iuuat, haud illud quarentes, natus sine sensu.
Tempore nam faciant alieno. —*

Lauantes, inquit, hoc est, in balneo ac circa solum sedentibus carmina sua vel ingratiis ad nauseam usque ingerentes. ad exemplum credo Eumolpi Petroniani, cui etiam in vicinia mortis, lethique modo non limine in ipso carmen facere vacabat, sicuti narrabitur postea: item Ligurini illius, de quo apud Martialem meum festiuamentio lib. 3. Epigram. 44. Eius tibi hinc etiam gustum aliquantum dabo:

*Et stanti legi, & legi sedenti,
Currenti legi, & legi cacanti:
In thermis fugio, sonas ad aurem
Piscinam peto, non licet natare.
Ad canam propero, teneo euntem:
Ad canam venio, fugas sedentem:
Lassus dormio, suscitatus iacentem, &c.*

Vnde praeterea, mi Lector, ea quae ad superiorem Horatii locum suo in loco adnotauimus. Pagina eadem Petronius porro:

¶.19. *Inuado pectus amplexibus, & persusum os lachrymis
vultu meo contero.*] Quid si verò nobiscum legas? Conter-
go. tametsi cum recepta lectione faciat locus superior,
quem retro habes de vno exolorum omnium insulsis-
simo Embasicoeta: *Transituq, ad comitem meum (s. Ascyl-
tum) facto, clauibus eum basuq, distinxit.* Nec non vnu-
stissimus ille Venerum omnium ac Leporum pater A-
ristænetus in Epistolis suis vere Eroticis: *Τοι γὰρ ἐν ἰσχακ-
χευθείσαι τῷ ἑρωτί, ἀνιλάσεται πρὸς ἑαυτὸν ἢ αὐχένα, καὶ
πεφίληκεν. ἔπειτα πρὸς σφῶντα μαλινῶς, ὥς ἐ μύλῃς, ἀποσπᾶσθαι
τὰ χεῖλη. καὶ κατ' ἐπὶ τοῦ μὲ τὸ ὅβριον.*

IANI DOVSÆ NORDOVICIS

PRO SATYRICO PETRONII AR-

bitri, viri Consularis, Præcidanorum

Liber Secundus.

CAPVT PRIMVM.

*Dracos, hoc est, grandioris peculij homines in balineis pu-
blicis communi pariter lauantium plausu exceptari so-
litos & Petronij & Martialis indiciis patefactū: eadem
alter eiusdem Epigrammatarij locus per causam expli-
canis. Lucillij versus tentati; correctusque Arbiter.*

ET nuptis & prætextatis verbis vsurus hoc capite,
veniam hercule) *Prudenter simas, ut puto, ac pudet*)
antea præfabor mihi: Socratemque imitatus, in re molli-
cula & parum fœuera, caput operire insistam, Arbiteri no-
stri arbitratu maxime, ita scriptitantis.

Pag. 82. v. 33. *Illum autem frequentia ingens circumuenit
cum plausu & admiratione timidissima, &c.*] Ascyllum
refert plausu & admiratione secundissima à fauete vn-
dique circumstantium corona exceptum, quos com-
mendata supellectilis eius bonitas ad grauissimum sibi
spectaculum (Romanè loquime scito) in rem præsen-
tem porro frequentésque ac conglobatos exciuerat. ne-
mine non Votorum conceptione tacita, hoc est, timi-
dissimo murmure (quæ illius sæculi mollicies fuit) ru-
tabulum istiusmodi in postfurnium suum oculis deuot-
santibus muliebriter exoptante frustra: quandoquidem
non

non nisi in Equestribus sedere solitus Ascyltos, omnes porro ad se admissarios spernere ac segregare quam longissime: neque quenquam tanta fortuna dignum iudicare, præter Equitem Romanum istum, Ordinis sui de-honestamentum; qui eumse veste dispoliatum, tunicaque & pallio circumductum, simulque improbißima elamoris indignatione Gyrona flagitantem miseratus, suis sibi ipse exuviis nudum destitutum circumdedit; atque in penates, imò in cubile transtulit suum. credo, ne diutius sine integumento circa balneas expalliatu erraret miser, homo Equestri tantum culcitella dignus. quippe à peculio ac pensilibus ita basilice opiparèq; instructus, ut non cum sui sæculi Draucis modo, sed & cum Hercule illo Goropiæno de vasorum luculentitate in ambiguum certamen descendere posset. Atque hinc; veluti de plano, cuius illustre iam tandem factum confido, in quam sententiam à Celtibero Poëta scriptum fuerit:

Audieru in quo, Flacce, balneo plausum,

Mathonis illic esse mentulam scire.

Neque aliunde, quam ex hocce Arbitri loco versuum istorum explicationem commodius peti posse existimo, mire alioqui frigentium. Quanquam quisnam adeo in Re Antiquaria hospes obsecro, ut nesciat, Equites istiusmodi sessorem pati solito; hocque morbo usque ad infamiam laborantes, Magiricis, vel *Salys* potius domesticis non contentos, emissarios insuper habuisse, qui impensa mercede ostreosos undique ac bene vasatos conquirerent sibi, ad se euestigio domum perducendos suæ; quo videlicet fortuna tam magna soli porro, ac sine æmulo potirentur. Atque is delectus, eaque Censio in balineis publicis exigebatur potissimum, ubi loturos omnes, quasi Venales, inspectare, palamque ac cominus, & veluti oculato die pretium pro virtute, atque ad mensuram inguini (ut apud Iuvenalem est) unicuique facere erat copia. Probo ex Seneca lib 1. Natural. Quæst. de dis-siste nescio quo obscurnitate usque in Scenam producta, & per utramque causam (id quod Ausonius ait) molli consueti. Sic enim inibi: In omnibus quidem balneis agebat ille delectum, & aperta mensura legebat viros. Et reliqua, quæ sequuntur. Etenim pudet ac piget adscribere. Quod verò subdit Arbiter:

V. 34. Habebat enim inguinam pondus tam grande, &c.]

CUM

cum illa Martialis loquutione germanitus consentit, qua ait lib. 7.

Sed mens (ut de me taceam) Leuaria, seruum

Iudaeum nulla sub cute pondus habes.

Vbi curnam *Iudaeum* pondus dicat, in controuersiam vocari posse video. nec quicquam à Domitio auxilij, qui *Inguina Iudae*, id est, *circumcisi & aperta*, (ut *Iudaeus est*) *Epertherum* istud Ponderi interpretatur. quasi intellexerit Martialis, *Seruum suum Iudae* superstitioni addictum, ideoq, quamuis ex gentis illius *Lege* praeputij circumcisi, sine scorteo tamen subligaculo, multo minus theca aliqua (quam *Fibulam* appellabant) aenea munitum palam atque in publico lauare. Seu cum *Curto* potius, & *Linteo* ad herilem sudorem destringendum extergendamque, *Strigile*sque (vti docuimus) expediendos domino coram lauanti adfistere, media etiam parte corporis nuda. Neque enim aliam sententiam vllam commodiorē ex ipsius verbis elicere possum. Vtut est, *solemnia* in *sancti Domitij*, & quidem solens. Non enim hoc vult Poëta noster: sed *Iudaeum* pōdus vocat falsissimē partē eam, qua viri sumus, non quidem *testa Samia circumcisa*, tanquam hominis recutiti, & cui *Sabbatarium* in morem decorticata fuerit pellicula illa verendorum scilicet; verum glandem potius praeputio suo vi tentiginis reiectā, suaeque sponte magis, quam Iudaeae circumcisionis adminiculo denudatam. vnde & vocabuli *Verpa* originationo deducta: & τὸ *Verpus*, nunc contumeliose pro *Apella*, id est, *curto* ac recutit ludæo; nunc vicissatim pro eo, cui αἰδοῖον δὲ τοῦ σώματος, καὶ ἰσχυροῦς, quasi tu λεπτοδερμὸν dicas, usurpatum antiquitus. eadem nimirum ratione, qua apud Catullam *Lesbia*,

Glubis magnanimos Remi nepotes.

Quaque *Pœaum* illum *Plautinū* in *Fabula* sibi cognomine, inter alia *Militaria* opprobriamēta, *De luxuria* quoque *Mans* cognomento insigniri videmus. Quo etiam τολός ἀρετῶν καὶ καλῶν Aristophanis; tum delicatissimi illi *Lucillij* versus pertinere iudicandi, à *Iunio* nostro apud *Marcellum* restitui primitus ad hanc faciem:

Cum pocio bibo eodem, amplector labra, labellas

Ecfrices compono, hoc est, tum (lego, cum) τωλοκοπέω.

Malim tamen, ita vt antea legebatur, priorem partem relinquere, huiuscemodi interpunctione scilicet:

Cum

(cum poculo bibo eodem, amplector labra, labellis

Fingens (scilicet figens) compono, hoc est, cum συναρμολογῶμαι.
Idque haud paulò simplicius. ut nouissimum Θ, τὴ
Compono dico, in numerorum dimensione nullum ex-
seratur. Cæterum deinceps quo loco in Petronio le-
gitur:

Pag. 83. v. 3. *Itaque statim inuenit auxilium. nescio quis enim Eques Romanus, ut aiebat, infamis, &c.]* Ecquis verò homo tam matula, qui hic statim, *Aiebant*, rescribendum non videat: uti subaudiatur, *Vulgo*, atque in turba scilicet Neque enim ad Hellenismum illum Catullianum apte satis accommodari posse opinor, quo idem in Phaseli vsus Dedicatione,

Ais fuisse nauium celerissimas.

CAPVT II.

Officium Petronio factum in noua, imò verò antiqua, cū Officiosi, enarratione. Vestimentorum in balneu depositorum custodia cuiusmodi hominum fidei delegata antiquitus. Notores eam quoque in rem cautionis loco dari atque adhiberi solitos. Ei generi fulcimentum, fidei causa, à Seneca petiit, atque impetrauit: Iunij, tum Rhenani cōsecrari (tam hic, quam in voce Iuratores apud eundem Senecam) in perpetuū porro explosis, atque cinratu denique.

EAd. p. v. 8. *At ego ne mea quidem vestimenta ab officioso recepissem, nisi Notorem dedissem, &c.]* Officiosum qua notione hoc in loco accipi velit, necdum satis etiam liquere mihi pronuncio lubens: hillas abs se cæsas fortasse significat ei, apud quæ, tantisper dum lauatur, vestimenta sua deposuerat Eumolpus. Hoc enim cognomen tum, paulò antè Perronij ætatē primitus, impudicis atque inforari solitis inditum qui nescit, is certè Senecæ Patris Controuersias vel nullus legisse; vel, si oblitus, legisse quasi per nebulam modo; caliginemque mentis potius, quam corporis luminibus infestam habuisse videtur. Loquitur autem de Aterio Declamatore libro earundem Controuersiarum i. v. hisce verbis: *Memini illum (quum Libertinum rem defenderet, cui obiciebatur quod patrani concubinus fuisset) dixisse: Impudicitia in ingenno crimen est. in sermo necessitas, in liberto officium. Res in iocos abiit. Non facis mihi officium; &c. Multum ille, hic in offi-*
ciii

eius versatur. Ex eo Impudici, & obsceni aliquamdiu officiosi vocitati sunt. Cæterum hoc verisimile non est: videorūque potius eam in partem assentationem flectere debere, vt *Servum Caspariū* hic notari existimem, penes quem erat vestimētorum custodia, eorum videlicet qui in balineis publicis calida macerabāt sese; quo elixi potius, quam assi suauiores existerēt scilicet. At hoc ipsum haud sine mercedula, inquiet aliquis. Fateor. atque ideo tenuioris notæ homines vernam ad pedes, vel vetulam certē aliquam peculiarem secum dūctabant: quibus eius rei cura potissima incumbibat, operam obseruationi vt darent, ne quis rursus grauior aut propensior, quam aduenisset, domum ē balineo se receptarent, Corniculæ illius Aesopicæ in morem furuius lauantium plumis haud decore exornatus, fures balnearij vt consueuere.

Linteæ ferret Apro vacuum cūm vernula naper,

Et supra togulam lusca federet annus.

Quo magis demiror Eumolpum istum nō Coracem mercenariū suum huic negotio præfuisse. verūm is fortasse, quam hæc fierent, alio quopiam ablegatus fuerat antea. nisi eumipse autumemus tamen in strigilibus, linteis, atque olei stilla, herō, seu potius conductori suo subministrandis deditum atq; occupatum fuisse, quod non arbitror. & paret ex sequentibus Eumolpum solum postea sine asseda aliquo, iam pedissequo ad hospitium Eucolpi, cui cœnulū condixerat, plena se demum nocte recepisse. quoniam ob importunam recitationem de balneo, tanquam de theatro, eiectus fuisset Vnde & nobis insuper, quorsum lauatio ista pertinuerit, clarē ac perspicue dilucet. nimirum ad morem illum tam Græciensibus, quam Italicis hominibus frequentatum, quo non nisi munditer prius eloti ac lixati probē ad cœnas itare condiderāt, iam inde ab antiquo. Quod verō addiderat Eumolpus: *Nisi notorem dedissem*, nihil potuit festiuus: significatque, omnes iam pridem sese furum balneariorum mores experimentis certissimis prouisos probe antea atque exploratos habuisse. ac propterea de vestimentis suis sollicitum, priusquam ea ipsa exuta officioso illi asseruanda cōcrederet, cautionem istam consulto adhibuisse, vt *Notorem* deposito apponeret suo: hoc est, præsentium aliquem testem, & quidem oculatum vt faceret, qui porro sese postea (siquidem vsus veniret) &

Eumol

Eumolpum res suas vindicantem probe cognitum habere asseueraret: eidemque, quantum pote, suffragio suo aduersus vestirapos omnes, tricones nempe atque inficiatores lentissimos, in partem præsto foret illico; conuinceretque causa utique liberali Eumolpi esse spolia, qua Harpax ille balnearius possideret. Hoc adeo genus hominum *Notores* dicebantur: cui rei firmandæ *Notorem* quoque à me Senecam Philosophum dabo; ita in Ludo de morte Claudiana, ex eiusdem conclamati persona Herculis fidem appellantis, iocose & lepide canillantem: Ego te, fortissime Deorum Hercules, speravi mihi adfuturum apud alios; & si quis à me *Notorem* petisset, de sui nominaturus, qui me optime nosti. Quid igitur vincēciam argumentis *Notorem* retinendum in Senecæ neque Iunium nostrum audiendum, qui Petroniano *Notore* destitutus, ac singulari vocabulo non contentus binas ex vna nobis dictiones exculpsit; in quas, si in alias vllas, Plautinum illud conueniat penitissime: *Nec pes, nec caput*. Sic enim vult legi: *Et si quis à me notorem petisset, &c.* Descensurus alioqui (id quod ipse de se fatetur) in multo absurdiorē Rhenani sententiam: & cum eodem quamuis audacter auxilium etiam à Græcis petiturus huiusmodi: *Et si quis ἀποκτορεῖα petisset, &c.* Nedum in scirpo. Quanquam utriusq; Manibus ignoscendum, qui abs se porro *Iuratores* exigi vetuere: quos vna cum *Notoribus*, quos dixi, ab eodē Senecæ Ludo exclusissimos fecerunt: autē tū *Iuratores* castigationem multo infestissimam, ac parissimam priori illi, quam posuimus modo, à se substituere ausi ad hoc exemplum:

Quis unquam ab Historico iurato res exegit?

Nec satis, accessit etiā tertius, qui nescio quo iure (more tamen Correctoribus nostris non insolito; qui, si quid ignorānt, statim de vicino mutantur) *Iure auctores*, in Seneca scriptitandum pronūciauit. quasi verò *Iuratores* omni Romanæ Ciuitatis iure expertes, imò extra numerū Quiritibus illis fuerint. Vides, Plautinæ Latinitatis inficitia scriptoribus priscis quantū detrahat gratiæ: quantum deniq; emendandi rationi noua hæc, qua vulgo uti consueuimus, Hypercritici acuminis insolentia: quicquid auribus nostris minus familiare obicitur, statim extra Romanam Decuriam exigentes, quasi aut Barbarum, aut exoletum, ut nunc quidem Antiquitati facimus nomina. Neque pol aduertimus, nobis id ipsis vitii hære, cuius

re, cuius alios insulamur: imperitumq; ac sordes nostras causam esse, quo minus munditiis illas germanas, ac meras Latinæ linguae Veneres (quibus architectus Plautus) sagaciter adorari, ac persentiscere valeamus. Nam nisi à Plautinae Scenae facetiis ac festiuitatibus homines, quos dixi, manum sic quasi iurati abstinuissent; nunquam ædepol ita madida memoria, adeoq; sublesto iudicio fuissent, vt non meminissent *Iuratores* hosce, pro *Iuratis* testibus accipi oportere; quos *Sacramentum* adigi, solenne etiam hodie.

C A P V T I I I.

Emaculatus Arbiter. Idem enarratus. Exhibita veteris libri scriptura. Formosis oliui pueris Tonsorium quoq; ministerium ab heris impositum, ex Petronij, & Martialis auctoritatibus fides facta. Pauoris proprietates excussa. Miendum extirpatum. Coctores, pro Cocu. Mulcare à Muktare diuersum. Confidit, pro Consedit repositum. Petroniana metaphora illustratio à Plauto. Rixi, ex definitione Iuuenalis. Vnius, alterius loci de Manuscripti Codicis sententia restitutio. Scrutatores.

E Ad. pag. v. 10. Tantò magis impedit inguina, quam ingenia fricare] Elegans in re turpicula *παράχρησις*, si tamè *Expedis*, pro *impeditis* rescribatur. Enimuero hocce colliculi genus frictionibus vel ad ruptionis periculum vsque grandiri, aiunt qui sciunt. eo impensius, si quidem tractatrix accedat. scin, cuiusmodi? haud dico amplius.

v. 18. Ales Phasiacis petita Colchis,

Atque Asæ volucres placent palato,

Quod non sunt faciles, &c.] Hoc est, facili, vili, seu minuto pretio parabiles: eodèmq; plane sensu, quo Horatius ipse de se prædicat:

Namque parabilem anxo Venerem, facilèmq;.

Pag. 85. v. 10. ex persona patricissimi Gytonis: Ego, si te non inuenissem, periturus per precipitia fui.] Ita in Gallicanis Editionibus. at in manuscripto, quod mihi oculis usurpare contigit: *Petiturus precipitia fui*, diserte exaratum legere memini iam olim.

vers. 21. Rudis enim nouacula, & in hoc retusa, vt pueris discentibus audaciam tonsoris daret, instaurerat thecam.]

Mollè

Molliciem sæculi illius perditissimi considera. Homines enim elegantes haud contenti olim Cataminis ad pocula, calonibus ad Lecticam forma & patientia conspicuis ex lubricine sua ad omne ludibrium ac flagitiū impunissimè abuti, etiam Tonsores insuper in ministeriis, imò in delitiis habebant. quorum frequenti opera non in tondenda coma, pilisq; vellendis modo; aut barba rasitanda, æquandisque simul atque expungendis genis; sed verò & pygiacis sacris Cynædice, ne nefarie dicam, de nocte administrandis utebantur. Cæterum quoniam mortalium nemo (ut in Prouerbio est) artifex nascitur, antequam artis experimentum caperent, collumque nouaculæ submitterent, strictim, aut per pectinem attondendi; impuratos istos veteranis tonsoribus in magisterium prius ac disciplinam tradebant; qui eosdem & præceptis suis, & quotidiano operæ eius usu exercitatos porro, idoneosque in posterum redderent herili occipitio tradundo, videlicet, ne quid per imperitiam (ut solet) citubarent, *tantum virum tonderent*. Martialis libro 11x.

Tonsores puerum, sed arte talem,

Qualis nec Thalamus (Lipsianam correctionem sequimur) fuit Neroni (malim Neroni)

Dnsorum cui contingere barba, &c.

Proinde quum res ea à periculo nō abesset, Tyrocinium artis acie nouacularum retusa auspicabantur. (id cum ex hocce Petronij loco, tum verò ex sequentibus manifesto docemur) quo videlicet audaciores redderentur: nec ad strictum ferramenti mucronem, animo non minus, quam corpore effæminati) pueriliter, an muliebriter dicam?) de nihilo expauescerent. Vnde non inscite ex argumento subtexitur porro:

v. 23. *Itaque nec mercenarius ad raptum ferramentum expauecat, nec Eumolpus interpellauerat mortem mimicam.*] Propriè: *Expauecat*. *Paueat* enim (ut quidem Fronto interpretatur) *puerili est*. Sic Horatius 1. Odarum de Cleopatra virilis audaciæ Heroïna differens:

Qua generosius

Perire quarens, nec muliebriter

Expauit ensē, &c.

Item Suetonius de muliebris ignauie Imperatore Claudio: *Quasdam insidias temere delatas adeo expauit, ut deponere Imperium tentauerit.*

pag. 86. v. 10. *Fit concursus familia, hospitumq; ebriorum frequentia.*] Rescribo, *Hospitum ebriorum; commate, copulâque inductis. aberâtque eadem etiam à M. S. ut Frequentia auferendi casu accipiatur.*

v. 15. *Interim coctores, insularijq; mulcant exclusum.*] *Coctores*, coquos interpretor, ac pro eo hominum genere, qui (ut noster fabulatur Comicus) non machara ad Legionē, sed vero verni in culina acres bellatores cluūt. Et iā *Mulcant* (vnde *Mulciberi* quoq; appellationē deriuant Grammatici) significantissime vsurpauit: uti idē Comicus saepe, item *Liuius*, *Tacitus* deniq; ipsusmet infra: *Et harundinem ab ostio rapuit, iterumq; nihil respondentem mulcauit.* Quod propterea visum est ponere, ne quis verbum istud cum *Multare*, confundere de communi porro sententiā insistant. Habes ibidem:

v. 32. *Et ille stens quidē confedit in lecto.*] *Lectū*, habebat V. C. vnde fit, legendum ut suspicer, sed suspicer tātum; haud certa inquam, verum arbitraria sententia potius: *Confedit in lectum*, præteritum istud verbi perfectum non à *Confideo*, verum à *Confido* deflectens. Idem eadem:

v. 34. *Iniuriāq; Eumolpi, aduocationemq; cōmendabam, & veluti quodam cibo me replebam.*] Saepe est apud *Plautum*, *Istuc mihi cibus est, quod fabulare.* Item: *Qui pro cibo habetas te verberarier.* & alia talia. Sequitur:

pag. 87. v. 3. *A duobus lecticariis in mediam rixam perferitur.*] Propriē, ac signatē *Rixam* vsurpat; siquidem *Rixa* est, ex *Satyrica* illa *Iuuenalis* definitione,

Ubi tu pulsas, ego vapulo tantum.

Quod tamen non ex mea, sed ipsius persona dictum postulo. Nihil enim est tanti. Sequitur subinde:

v. 11. *Contubernalis mea mihi fastū facit. Ita, si me amat, maledic illam versibus, ut habeat pudorem.*] Nota verbum *Male dicere*, cum accusandi casu coniunctum. cui respondet *Bene dicere*, eidem casui à *Tibullo* copulatum versu illo:

Sed bene Mosallam sua quisque ad pocula dicat.

v. 15. *Intrat stabulum præco cum seruo publico, aliāq; sanā modica frequentia.*] Concinnior sane veteris libri lectio, quæ negationem interpositam ostendit, hoc modo: *Aliāq; sanā non modica frequentia.*

v. 29. *Extensus infra grabatum scrutantium eluderet manus.*] Huc refer *Scrutatorum* nomen apud *Tranquillum* in *Claudio*.

Pag.

Pag. 88. v. 5. *Publicus vero servus insertans commissuris securis, claustrorum infirmitatem laxavit.*] *Firmitatem, erat in Chirographo. idque haud paulò opportunius ad sententiae concinnitatem facere nobis visum.*

C A P V T I V.

De Pertica ostiarii, siue harundine foribus praefigi solita, quadam moneta non prorita. indidemq, Propertiani loci obscuritas in partem discussa, atque illustrata. Ritum bene sternutantibus dicendi, solennem nobis etiamnum hodie, multo vetustiore esse, quam vulgo existimetur. neque aliunde, quam à religiosa illa Gentilium consuetudine natum primum, propagatumq, in hac tempora. Id superstitibus tam Plinianis, quam Petronianis testimonijs liquidiissime demonstratum.

E Ad. pag. v. 20. *At non servus publicus tam languide agit, sed raptam cauponi harundinem subter lectum mittit, omniaq, etiam foramina parietum scrutatur.*] *Harundinem ostio appensam affixamque intellige, de qua planius idem infra quoque pag. 139. v. 31. Et harundinem ab ostio rapuit, iterumq, nihil respondentem mulcavit. ac nisi primo illi harundo quassata verberantis impetum minnisset, forsitan etiam brachia mea, caputq, fregisset.*

Ea Virga appellatur Senecæ, lanitoris, siue ostiarii gestamen, lib. II. de Tranquillitate vitæ. Ille pusilli animi est, qui sibi placet, quod hostiario libere respondit, & virgam eius fregit. &c. Vide, quæ cultissimo Poëtarum Tibullo in Prædaneis nostris imputauimus nuper. Neque alio uosum Propertianum illud attinere facile ipse persuaserim mihi, quod libro IV. ex persona Cynthiæ defunctæ Poëtæ amatori obiectum legitur:

Nec crepuit fissa me propter arundine custos,

Lasis & obiectum tegula curta caput.

Pag. 89. v. 4. *Dum hac ego iam credenti persuadeo, Gyton, collectione spiritus plenus, continuo ita sternuntavit, ut grabatum concuteret. Ad quem motum Eumolpus conuersus, Saluere Gytona iubet.*] *Vnde disertissime apparet etiam huc in usu antiquitus fuisse morem, ut sternutantibus, si qui in re præsentis forent, bene comprecarètur, ac salutem subinde ingererent, conceptissima illa voti formula dicentes. Salue. Qui ritus à Paganis ac Gentilibus, illis ad nos, qui*

qui Christiani cluimus, deuolutus, & quasi per continuas
 successorum manus traditus porro, vsque in hunc etiam
 diem sanctissime simul, ac religiosissime custoditur. Ar-
 gumento est solenne illud, quo vulgo *sternutantes* affi-
 cere consueuimus. bene ominatis verbis vernaculam
 phrasim vsurpantes: *De Here mil vſegenen*. quasi si Latine
 dicas: *Sernet, aut ſoſpitet te Deus*. quod quid quæſo aliud
 fuerit, quam *Salutatio* ista priscorum? *Seruari* enim, item
Saluere. germana inter ſe, ne dicam pene gemella. vtrunque
 in Deo positum, Salutis omnis ac conſeruationis aucto-
 re. Vnde & ab Arnobio verissime iuxta, ac augustissime
ſoſpitationis cognomento insignitus. Neque vero subleſte
 illorum fidei fides habenda, qui Precaſionis iſtius glo-
 riam priscis illis Latinis adimentes, eam in nuperos ac
 nouitios auctores tranſtulerunt; antiqui moris inſci-
 tia maxime. quibus propterea errationem iſtam, vt cæ-
 tera quoque, haud grauatim condonamus. tantum per-
 uicaces eſſe deſinant: amentque condiſcere aliquando,
 quod neſciunt. quo in numero etiam Plinianum illud
 eſſe comperient, ad hanc ipſam (quam dico) conſuetudi-
 nem, ſi quod aliud, accommodatum cumprimis, è libro
 xxxix. cap. ii. *Hiſtor. Natur. Cur ſternutamentuſ ſalutatur?*
Quod etiam Tiberium Caſarem, triſtiſſimum (vt conſtat)
hominem, in vehiculo exegiffe tradunt. Et aliqui namine
quoque conſalutare, religioſius putant. Haſtenus ille. Nec
abhorret à vero huius item religionis (ne ſuperſtitionis
dicam) ceremoniam in ſternuente Gytone ſalutando adhi-
buiſſe callentiſſimum ſane Eumolpum: eundemque no-
mine etiam ſuo caute conſultoque ac meditate compel-
lit aſſe ſcilicet; & quidem ad hoc exemplum: S A L V E
G Y T O N. Quod & ipſum conſequa Petroniana nar-
ratio aperte ac palam indicare videtur, qua ſcribitur:
Saluere Gytone iubet, &c.

C A P V T V.

Veteris cuiuſdam medicina obſeruatſo ad præſentis aui con-
ſuetudinem accommodata. Copula inductio. Periphræſis
æſetypia. Auxilium Petronio opportune latum: eademque
tam Tibulliano quam Iuuenali loco,

Per cauſſam, lucis copia facta noua.

Trium, quatuor mendorum purgatus Arbitet. Idem va-
rijs interpretamētis illuſtratus. Circumamictus ſomnio.

Z

Iterum

*Iterum emendatus Satyricus noster. Adducere laciniam. Constratum puppis, quid? Fulminatus. Macula qua Patissony Editione infuscauerat, delata: non sine nebulo-
sioris loci declaratione.*

E Ad. pag. v. 16. Gyton longè blandior, quam ego, primum araneis oleo madentibus vulnus, quod in supercilio erat, apertavit.] Araneas, pro textricibus ipsis, caue interpreteris hoc loco, potius est, ut Vescas earundem telas (quā Vietam aranei vestem indigitat Lucretius) Arbitrum intellexisse credamus. Et vero, quum recogito, eandē quoque & nos medicinā vulgo facitare, consuevimus, si quando digitulum forte, aliudve quod membrum temere (ut fit) atque imprudentes incidimus nobis.

v. 24. Utinam me solum inimicus ignis hauriret, & utinam libernum inuaderet mare.] Hibernum placet, prae quod in Parisiensi Editione legitur, Hiberum. tantum copula inducenda ante secundum, Utinam. neque aliter Patissoniur.

v. 33. Neque enim in amantium esse potestate furiosam emulationem] Eleganter amentium potius, quam amantium zelotypiam hacce circuitione describit, seu potius circumloquitur.

Pag. 90. v. 9. Ut scias, inquit Eumolpus, verum esse quod dicis, ecce etiam osculo iram finio] Ex prisca amoris post offensusunculas (ut solet) integrandi consuetudinae. quo idem quoque respecturus postea pag. 103. v. 34. Et ne residua in animum etiam post iusiurandum ira remaneret, praeterita aboleri osculo placet.

vers. 31. Unus, & senex non erit grauius: etiam, quum uoluerit aliquid sumere, opus anhelitu perdet.] Placet legi, Prodet. neque id sine auctore sane, Editione inquam Lugdunensi; nec non M. S. Codice toties à nobis laudato. quibus etiam sententiae ipsius ratio adstipulari videtur cum primis. Senes enim (ut scimus) asthmatici, hoc est, anhelii. Spiritus autem timide reducendus tam in reddendo, quam recipiendo anhelitu, illud reciprocando volui dicere: praesertim si furti res fuit. Vnde de semet cautissime multis magnisque experimentis hac quoque in parte firmus ac prudens cognitus Tibullus noster:

*Nota Venus furina mihi est, ut lenis agatur
Spiritus, ut nec dent oscula rapti somni.*

Aliter

Aliter Iuuenalis Satyra vi. quum scribis

Nec queritur, quod

Et lateri parcas, nec quantum insit, anhelet.

Ibi enim de obstinatione ac perseverantia in re voluptatum est sermo. hic vero de collectione spiritus tantum, quem nisi intra pulmones penitissimos suspensum retro pertinaciter inhibeas, cum sonitu erumpere necesse sit, teque ipsum manifesta in noxia, veluti foricem, tuo opte iudicio deprehensum perire.

v. 17. *Haud mora, omnes consurgimus.*] In Rogertiano Codice, *Hac*, pro *Haud*, visitabatur. ceterum quum copulam negatiuam flagitet sententia, labor, ut *Nec*, ex *Hac* concinnandum hariolet.

v. 33. *Hoc ut infra fiduciam posui, fraudauitq; animum dissidentem.*] Quid si, *Dissidentem*, scribas? Sequitur:

v. vlt. *Capi somnum obruto tunica capite mentiri.*] *Obruto* non placet, & fortasse, *Obrupto* legendum, hoc est, velato, oblectoque antique.

Pag. 91. vers. 4. *Ergo me derisist?*] Licet sermo abruptus de iniuria Eucolpij, tanquam absentis (quippe quem in naui, hoc est, in potestate sua esse nesciebat) apud Tryphnam cum iustissima indignatione conquerentis. Et mox:

vers. 8. *Et, Si quis Deus manibus meis, inquit, Gytona imponeret, quam bene exsulem exciperet!*] Scilicet me Triphenam. Recte ergo erit, *Exciperet*: nisi si quis *Acciperet* malit, ac Plautum sequi potius. Item sub paginæ finem:

v. 12. *Ego precipue, quasi somnio quodam turbulento circumamictus, diu vocem collegi.*] Loquutio vere Poëtica, atque ad exemplum (vbi apparet) illius Tibullianæ:

Et cum te fisco somnus velauit amictu,

Vannum nocturnum fallit imaginibus.

Atque huiusmodi translationibus efferta fere omnia Poëtarum volumina. Sequitur euestigio:

v. 14. *Tremulifq; manibus Eumolpi iam in saporem labentulaciniam duxi.*] Ambigo de lectionis veritate eo magis, quod in editione Lugdunensi asteriscus ad postremam vocem adpictus, & credo reponendum: *Adduxi*, id est, vorfus me attraxi adprehensam laciniam. proprie, ac significanter.

vers. 18. *Et, Hoc, inquit, placuerat tibi, ut super constratum nam occuparemus secretissimum locum, &c.*] Sic idem

quoque eloquutus antea: *Eiusmodi vox super confratum puppis congemuit. Videtur autem Foros, seu Tabulata potius intelligere. Vnde Confrata, & Consecta naues dictæ scilicet.*

v. 24. *Intremui post hoc fulmen attonitus.*] Eodem *Me-
taphoræ* genere usus fuerat & supra: *Fulminatus hac pro-
nunciatione, &c.* Sequitur deinceps:

vers. 26. *Aliquando, inquam, totum me Fortuna vici-
si.*] *Aliquando* pro *Tandem*: quomodo & Plautus Ru-
dente: *Aliquando osculando, uxor, melius est pausam face-
re.* Item M. Tullius: *Collegi me aliquando.* Compluries
tamen hæc duo in vnum coniuncta, & quasi inter se
conciliata reperias: puta, *Tandem aliquando, vel, Aliquan-
do tandem.*

Pag. 92. v. 5. *Quæ autem hic insidia sunt? (inquit) aut
quis nobis Hannibal nauigat?*] Emendabis de Lugdunensis
Editionis sententia: *Aut quis nobiscum Hannibal nauigat?*
Videtur ad Punicam calliditatem Hannibalis allusum
à Petronio: quæ veteranus Imperator ille, omnib. *Pæni-
pænior*, insidias thesauris suis furtim comparatas vasserim-
mo commentio traditur elusisse: non quidem ex *Harpa-
cum thesaurariorum* manibus elapsus modo, sed vero eos
ipso etiam probe atque ex animi sui sententia ultus op-
pido. Vitam vide, resque eiusdem gestas ac patratas apud
Plutarchum & Aemilium Probum.

CAPVT VI.

*Petroniani exempli integratio. Alia explicata. Crura in
orbem pandere, ex Martiali meo interpretatum. Qua-
tuor plus minus locorum restitutio, partim ex chirogra-
pha fide, partim ex coniectura Manus literalis.*

Pag. 93. v. 26. *Prætere illud miror, Eneolpi, tibi non suc-
currisse, unum nautam stationis perpetua interdii no-
ctisq. iacere in scapha.*] Quis tam stipes, vel plumbeus,
qui non videat rescribendum esse? *Interdii noctisq. &c.*

v. 32. *Nam quod ad meum quidem comitatum attinet,
nullum recuso periculum.*] Nouo more dictum, vel peran-
tiquo potius, pro societate, seu communione periculi
mei cum vestro. Cicero: *Societas & Comitatus alicuius.*
Item alibi: *Abstrahere se ex comitatu amplissimorum viro-
rum.* Ibidem sub finem:

Pag.

Pag. 94. v. 13. *An tanquam eos qui sternutare non soleamus, nec stertere? an quia hoc genus furti semel mihi falsiter cecidit?*] De Sternutamento Gytonis, cuius indicio proditus fuerat Eumolpo, subter grabatum absconditus, diximus antea ad paginam 115.

Pag. 95. v. 8. *Age nunquid & labra possumus timore terribissimo implere?*] In Chiographo exemplari hæc postrema transposita legebantur hunc in morem: *terribissimo implere timore?* Et paulò post:

v. 11. *Nunquid & crura in orbem pandere? nunquid & talos ad terram deducere?*] Poplites diuaticatos, cruræque Lunæ diuiduz in morem, sic veluti in cornua extrorsum sinuata intellige. infra coëuntibus talis: vitium Aethiopum genti (ad eos enim spectat hæc oratio) proprium ac genuinum. qui maximâ fere partem diuersas, seu duplicatas habent suras, prauis & vitiosis talis subnixa, quo fit, ut cancos, siue etiam lacertos in incessu imitari videantur, cuiusmodi genus hominum *Valgos* Plauto indigitatos reperimus. Talem & Phœbum quendam omnibus Poëticis coloribus depictum proposuit Epigrammatarius nobis lib. 11.

Cum sint crura tibi, simulent quæ cornua Lunæ.

In Rhythmo poteras, Phœbe, lavare pedes.

Rhythmus enim vasis genus pandum, incurvum, ac simillimum cornui. unde & à nonnullis *xigæ*, hoc est, cornu vocitatum. Quod quidem Martialis Epigrammation loco huic explicando vniter vniceque comparatum videtur.

v. 15. *Audite, quid timenti succurreris?*] Chiographæ membranæ manifesto, *Dementi*, repræsentabant: neque aliena melhercules ab hocce loco sententia, si quidem ad loquendi rationem popularibus nostris in consimilibus rebus visitatam respicere nos posulemus, quæ vulgo dicuntur soliti: *Dagghet dat het ueen dmaes ghesent heefi*, quum tamen diuersum prorsus, & contra quam verba hæc sonant, intelligi volumus.

v. 24. *Sequar ego, frontes notans in inscriptione solerti, ut videamini signate esse puniti?*] Puto restituendum, *Stigmatate esse puniti*: neque aliter Cicero, *Notis compunctum*, pro Stigmatico vsurpans. Sequitur exinde:

v. 26. *Ita eadem litera & suspensionem declinabunt querentium, & vultus umbra supplicis regent?*] Quid si, *Supplicy* legamus?

v.31. *Implevit Eumolpus frontes utriusque ingentibus literis, & notum Fugitiuorum Epigramma per totam faciem liberali manu duxit.*] Epigramma quod dicit, reperies infra pag.116. inter reliquias eas, quæ extra opusculi istius ordinem leguntur in lectissima illa Patissoni Editione, quam vni omnium eruditissimo Pithæo memores sane ac grati acceptam ferimus meritissimo. Cæterum commendandus Lector exemplar manuscriptum hoc loco non *Liberale*, sed *Literale*, diserte adeo, ac sine litura vlla representasse. neque aliter sane Petronium scripisse, animus induci potest. *Literale* ergo, vt *Virginalis*, *Verbalis*, alia apud vnum Plautum infinita, ad eandem speciem conformata atque composita. Vnde & *Literatus*, pro *Inscripto*, ac *Stigmoso* apud eundem *Comicum*. ad quod ipsum *Arbiter* etiam noster haud dissimulanter allusisse videri debet.

CAPVT VII.

Sani Petronij loci (quorum alter interpunctionis, alter superflue negationis vitio laborabat) opinione correcti. Facere sibi auspiciu. Plagas imponere cuiquam. Mille hominum. Tutela naualis expiatio. Inuicta Laconica iuuentutis ad flagellorum ictus sufferendos fortitudo. Facile, quod quisque vult, credit. Alterius loci castigatio. Porticus Herculis, ubi gentium? Aliorum exemplorum collatione Petroniana Historia lumen accensum.

Pag.96.v.6. *Non dissimulata nausentis deuotione ad ordinem tristitia redimus*] Emendo, *Nos dissimulata, &c.* mecum faciunt sententia, ac receptam lectionem contumaciter repudiante. Legitur subinde:

v.10. *Videbatur mihi secundum quietem Priapus dicere Eucolpium quem quæris, scito à me in nauem tuam esse perductum*] Ita enim hæc legenda ac distinguenda: credoque esse verba *Licæ* somnium suum *Triphenæ*, ac *Eumolpo* narrantis.

Pag.97. vers. 20. *Ego (inquit Eumolpus) hoc inssi, nec non eodem futurus nauigio, auspiciu mihi feci*] Sic *Horat.*

(Cui s. vitiosa libido

Fecerit auspiciu, &c.

v.32. *Itaque ut tutela navis expiaretur, placuit quadragenis utrisque plagas imponi*] *Antiquus & vetus loquendi*

di modus, quippe à Lucillio, in cuius Fragmentis hic Senarius inuenitur:

Cui saepe imposui mille plagarum in diem.

Appone ex Propertio: *Imponitq, notam collo.*

Mille vero plagarum, sic dictum, quomodo Mille hominum apud Quadrigarium: nec non apud Horatium, Mille onium. Vide Agellium libro Noctium 1.

v. 34. *Aggrediuntur nos furentes nauta cum funibus, tentantq, vilissimo sanguine Tutelam placare*] *Vilissimo sanguine, id est, seruili, & (quod vilius etiam) Fugitiuorum: ut quidem de compacto perbelle ab Eumolpo assimulabatur: phrasi & Suetonio & Tacito perquam familiari. Tutelam vero navis placare, est Expiare, quomodo ipsusmet prius interpretatus fuerat modo.*

Pag. 98. v. 2. *Et ego quidem tres plagas Spartana nobilitate concaxi*] Nota enim Spartanorum animi firmitudo ac toleratia in sufforendis plagis: quibus à teneris etiam in ore, hoc est, in conspectu parentum aduiesacta tantum non occalluerat iuuentus Lacedæmonia. Seneca de Diuina Prouidentia c. iv. *Numquid tu inuisos esse Lacedæmonijs liberos suos credis, quorum experiuntur indolem publice verberibus admotis? (al. admotos) Ipsi illos patres adhortantur, ut ictus flagellorum fortiter perferant, & laceros ac semianimes rogant, perscuerent vulnera præbere vulneribus. Vnde merito Horat. Odar. 1.*

Me nec tam patiens Lacedæmon.

Nec non Martialis noster:

Vel non casus adhuc matre iubente Læon.

Habes subinde in Arbitro:

v. 13. *Deflectit aures Triphana, iam sua sponte credentes, &c.*] Quemadmodum usu venire solent in rebus, quas cupienter nimis, atque auariter obtingere nobis desideramus, Galla credulitate tumidi. Merito. *Quis enim (vti vere à Poëta Hispano scriptum) damnet sua vota libèter? Sed & Ouidio:*

Cur ego non votis blandiar ipse meis?

v. 21. *Miretur nunc aliquis, Vlyxis nutricem post vicissimum annum cicatricem inuenisse, origenis indicem, cum homo prudentissimus, &c.*] Non equidem dubito, quin scribendum sit, *Prudentissimus.* Hoc enim Elogio eundem supra quoque honestum fecerat Eumolpus pagin. 92. v. 7. quum diceret: *Licas Tarentinus homo verecundissimus.*

Pag. 99. v. 7. *Volebat Triphana misereri, quia non totam*

voluptatem perdiderat] Malim, nondum totam. Sequitur subinde.

v. 8. *Sed Licas memor adhuc uxoris corrupta, contumeliarumq., quas in Porticu Hercules acceperat, &c.] Ergo facinora hæc in Vrbe, terrarum domina, patrata ab Eucolpio Romæ enim Porticus Herculis, quam Aede eiusdem Dei instaurata Martius Philippus extruxerat, Augusti vitricus. Vnde & Philippi apud Martialem titulo insignita lib. Epigr. v.*

Vites censeo Porticum Philippi:

Si te viderit Hercules, peristi.

Cui vrbanz iniuriz altera quoque ab eopse Eucolpio Licæ Tarentino per summam contumeliam illata, sic quasi succidanea, subiungitur postea pag. 109. v. 10. *Non dubiè redierat in animum * edile, expilatumq., libidinosam migratione nauigii.* Quo item referri debere videtur, quod habes pagina 119. v. 29. ex persona ipsius Licæ in propinquo naufragij articulo suppliciter prolatum: *Et tu (inquit) Encolpi, succurre periclitantibus, id est, vestem illam diuinam, sistrumq., redde nauigio. Per fidem, miserere, quem admodum quidem soles.* Ex quibus verbis liquida est coniectare, antea item eodem quoque Licæ nauigio vectum cum Gyrone Eucolpium: sed enim vtrumque maritum moribus cum illo, ac Triphæna expertum, furtim inde se subduxisse, abacta insuper præda (cui *Sistrum* istud, *vestemq., diuinam* inuisse est verisimile) & compilato per fidem Lica, quasi Fugitiuos, & quibus in odium bona sua venissent. id quod paullo superius iisdem exprobratum à misericordissima feminatum Triphæna scilicet. Ait ibidem Licas.

v. 18. *Quod ad me attinet, non sum crudelis, sed vereor ne quod remifero patiar]* Superstitiosus hic quidem est, verâ prædicat. Euenit enim, cuius metuens fuerat maxime; scilicet, vt in profundum, hoc est, in maximam malam crucem ipse nauigij dominus pessum ac præceps sine viatico diuersus abiret miser; piscibus in alto (opinor) pabulum præbiturus: captiui contra salui ac superstites in hospitale littus eiekti ex inimici manibus per tempus sane elaberentur.

C A P V T I I X.

Ciceronis locus cum Petroniano collatus. Interuortere pecuniam.

cuniam. *Enucleatus Arbiter*, idemq; correctus. *Pharmacus*, pro *sclesto*. De *Triphenæ* damnatione non nulla. Vti viribus suis. *Alerius loci integratio*. *Pelagiz volucres*. *Petronius ope Propertiana illustratus*.

Ead. pag. v. 29. Nisi forte putatis iuvenes casu in has plagas incidisse, cum omnis vector nihil prius querat, quam cuius se diligentia credat] Verisimiliter utique, atque ex solenni nauigantium consuetudine. Vnde & Cicero Tyroni suo consuadet, ut non nisi caute atque explorato itineri committat sese. Quo enim alio spectentur quaslo cautiones illæ toties iteratæ? verbi causa Epist. libro 16. *Reliquum est, ut te hoc regem, & à te petam, ne temere nauiges. Solent nauta festinare quasus sibi causa. Cautus sis, mi Tyro: mare magnum, & difficile tibi restat. Si poteris cum Mesinio (caute is solet nauigare) si minus, cum honesto aliquo homine, cuius auctoritate nauicularius moueatur.*

Pag. 100. v. 7. Si mehercules interuertissent pecuniarum vestram, si fidem proditione lasissent, &c] In Manuscriptis membranis erat, *Pecunia*. vnde suspicor desiderari, *Vos*, aut aliud aliquid, affine huic quod sit, hoc modo: Si mehercule vos interuertissent pecunia, vestram si fidem proditione lasissent.] Et tamen, *Interuortere*, cum accusandi casu in Plauto offendas haud semel, exempli gratia: *Interuortere argentum*. Item *Asinar*. Vnde *sumam, quem interuortam?* Nihil ergo immutandum.

Pag. 101. v. 12. *Quanquam quid attinet veritatem per interpretem querere?*] s. tete, qui vicem Interpretis sustineas, pro deprehensis ac conuictis causam audes dicere, tanquam si ipsi pro semet loqui non possent? Pergis tinnire *Licas*:

v. 13. *Quid dicis tu latro? qua sola salamandra supercilia tua excusit?*] Corrigendum, *Exusit*; atque interpretandum ex Plinio, ita libro x. cap. lxxviii. scribente: *Salamandra sanie, qua lactea ore vomitur, quacunque parte corporis humani contacta, toti desuunt pilis; idq; quod contactum est, colorem in vitiliginem mutat.* Respexit haud aliò sanè Epigrammaticus Celtiber:

Hoc Salamandra noter, uel sana nouacula nudet,

Vt digna speculo fiat imago tuo.

Subdit deinde cum stomacho *Licas* iste *Petronianus*:

v. 15. *Cui Deo crinem vouisti? Pharmace responde.*] *Pharmace*, id est, *sacrilege, scelestè, piacularis, sacer*. Vtitur

Z 5 voce

voce ea in βατραχίῃς suis Aristophanes:

Καὶ πονηροῖς ἀπὸ πονηρῶν εἰς ἀπαντα χρόματα.
Τῶν ἀτοίς ἀφ' ὧν ἄλλοις εἴσιν ἡ αὐτοῖς πορτεῖ.
Οὐδὲ φαρμακῶσιν εἰκὴ ῥαδίως ἐχρήσται ἄν.

Sed & Hipponax ille:

Βάλλοντες ἐν χελῶνι, & ῥαπίζοντες
Κράδῃσι, & σκίλλαισι, ὡς φαρμακῶν.

Sub finem eiusdem paginae:

v. 33. Sed intentans in oculos Triphena manus, usurum me viribus meis clara liberaq, voce clamavi, ni abstineret à Gytone iniuriam mulier damnata, &c.] Multa enim exilio Triphena: unde & supra lamentata fuerat misera, se non minas, quàm Licam, grandi iniuria vexatam; quippe cuius pudoris dignitas in concione fuisset proscripta. idq; Eucolpij istius potissimum, tum Gytone opera ac comitate euenisse, ex argumento ipso posse videor coniectare. Cæterum, quod Triphenæ interminatur Eucolpius, viribus suis sese usurum tandem, ea forma dictum, qua Senecæ illud de Diuo Augusto apud Pollionem cœnitante: Fuit Casari sic castigandus amicus, bene usus est viribus suis.

Pag. 103. v. 9. Sed contentus amor vires habet, &c.] Ex persona Triphenæ, secundum Maronianum illud:

— Spretaq, iniuria forma.

Quo pertinent & illa paginae 91. v. 4. Ergo me derisi? & quæ sequuntur.

Pag. 104. v. 6. Alius exsultans quærebat fuscina pisces.] Probior (meo quidem animo) Lugdunensis editionis scriptura, quæ non Piscatorem, sed Pisces exsultantes facit, quomodo & Martialis noster.

Et piscem tremula salientem ducere seta.

Fuscinam verò cum Cicerone appellat, quam Tridentem Plinius, pro instrumento, quo pisces, aut anguillæ confodiuntur. nota etiamnum nostris hominibus captura, qui hoc genus, Elgers, patrio sermone indignant, terna dentium serie insigne. Et mox:

v. 9. Ecce etiam per antennam pelagio confederant volucres, quas textis arundinis peritus artifex tetigit.] Frequens epithetum istud apud Iunium Columellam, etiam Pelagicus. Sed & in Senariolis illis Publianis supra an non disertim lectum?

An, ut matrona onerata faleris pelagij, &c.

Quidius noster Volucres Marinas appellat. quinimò & Proper

Propertius versu illo in Pētum naufragio præreptū sibi:

Sed tua nunc volucres astant super ossa marina.

Etiā *Arundinarum* mentionem ex hoc Propertiano explices licebit:

— *Sed arundine sumta,*

Faunus plumosū sum Dens ascupio.

CAPVT IX.

Bina ex uno disticho macula eluta. Calliblephara. Corymbion. Compluris emendationum cumulus.

HAbes subinde ab Eumolpo capillorum Elegidation multò hercule festiuissimum: cuius primum distichon hunc in morem typis diuulgatum extat:

v. 23. *Quod solum forma deus est, cecidēre capilli,*

Vernantesq; comas tristis abegit hyems.

Ratio peruersē nimis, improbēque subducta. Neq; enim omne puerilis formæ decus in sola positum cæsarie. Miror proinde hoc mendum tanto iam tempore insedisse exemplaria nostra. Itaque tollatur quamprimum, haud quidem mea, verū manuscripti Codicis fiducia maximē, in quo disertē, *Summum*, non *Solum* exaratum legebatur; sententia aptissima, nec sine quadam ambiguitatis gratia, quæ voculæ huic subest, quā *Præcipuū*, tam *Supremum* pariter significanti. Videturque inquam ad *Capitis posituram* allusum, quæ in homine pars summa. Repono etiā deinceps, ab eodem exemplari veluti manu in hanc correctionem inductus:

Tristis adedūt hyems.

In illo enim, *Adegit*, comparebat planissimē. vnde nuperi *Abegit*; priores, *Ademit*, exculperant. Neutrum ad Bacchum. Accessit tamen tertius, qui coniecturam hanc nostram in * *Racemationes* transtulit suas, dissimulato vnde acceperat, nomine.

Pag. 105. v. 5. Imò *supercilia* etiā profert de pyxide, scitēque iactura lineamenta sequuta, totam illi formam suam reddidit.] *Calliblephara* designat, quibus *supercilia* ad ornatum denigrant mulieres interpoles. quod genus medicaminis tetigit etiā Iuuenalis in Satyra:

Ille supercilium madida fuligine tinctum

Oblisqua producit acu. —

Nec non Martialis meus lib. ix.

Nec tecum facies tua dormiat; innuū illo,

Quod tibi prolatum est mane supercilio.

Z 6

Denique

* *Palmeriū*
notat
in *Spicilegio*.

Denique disertissimus Christiani generis scriptor Ter-
tullianus de habitu muliebri, quo loco de Angelis, qui
ad fœminas hominum se penetrarunt, agit: Illi (in-
quit) propriè & peculiariter fœminis instrumentum istud
muliebris gloria contrulerunt, lumina lapillorum, quibus
monilia variantur, & medicamenta ex fūco, quibus lana
(f. mala, vel certè Genæ) colorantur, & illum ipsum nigrum
pulverem, quo ocularum exordia producantur. Sed & ibi
fortasse Ciliorum exordia (nisi si cui, Exodæ, arrident
potius (ex altero Petronij loco emendandum, quem ha-
bes pagina 130. v. 3. his verbis conceptum: *Supercilia*
usque ad malarum scripturam currentia, & rursus confinto
luminum penè permixta. Vide Plinium præterea non
vno in loco *Calliblephara* ista sequiori sexui concinnan-
tem. At ibidem Arbiter:

v. 18. Imò commendatior vultus enituit, quia *Flancorum*
sorymbion erat.] In codice M S. duabus literulis minus,
quam *Flancorum* referebatur, ad hoc exemplum: *Flancor*.
Vnde nos scriptura utriusq; lineamentum sequenti totam Cy-
toni formam suam reddere posse videmur, hac leuicula
commutatione rescribendo scilicet: *Glaucum*. nisi fortè
Germanicæ cuiusdam gentis nomen reponendum, *Cao-*
chorum putà, aut simile aliquod: vnde tanquam à victis
deditisque sibi flava potissimum capillamenta petere
gaudebant Romani, iuxta illud I.

Iam tibi captivos mittet Germania crines,

Culta triumphata munera gentis eris.

Qui mos apud Poëtas, tum Historicos ita tritus atque
obuius passim, ut in re nota plura nos verba deperdere
pudeat pigeatque.

Pag. 107. v. 13. *Donc ancilla vini certè ab eo odore corru-
pta, &c.*] Ita nouissima quidem editio. Lugdunen-
sis autem, *Incertum habeo*. Quæ verba instituta viden-
tur. certè à manuscripto, quo ego usus, aberat utrum-
que; legebaturque hoc modo, & quidem probabilissimè:
Donc ancilla vini odore corrupta, &c. Nisi fors scripserit
Arbiter: *Vini adeo odore corrupta*. Omissio nescitè, quod
quasi glossema quoddam fuisse videtur nō adeo, à stu-
dio aliquo (opinor) extra lineæ ordinem supernè col-
locatum, vnde postea in contextum ipsum ab Exscripto-
ribus relatum denique.

vers. 25. *Ipsam te tacentis corpus commouere debet, ut
vina.*] Quid sit, *Commouere*. Admonere enim est in

Editione

Editione Sequanica. Sequitur:

v. 26. *Nemo inuitus audit, cum cogitur aut cibum sumere, aut vivere.*] Omnia mira sunt, nisi ad illam fortè Trogi Pompeij sententiam respexerit, quam de Poro Indorum Rege hostium potito commemorat nobis abbreviator eius Iustinus libro XII. *Qui victum se adeo doluit, ut quum veniam ab hoste accepisset, neq; cibum sumere voluerit, neque vulnera curari passus sit: agreq; sit ab eo obtentum, ut vellet vivere.*

Pag. 108. v. 5. *Quid diutius moror? ne hanc quidem mulier partem corpori abstinuit.*] Membranz calamo exarata: *Ne hanc quidem, &c.* Caterum non nauci illud; vti nec istud, quod apponam insuper:

v. 10. *Ut quisque ex notu ignatusq; ad monumentum venisset*] Quo loco liber idem *Quisq; qui*, nobis repræsentabat, tametsi haud ignorem alterum interdum pro altero, & quidem promiscuè sumi. Videtur & *Notu, agnatusq;*, non incommode rescribillari posse.

v. 28. *Nec istud, inquit, Dijs finant, ut eodem tempore duorum mihi carissimorum hominum funera spectem.*] *Hominum*, in Chirographo non erat, & credo ab aliquo Librariorum Arbitro condonatum.

Pag. 109. v. 10. *Non dubie raderat in animum* edile expilatumque libidinosæ migratione navigium.*] *Machile* legendum puto, monuimus suprâ, pro *Machimonio*, ut quidem loquitur Laetius. ut referatur ad uxorem *Lycæ corruptam*, qua de re vide retro pag. 99. Ibidem:

v. 19. *Sed obliquis trucidibusq; oculis utrumque spectabam.*] Hinc & Flaccus: *Non istic obliquo oculo mea comoda quisquam Limat.*

Item Ovidius: *Oblinquo lumine cernit.*

Pag. 110. v. 23. *Et quod omnibus procellis procellosius (sic enim & V. C. alij, Periculossius) erat, tam spissæ repente tenebra lucem suppræsserant, ut ne proram quidem totam gubernator videret.*] Huic non dissimile Curtianum illud ex libro Histori. IX. Deinde momento temporis repressus est imber. Caterum adeo spissa intendere se nubes, ut cederent lucem, vixque colloquentium inter ipsos facies consistarent.

CAPUT X.

*Propertio dubius in locis ex Petronij collatione lumæ prælatum.

latum. De religiosa priscorum pietate, ut corporibus inhumati ac sepultura honore carentibus de pulvere glebâque ter iniecta, gratia à praterentibus fieret, religiosissime disertum. Dicta magistri. Diætarij. Obscurissimi loci declaratio, alterius etiam correctio. Eumolpus mentem iussus habere bonam. Superfluentis pronomini extirpatio. Verbi cuiusdam renocatio de manuscripti Codicis diffensione nata primitus. O mi hospites, sic dictum, quomodo Mi dulcis anus, Mi fidus. S V O S H A E R E D E S habere. Comoda, quid? Bina macula figata de Petronio.

E Ad pag. v. 33. De Lica pelagiis fluctibus per tempestatem absorpto: Et illum quidem vociferantem in mare ventus excussit, repetitumque infesto gurgite procella circummegit atque hausit.] Atque hoc illud est, quod in consimili casu nobis iteratur à Propertio.

*Tis Patum, ad Pharios tendentem lintea portus,
Obruus infano terq, quaterq, mari.*

Pag. III. v. 19. Aut pratersiens aliquis tralatitia humanitate lapidabit, aut, quod ultimum est, (ita enim distingo atque interpungo) iratu etiam fluctibus imprudens arena componet.] Hoc ex veterum religione, vel superstitione potius, Iurisq, adeò Pontificij cautionibus prædicat. Prævidem enim plusquam capitalem, ne piaculum dicam sibi capitiq, suo accersere censebatur, si quis naufrago, seu cadaueri alioqui insepulto, temere fortuitoque (ut fit) in via obiecto sibi, de glebæ, seu pulueris iniectione, & quidem ter repetita (quam Lapidationem hinc vocat Arbiter) gratiam facere quasi per contemptum negligeret. Vnde ritè etiam Horat. x. Carm. ex persona naufragi ad nautam præteruehentem:

*At tu nauta, vago ne parce malignus arene
Osibus, & capiti inhumato
Particulam dare, &c.*

Nec non sub eiusdem Odæ exodium:

*Quamquam festinas, non est mera longa licebis
Iniecto ter puluere curras.*

Iam quòd de Imprudentis arena Libitinaria opera subiungitur à Petronio, explicat nobis Propertianum titulum libri III.

*Reddite corpus humo, positaq, in gurgite vita,
Pasum sponte tua vili arena tegas.*

Pag.

Pag. 112. v. 1. *Audimus murmur insolitum, & sub diata magistri, quasi cupientis exire bellum gemitum. Persequens igitur sonum inuenimus Eumolpum sedentem, membranae ingenti versus ingerentem.*] Diatam pro Cœnatione hoc loco, an cubili potius, in quo nauicularius, hoc est, nauigij magister conquiescit, sumere videtur. Vnde & Diatarij apud Iurisconsultos, qui in nauibus custodia caussa preponuntur. Lege 1. §. Et sunt quadam. De Bellis porro gemitu nescio quid è Senecæ Ludo mihi de morte Claudiana videor eleſtasse. & credo Eumolpum significari, alieniſſimo tum loco, tū tempore, quippe in ipsa mortis vicinia, Poëtanter: imò & cum mugitu quodam versus suos, naucleri Dixitæ tanquam Musæo inclusum, ridiculè ingerentem membranz. Idem enim propemodum illic de stupore illo Cæsare, ouicula mera, Cordubensis noster Philosophus: Tum Hercules primo adſpectu sanè perturbatus est, ut qui etiam nō omnia monstra timuerit (lego, domuerit) ut vidit noui generis faciem, insolitum incessum, vocē nullius terreſtris animalis, sed qualis eſſe marini belluæ ſolet, raucam & implicatam, putauit ſibi tertium decimum laborem veniſſe. Aduuat ſuſpicionem noſtram haud timidè sanè quod ſequitur, de eodem Eumolpo lepidiſſimè conſtitum: Inuicio ego frenetico manum, iubeeq; Gytona accedere, & in terram trahere porcam mugientem. Siquidem & illic fortè Phocam, dicit tū Porcam reſcribendum, ut Belluæ (quod præceſſerat) gemitu omni ex parte reſpondeat.

v. 7. de eodem: *Extraximus clamantem, iubemusq; bonam habere mentem.*] Id eſt, ſanam & validam; quaſi dicas, ad priſtinam ſanitatem redire. Sic & ſuprà pag. 42. Et (quod rariſſimum eſt) *amas bonam mentem.* Nec minùs pag. 74. v. 12. *Nescio quo modo bona mentis ſoror eſt paupertas.* Item 78. v. 2. *Ac ne bonam quidem mentem, aut bonam valetudinem petant, Vbi poſtremum tō Bonam, puto abundare.* Sed & Propert. lib. 3. *Mens bona, ſi quæ Dea eſt.* denique paſſim alibi Ouidius.

Pag. 112. v. 29. *Aur patrem utique reliquit aliquem, cui proſciſcens oſculum dedit.*] Aliquem, aberat à M. S. & ſine illo utique per ſe conſtat ſententia.

Ipsa ſuis pollens opibus, neque pronominis alicuius indiga.

Pagina 113. verſ 14. *Illam Diu vota ſoluentem penatibus ſuorum ruina ſepelit.*] Variare hoc loco ex chirographi codicis.

codicis auctoritate liceat mihi. Námque in eo non *Se-*
pelit, verùm *Cæperit*, memini leſtare. Vnde & mihi ſcri-
pturæ huiuſce lineamenta quaſi veſtigiiſ perſequuto
viſum eſt emendare: *Cooperit*. Nec tamen (vt ne hoc quo-
que diſſimulem) hæc manuſcripta deterior cuſa leſtio.
Habet ibidem:

v.20. *At enim fluctibus obruto non contigit ſepultura.*
Tanquam in:creſcit periturũ corpus qua ratio conſumat, igni,
an ſluitus, an mora. Quicquid feceris, omnia hæc eodem vè-
tura ſunt. ſera tamen corpus lacerabunt. Tanquam meliùs
igni accipiat.] Totam ferè huiuſce loci ſententiam ab
Arbitro mutuatus Minot. Felix, quem ſcribit: *Inde vi-*
delicet & exſecrantur rogos, & damnant ignium ſepulta-
ras. quaſi non omne corpus, & ſi flamma ſubrahatur, anni
tamen & atatibus in terram reſoluatur: nec interſit, utrũ
ſera diripiant, an maria conſument, an humus contegat, an
flamma ſubducat: quum cadaveribus omnia ſepultura, ſi
ſentiunt, pœna eſt. ſi non ſentiunt, ipſa conſciendi celeritate
medicina.

[v.30. *Et Licam quidem roguſ inimicuſ collatuſ manibuſ*
adoleſcit] ſcilicet meiſ, qui paulò antea cum eodem ini-
micitiis, & quidem capitaleſ, ingratiſ utique, nimisq;ue
adeò aduorſuſ animi mei ſententiam exercere fueram
coactuſ.

Pag. 114. v.10. *O mi (inquit) hoſpites, ſi negotiatores e-*
ſtiſ, &c.] *Mi*, ſingulari pro plurali poſito, antiquè. quo-
modo ſapicule Plautuſ noſter, vt vel *Ciſtellaria*:

Mi hoſtineſ, mi ſpectatores, &c.

Nec minore inſolentia Apuleiuſ neutro genere, & qui-
dem numero ſingulari, eundem vocatiuum offerre auſuſ
Apologia prima in lepidiſſima illa Platonici Epigram-
matiſ verſione,

Aſtra vides: Viam ſiam (mi ſciſ) Olympuſ,

Ut multuſ ſic celuminiſ videruſ.

Quomodo & ſceminino Tibulluſ lib.1.

Viue diu, mi dulciſ annuſ, &c.

Quod quidem vni omnium ſolertiſſimo Caſtigatori Ioſ.
Scaligero aſſentior lubenſ. Nam abſque illo foret, *Mi*,
pro *Mei* à Plauto uſurpatuſ, poteram ſuſpicari, virtute
contractioniſ ſcilicet: ſicuti *Di* quoque pro *Dei*, ſeu *Dij*,
monosyllabuſ pro diſſyllabo ſcriptitatuſ animaduuer-
timuſ.

v.21. *In hac urbe nemo liberoſ tollit, quia quiſq; ſuoſ*
heredeſ

heredes habet, &c.] Notum apud I C. quid sit, SVVS
HÆRES. Sequitur exinde:

v. 23. *Nec ad scenas, nec ad spectacula admittitur, sed omnibus prohibetur commodis.]* *Scena, & Spectacula*, quam inter se nota distingui possint, haud sanè video: suspicorq; non *Scenas*, verùm *Cœnas* scriptitasse Petronium, eas dico, quas & orbis & locupletibus maximè senibus assiduè ingerebant turpilucricupidi captatores, hæreditates aliorum animis avidis præcipientes, atque inhiantes vulturinum in morem. *Commodis* porro. i. honoribus atque immunitatibus, pro quibus nos *Privilegia* (opinor) diceremus.

Ov. ult. *Genusq; divinationis sibi non displicere cōfessus est.]* *Divinationis* habebat exemplar Manuscriptum. Unde nos, *Ditationis*, exterebrare ausi fuimus.

C A P V T X I.

Largior, seu laxior scena. Scema, fœminino genere. Glossæma, quod in contextum irreperat, submotum. Pithæana cōiectura subscriptum. Familix, nec non rō Familiaris significatio haud sanè familiariter accepta. Lacuna explementum. Tribus locis redintegratus Arbitr.

P Ag. 115. v. 2. *Utinam quidem sufficeret largior scena, id est, vestis humanior, quæ præberet mendacis fidem.]* Ita enim lego, inductis superfluis illis è glossæmate, ut apparet proculis: *Vestimentum latius*. Verùm répestas meminimus quondam fuit, quum *Scema* reponendū arbitraret, mortis cū Veterum auctoritate, tum Comici nostri comprimis, apud quem rō *Scema, Scema*, hoc est, genere fœminino prolatum memineram lectitasse. vt Amphitr.

Quod ego huc processi sic cum seraili scena.

Pro vestimenti genere. Nunc Plinianæ potiùs sententiæ accedo, Nepotis dico, ita epist. libr. v. 11. argumentantis: *Nōne quum surgis ad agendum, tum maxime tibi ipse diffidis, tum commutata, non dico plurima, sed omnia capris? utique si latior scena, & corona diffusior.* Suspiciorque de comitatu suo loqui Eumolpum, quem ampliorem, id est, frequentiore, minùsque aded æstiuè viaticatum sibi, tum cultiùs aliquantò exornatum desiderare prædicat sese. ne videlicet simulatas diuitis domini partes, & quali

quasi Mimicam personam aditare videatur. tamen si non ignorem, sumi quoque interdum pro loco ipso, ubi quispiam se ostendat, sive specimen facit. Vnde, *In Scenam prodire, nullaque exiit*. quomodo & ipse Arbiter aliquantò post pag. 118. v. 9. in eodem adhuc argumento versans: *Et ne quid scena deesset, &c.* Sequitur:

v. 5. *Non me hercules pœnam istam differrem, sed continuo vos ad magnas opes ducerem*] Ita editiones, quas correctissimas nobis exhibuit Gallia, pro quo vnus atque vnicus ille Pithœus noster, *Peram*, restituit, cui etiam codex chirographus toties à me ob probitatem laudatus hac vtique in parte assentabatur. Cuius vicem haud inscitè mihi supplere videtur posse Græca dictio, in hunc locum (si qua alia) conuenientissima; *πεῖρα* inquit, hoc est tentamentum, siue adeò experimētum, atque id quod Gallico, *La preuue*, vernaculo sermone, *Een proue*, perhibere vulgo solemus, facta à gustatu in alienum migratione. Neque aliam sanè Pithœi mentem super hocce loco fuisse, persuasum mihi.

v. ult. *Nam familiam quidem tam magnam per agros Numidia esse sparsam, ut possit vel Carthaginem capere.*] Propriè Familiam dicit. neque enim alio titulo seruæ conditionis homines censi antiquitus, nimirum à *Famulando* auctoribus I. Ctis & Vlpiano in L. 1. ff. de vi, & vi arma. Vnde & *Gladiatorum Familia* apud Ciceronem. Cuius rei causam hanc reddit Seneca lib. vj. Epist. xlvij. *Ne illud quidem videtur, quam omnem inuidiam maiores nostri dominus, omnem contumeliam seruus detraxerint. Dominum, Patremfamilie appellauerunt, Seruos (quod etiam in Mimis adhuc durat) Familiares.* Confirmat hoc ipsum Plautus Amphitr. *Aduenisse familiares dicito.* Item Epidico; *Quis properantem me reprehendis pallio?* T. H. *Familiarius.* Denique alibi compluries.

Pag. 116. vers. 7. *Sedcat præterea quotidie ad rationes, tabulasque testamenti omnibus * renouet*] Videtur desiderari, *Horu*, vel aliquid tale ad lacunæ explementum. Ibidem:

v. 28. *Ridebat contumaciam Gytan, & singulos strepitus eius pari clamore prosequabatur*] *Malim clangore*: idq; *Petronianæ sententiæ* haud paulò accommodatius.

Pag. 117. vers. 7. *Neque concipere, aut edere partum mens potest, nisi ingenti flumine literarum inundata*] Ita quidem rectissimè postrema editio, quum in prioribus omnibus,

bus, *Inundante*, antea legeretur. Vtitur ea ipsa Metaphora solens Petronius. ut vel paulò priùs: *Inundatus hac Eumolpus invidia*. Item initio: *Vino etiam Falerno inundabamur*.

v. 17. *Cateri enim aut non viderunt viam, qua iretur ad carmē, aut versum timuerūt calcare*] Scio, cuiusmodi sententiam ex hocce loquendi genere nobis exculcauerit Turnebus, receptæ scripturæ vanitate deceptus: quæ mihi ipsa *Via* illa, quam & Homerum principem, sequutosq; mox Lyricos, ac Romanum Vergilium cū Horatio legitimè instituisse vult credi Arbitrator, asperior ac petriciosior videtur. Quis enim *bona mentis* ad hūc quidem modum loqui se postulet? *Versum calcare*? Nō ego: nam quod ad me attinet, sanè nōlim. Proinde magna cū fiducia reponendum pronuncio atque edico: *Non viderunt viam, qua iretur ad carmen, aut visam timuerūt calcare*. Idque non mihi, sed verò lectioni *manuscriptæ* credi, atque acceptum referri cupio.

C A P V T I I I.

De Lucani coætanei sui Pharsalia, ab Arbitro hoc nostro, haud arbitrario, sed certo Censoria animaduersionis prauidicio notata, grauissima suspicionis cōiectura. Iniquissima amborum inter se comassio, fusi similitudine parium potius, quam laudis. Inops audacia tuta est, ad consinem quandam Sallustiana Historia sententiam opportunissime traductum: in eaque enarranda quantum Glareani acies caligauerit, ostensum. Locorum aliquos cū Martialis, tum aliorum festiuissima cū Petronianis collatio. Simplex, pro Composito: simul Peragere, pro Perorare positum. Totidem quot ego, ac tu sumus (me Lector) menda de Petronio sublata.

E Ad pag. v. 19. *Ecce belli ciuilis ingens opus quisquis attingerit, nisi plenus literis, sub onere labetur. Non enim res gestæ versibus comprehendenda sunt, quod longè melius Historici faciunt, quam Poëta, &c.*] Aut frustra sum ego, aut ad Lucanū Poëtam, notissimum illum Ciuiliū bellorū compositorē, trahendum hanc digressionem, qua Satyricè eiusdē Pharsaliā perstringit hic noster, *avocatus* quidem, & quasi ex trauerso, veram ita tamen, ut eū ipsum veluti digito indicare videatur. In quo Petronium

nium quantum à corrupto, & quidem communi ætatis suæ iudicio abfuerit, haud obscure est animaduertere. quo tanti æstimatus Lucanus, vt non defuerint illis, fequentisq; temporibus viri doctrinæ nomine cum primis celebres, atque in his Papinius, & Martialis illi contraneus ferè, qui eum & Vergilio (fi Diis placet) & Homero ipsi parem facere ne dicam antepone, haudquam dubitauere. qua fiducia sufflatus ipse virtutis suæ etiam præconium facere, atque in has iniquissimæ contentionis inaniæ erumpere veritus non est:

Et quantum mihi restat ad culicem?

Iuuat opinionem hanc nostram Censoria illa, quam ibidem præmiserat Eumolpus, principum Poëtarum commemoratio, non vltra Romanum Vergilium, & curiosam Horatii foelicitatem à Petronio extensa. Subdit enim, *Ceteros* (Lucanum, vt dixi, & totam illam Poëtarum manum haud dubiè designans) *aut non vidisse viam, qua iretur ad carmen, aut visam timuisse calcare.* idque mihi Oraculi instar; & (si mei arbitrij res fuit) vnam mehercule à Petronio *Eumolpianam Troia Hælesin*, aut hæc ipsam potius verè Poëticam belli ciuilis vaticinationem multò mauelim mihi,

Quam vel trecenta Cordubensis illius

Pharſalicorum versuum volamina.

Quod ipsum & Quintilianus circumspèctè considerans, Oratoribus, quàm Poëtis potius hunc Cæsariani belli scriptorem censuit adnumerandum. Vtut est, οὐ γὰρ certe Lucanus ac Petronius noster, indidémque fortasse in contentione studiorum communiū aliquanta æmulationis simulas. Vtrique enim, imperante crudelissimo Nerone, tum vitæ, tum Genij similitudine dispares, parè vitæ exitū sortiti. sed hic (Arbitrum dico) vertente anno post C. Suetonio; L. Teleſino Coss. quum alter Annæus ille Silio Nerua, & Attico Vestino Coss. anno qui præcesserat modo, ab V. C. DCCCIIIX. eiusdem Principis iussu fatalia Parcarum fila venis ante diem incisis abruptisset scilicet.

Pag. 118. v. 9. in descriptione belli ciuilis: *Atque Arabum populus sua despoliauerat arma* Quis verò mente vsque adeò extensa, vt *Populis*, statim emendandam non videat? Et mox:

v. 19. *Perſarum ritu, malè pubescentibus annis Surripuere viros, exſectaq; viscera ferro In Ventrém fregere.* Cuius sententiæ

sententiae acrimoniam in animo habuisse videri potest. sanctissimus Martyr Cyprianus lib. Epistol. 11. ad Donatum, de exossi ac Cinēdica illa Histriionum saltatione condignos homine Christiano sermones differēs: *Videto contra sordus iusq; nascendi patientiam incesta turpitudinis elaboratam. Emigrantur mares: omnis honos et vigor sexus, enirati corporis dedecore emollitur, plusquam (lego plusq;)* illic placet, quisquis magis virum in feminam fecerit. Sequitur in Petronio:

v. 21. *Atque ut fuga mobilis aui Circumscripta mora properantes differat annos, Quærit se natura, nec invenit]* Huc spectat capitalis illa Legis pœna Constantio & Cōstante auctoribus perlata, quam Variarum suarum ex Codice ad L. Iuliam de adult. laudat nobis exactissimæ eruditionis Censor Durant. Casellius, ex veteri quadam membranula, noua hacce forma à sese interpolatā primitus: *Cum vir nubit in feminam viris porrecturam quid cupiatur, ubi sexus perdidit locum? ubi scelus est id quod non proficit scire? ubi Venus mutatur in alteram formam? ubi amor quaritur, nec invenitur? Quum in libris, quantum est, formulariis: Vbi amor quaritur, nec videtur? perperam inibi vulgò procusum exstet. Legitur ibidem:*

v. 25. *Et laxi crines.]* Pro quo ego Fluxi, labente reposuerim ad illud Martialis mei accommodandū: *Mollesq; flagellent colla coma, vel certè Lixi* rescribendum, id est, lixiuio (quam *Causficam*, seu *Batauam spumam* idem Poëta appellat) loti atque imbuti crines. verbi causa:

Et mutat Latias spuma Bataua comas.

Nisi sitamen, *Laxos*, pro solutis interpretari malimus.

Pag. 119. v. 29. *Inops audacia tuta est]* Sēntentiam mehercule scitam oppido, argutamque ac breuem. nec minore adeò elegantia à Principe illo Historicorum in cōsimili penè Catilinariz coniurationis argumento expressam quasiq; enarratam dicto istiusmodi: *Nam semper in ciuitate quibus opes nullæ sunt, bonis inuident, malos extollunt: vetera odere, noua exoptant: odio suarum rerum mutari omnia student: turba atque seditionibus sine cura aluntur, quoniam egestas facile habetur sine damno. Quam tamen sententiam haudquaquam fueram laudaturus, nisi in luce mera miserè caligasse hoc loco Glareani aciem aduorterem, qui tam arguta clausulæ intellectum igno-*
tum

tum sibi, ac supra captum esse fateatur suum; nisi post, *Habetur*, distinctioni locus fiat, ac postea inferatur *ἀπὸ τοῦ δίκτου* *Sine damno*. Ridiculè, & verè adeò *Nodus* (quod dicitur) in *scirpo*. Habes eadem porro apud Petronium pagina eadem,

*v. 33. Tres tulerat Fortuna duces; quos obruit omnes,
Armorum strue diuersa feralis Enyo.*

Crassum Parthus habet: Libyco iacet equore Magnus:

Iulius ingratis perfudit sanguine Romam.

Et, quasi non posset Tellus tot (ita v. c. ferre sepulcra, Dimisit cineres)] In membranaceo codice:

Tres dederat Fortuna duces,

liquidò referebatur. A reliquorum verò versuum argutia Epigrammatis vnus acumen Martialis noster mutuatus videri potest, quod Magni Pompeij, eiusq; filiorum Manibus merito hercule ac lubens à se suaq; Musa imputandum censuit hoc exemplo:

Pompeios iuvenes Asia atque Europa, sed ipsum

Terra tegit Libya, si tamen vlla tegit.

Quid mirum, toto si spargitur orbe? iacere

Uno non poterat tanta ruina loco.

Quid mirum verò? qui vel acutissimum etiam hemistichium illud ex hoc ipso Poëmate ad alterius item Epigrammatis conclusionem transcripserit sibi:

Ingeniosa gula est.

Alterum præterea quoddam à D. Hieronymo, in Epist. ad Demetriad. de virginitate seruanda, Arbitro, non Martiali auctori condonatum:

Non bene olet, qui bene semper olet.

Quem tamen versum nulla sui parte minutum, aut immutatum, apud Martialem reperiis etiamnum hodie lib. 11. Epigram. xii.

Pag. 121. v. 15. *Vota mihi cedunt]* Ita editio Lugdunensis. Ego tamen Parisiensi potius, tum chirographo codici meo subscribendum autumo: in quo, *Vota tibi cedent*, disertissimè legebatur, id est, succedant, euenientq; tibi ex sententia, quæ vouisti omnia.

Pag. 123. v. 26: In eodem Poëmate ex persona Caesaris iam Dicta furientis: *Certe mea causa peracta est]* Hoc est, *perorata*. Quomodo apud Callimachum illum Romanum: *Causa perorata est*. Agere enim siue Orare *causam*, germana, imò gemina esse,

Nec pueri ignorant, nisi qui nondum arc lanantur.

v.34. *Fortior omnibus monit Mauortia signa Casar, & insolito gressu prior occupat ausus.*] Aliis, *Haustus*, placet; neutrum mihi, verum istuc potius quod ponam!

Et insolito gressus prior occupat ausu.

Pag.124.v.5. *Mox flumina montibus altis*

Vndabant modo nata. sed hac quoque missa putares.]

Quo loco alij, *Spissa*, legunt: at Rogertis mei codex *calamo exaratus*, *Iusta*, habebat. Vnde nouissima editio, *Iussa*, nobis concinnasse videtur. Mihi vero, si quis in tanta dissentientium scripturarum varietate coniecturae locus est reliquus, *Stare*, stat restituere. idque proximè sequentis versus causa maximè, quem in optima illa Parisiensi editione hac forma conceptum memini reperitare:

Stabant, & vineta fluctus stupore pruina.

Pag.127. v.15 *Quid porro tu Diue tuis cunctaris in armis?*] Apostrophe Poëtica ad Diuum Iulium, infesta patris signa inferre satagentem.

C A P V T X I I I

Macula bina, qua Petronium inquinabant, deleta. Alterum huiusdem Satyrici locum ad Tibullianam sententia similitudinem conformatum videri. Libidinem concitare. Obosculari. Turnebica opinioni assensum. Digiti gubernantes vocem Conciliare, quid?

P Ag.128.v.5. *Caterum ego, etsi quotidie magis magisque superfluentibus bonis saginatum corpus impleveram, putabamque, à custodia mei remouisse vultum fortunam: tamen saepius tam consuetudinem meam cogitabam, quam causam.]* Non mehercules intelligo (de clausula postrema loquor) nisi porro. (*mi lector*) negatiue particulæ des locum, ante *et Tam*, collocandæ, hocce exemplo scilicet: *Tamen saepius non tam consuetudinem meam cogitabam, quam causam.*

v.16. *Totamque fallaciam inuidiosa proditione detexerit.]*

V.C. *Ambitiosa proditione.* in ipso contextu præferebat planissimè.

v.23. *Quia nōsti Venerem tuam, superbiam captas; vendisque amplexus non commodos.]* Rescribo, atque interpungo: *Vendisque amplexus, non commodos.* ipsa adeo sententia hanc nobis coniecturam præste. quam & Lipsio pariter

pariter nostro in mentem venisse gaudeo, gratulorque meritò mihi; etiam sequenti insuper ratione corroboratam; hoc inquam non inani argumento, quòd mox ab ea ipsa ancillula amatrice obicitur Polyano: *Sine ergo nobis vendis, quod peto, mercator paratus est sine (quod humanus est) commodas, effice ut beneficium debeat.*

v. 27. *Quo incessu tute compositus?* Quid est, Tute? Nihil id quidem, atque adeò Petronio indignum. cui porro commodare ut pergam, pro Tute, Arte, de opinione restituere haud grauabor. Habes inibi:

v. 31. *Vides me? nec anguria noui, nec Mathematicorum celum curare sol. o: ex vultibus tamen hominum mores colligo; & cum spatiantem vidi, quid cogites, scio.*] Eadem de se ferè Tibullum promittentem operæ pretium fuerit auscultare lepidissimis versiculis illis:

Nec mihi sunt sortes, nec conscia fibra Deorum;

Præcinit euentus nec mihi cantus auis.

Ipsa Venus magico religatum brachia nodo

Perdocuit multu non sine verberibus.

Plg. 129. v. 4. *Quadam enim fœmina sordibus calent: nec libidinem concitant, nisi aut seruos viderint, aut statores altius cinctos.*] Libidinem concitant, ea forma vsurpatum, quo Poëtarum Deus; Martemq; accendere cantu: Martialis verò:

Inde lego, Musasq; cio, Phœbumq; laceſſo.

diſſitare auſi.

v. 18. *Viderint matrona, quæ flagellorum veſtigia oſculantur.*] In M. S. exemplari: *Oboſculantur*, viſus ſum legere. ſic ferè dictum, quomodo, *Obligurire*, apud Suetonium. Et mox:

v. 25. *Procedentibus deinde longius iocis, rogavi ut in platanona produceret dominam. Placuit puella conſilium. itaque collegit altius tunicam, flexitq; ſe in eum daphnœna, qui ambulationi hærebat.*] Ita eſt in editione Gallicana, & quidem vtraque in prioribus verò: *Ut platea noua duceret, lectum hætenus.* Vnde fuit tempus, quum, *In prata noua*, emendandum hariolarer. nunc Turnebi potiùs ſententiæ accedo, lectione nouiſſimè procuſam auctoritate ſua ſtabilientis, docentisq; porro, *Platanœna*, item *Daphnœna*, nihil aliud quicquam, quàm loca Platanis, ac Lauris conſita ſignificare, Latinæ Ciuitatis iure, haud ſanè repugnantibus Græcis, donata iam olim; & quidē ab antiquo. Adde fidei cauſa bina à Poëta Celtibero teſtimonia. ut:

Exornant

Exornant picta quæ Platanôna fera.

Item:

Disposuit daphnôna suis Torquatus in hortis.

Pag. 130. v. 23. *Mox digitu gubernantibus vocem, &c.]*

Argutè, de actione, seu gesticulatione digitorum verius, nimium illecebrosa, concinnâque ac prorsus meretricia. cui non multum ab simile, in dissimili licet argumento, illud Tibulli nostri:

At postquam fuerant digitu cum voce loquuti.

Subiungitur deinceps à Circe:

v. 2. *Si non fastidis, inquit, fæminam ornatam, & hoc primum anno virum expertam consilio tibi, ô iuuenis, sororem.]*

Propriè, Concilio, in re lenocinij vsurpat Petronius. Sed enim & Ovidius, non minùs vrbane de Tithoni nuptiis apud Auroram expurgans sese:

Cur ego plector amans, si vir tibi marect in armis:

Non me nupsisti conciliante seni.

Vnde & Conciliatrix, pro *Adductrice*, id est, lena, seu stupri sequestra (quod genus nos patrio sermone *Coppelerse*, vulgo hodie indigitamus) Plauto, Comiciisque antiquitus frequentata.

C A P V T X I V.

In amoris curiositatem seuera seriaq, habita questiones; productis eius rei à Plauto, Horatio, Ouidio auctoritatibus. Cultores, pro amatoribus. Diuûm suspecta fidei locorum repurgatio. Item de Falcino nonnihil.

Pergit delicias porro Polyzno dicere Circe:

Ead. pag. v. 26. *Habes tu quidem & fratrem; vaque enim me piguit inquirere.]* Nequiter sanè, atque ex præscripto disciplinæ Lenoniz, ita in Menechmis adumbratæ à Plauto, vbi quum herus admirans dixisset:

Sed miror, quî ille nouerit nomen meum:

Ecce seruus non paulò sapientior;

Minimè hercle mirum: (inquit) morem hunc meretrices habent;

Ad portum mittunt seruos, ancillulas:

Si qua peregrina nauis in portum aduenit.

Regant, cuiatis sit, quid ei nomen fiet.

Post ille (scribo, Post illa) extemplo se adplicam, agglutinant.

A a

Si

Si pellexerunt, perditam amittunt domum.

Quò etiam applicare possis Ovidianum illud, ex ipsius Helenes persona benignius sanè, quàm necesse fuerat, probæ, ad capiosissima Paridis blandimenta rescriptum:

Nec tamen ipse negas: & nobis omnia de te.

Quarere si nescis, maxima cura fuit.

Ain' verò, mi Helena? tantùmne à re domestica operæ cuique fuisse tibi, vt oblita pudicitiz tuæ matronalis, ac Genialis thori immemor, res omnes relictas habuisse te fatearis, præ istorum facinorum cognitione, quæ Paris iuueniliter per anteaactam vitam bene, an sequius, turpiter certè ac libidinosè patrata designarit? Cui bono autem? quidve curatio istæ ad Menelai coniugem, de Barbaro & alieno adolescentulo ita anxie isse inquisitum singula? quo nisi vt per literas quoque interpretes turpitudinem ipsa denudes tuam? tibi que inuicem res amationesque Ilienſis hospitis curæ, atque adeò solitudini haud minori, quàm illi tuas fuisse tuopte manifesta indicio ostendas. vtque ex insano infanriorem Alexandrum tuum concinnes scilicet, quem sic tu amas, quemadmodum ille te vult: cuiusq; adeò pulchritudinis propriis ac penitiùs percognoscendæ multò cupientior videris, quàm puellæ Horatianæ Barri illius formosi quem libr. Sermen 1. Sat. vi. à Satyrico illo huiuscemodi coloribus depictum habemus:

Vt, si qui egrotet, quo morbo Barrus, haberi

Et cupiat formosus: eat quacunque, puellis

Inijciat curam quarendi singula; quali

Sit facie, sura quali, pede, dente, capillo, &c.

. v. 31. Imò inquam, ego per formam tuam te rogo, ne fastidias hominem peregrinum inter cultores admittere.] Nota Cultores pro Amantibus positos, tralatione verecunda. à qua haud longè. sanè ablutere videtur, quod nos, seruire hoc hominum genus Gallico sermone designare volentes, pro *Amatorculis*, *Servos*, seu *Famulos* perhibere consuevimus. sicuti & puellas quoque in deliciis habitas, non quidem *Amicas*, sed *Dominas* eadem ratione vulgò appellitamus, loquendi forma (credo) ab ipsis usque Latinis accersita. Sed enim hîc non ad *Culturam*, quæ Reges, Dominosque, id est, potentiores amicos sequi ferè, & quasi comitari solita; verùm potiùs ad nescio quâ Religionis speciem, Numinum magis, quàm hominum

venerè

enerationi debitam (quæ *Cultus* nomine propriè ac signatè Romanis exprimitur) vocabuli huius virtus referenda. cuius Metaphoræ continuandæ porro *Religiosam* etiam *Adorationem*, & nescio quid de *Templo* iniuper subiungit Polyænus. neque id adeò iniuria quippe qui & *Dea*, & *Regina*; non solum *Domina* titulo maestam, augustamque factam Circen adueneraturus postea.

Pag. 131. v. 1. *Quidni, inquit illa, donas eum mihi, sine quo non potes vivere: ex cuius osculo pendes: quem sic tu amas, quemadmodum ego te volo?* Deliciæ meretricis. Sed videtur emendandum; *Quid? inquit illa, donas eum mihi, &c.* Neque aliter sanè fuerat in manuscripto, nisi quod, dicitur. *Eum mihi, Mihi illum*, transpositum inibi legebatur. Quid? quòd, *Dones* potius, quàm *Donas*, rescribendum videtur? si titram lectionem retinere porro, mordicusque defensitare velimus. In eodem exemplari pagina sequente huiusmodi visitabatur scriptura:

Pag. 131. v. 12. *Non sum quidem solis progenies, nec mea mater, dum placuit, labens mundi cursum detinuit.* Quæ placet; utique præ ea, quæ existat in impressis omnibus: *Dum placet.* impensius etiam placitura, siquidem, *Cum placuit*, rescribatur: hoc est, quotiescunque matri meæ aut visum, aut complacitum fuit. ad exemplum (opinor) Tibulliani illius in materia huic prorsus parissimæ:

Cum libet, hac tristi depellit nubila cælo:

Cum libet, æstivo pronocat orbe nives.

Denique Ouidij quoque ex libro *Amorum* v.

Quum voluit, toto glomerantur nubila cælo,

Quum voluit, puro fulget in orbe dies.

v. 19. *Sume ergo amplexum, si placet: neque est, quod curiosum aliquem extimescas: longè ab hoc loco frater est.* De hac ridicularia veterum superstitione, qua nimis felicitatis successum, certumque ac præfinitum bonarum rerum numerum *Fascino* obnoxium opinabantur, consulendus xui nostri Phœnix Ios. Scaliger, ad Votum illud *Basiaturientis* Catulli:

Tam te basia multa basiane

Vesano satis & super Catullo est,

Qua nec pernumerare curiosi

Possint, aut mala fascinare lingua.

C A P V T . X V .

Loca nō pauca de opinione correctæ, plura interpretatæ. Qua-

*fillariz. Immoderata muliebri libidinis intemperantia, ne dicam importunitas in Tribunatum quasi Verbera-
lectu erumpere denique : atque in insontis famulij terga
languorem seculi maritalis expiare solita antiquitus : ne
quis nunc censeat. Frons constricta.*

PAg. 132. ex persona Polyæni, Militis quidem pran-
si parati, sed nec arma, nec rem (ubi re cumprimis
opus) habentis in mundo : *Lorum*, quod dicitur, in a-
qua, &c.

v.5. *Perfusus ego rubore manifesto, etiam si quid habuerã
virium perdididi, totoq; corpore velut laxato, &c.] Eundem
Languoremne, an Paralyfin dicam, sibi in Corinna quoq;
aliis obuenisse tota Elegia v. libri Amorum 111. secum
post irritas minas lamentatur Ouidius:*

Huc pudor accessit facti pudor ipse nocebat:

Ille fuit vitij causa secunda mei.

Etiam de *Veneficio*, & cæteris quæ sequuntur, eandem
Nafonis Elegiam consulas licebit. Ea enim, quanta quan-
ta est, haud alio sanè, quàm ad hæc Arbitri explicanda,
nata mihi proflus, ac composita videtur.

v.14. *Rapuit deinde tacenti speculum, & postquam omnes
vultus tentavit, quos solet inter amantes risus frangere.] Ri-
sus, huic loco quid faciat, nobis necdum in mentem ve-
nire potuit. itaque mihi quoque omnes vultus tentanti,
Nisus, tandem visum est emendare, pro eo, quod suprà
scilicet, Furtivam molitionem, appellitauerat, interpretan-
dum. Sequitur porro:*

v.17. *Excussit vexatam solo vestem, &c.] Vexatam, in-
quit, quod nos opinor, Gheeremck, diceremus; scilicet su-
periori illa in gramine volutatione, malo astro, Deaque
Persica non fauente, hoc est, sine robusta adèd voluptatis
effectu, præter speciem, ætatem, atque utriusque sen-
tentiam denique, cum Polyæno amatore suo tenta-
ta siue inchoata potiùs, quàm ad Patratum perducta.
Et mox:*

v.18. *Ego contra damnatus, & quasi quodam visu in hor-
rorem perductus, &c.] Quid, si hoc potiùs est, vt, Viso, re-
ponatur, pro Spectro, & quasi somnio quodam turbu-
lento? proinde vt idem loquutus suprà pagina 43. Visa,
certè, pro Insomnijs poni quis nescit, qui Musæas fores
vel primis digitis impulerit modo?*

Pag. 133. v.18. in Epistola illa multo vrbauitatis sale
cumu

cumulatissima ; Narrabo tibi adolescens , paralyfin caue. Nunquam ego agrum tam magno periculo vidi.] Eadem loquutionis forma vsus quoque ad Ciceronem suum M. Calius; de absoluto Messala scribens: Itaque relictus Lege Licinia, maiore esse periculo videtur.

Pag. 136. v. 23. *Nec contenta mulier tam gravi iniuria mea, conuocat omnes quasitarias, familiaq; sordidissimam partem, ac me conspuere iubet.]* Ita est in editione Lugdunensi; in Lutetiana verò, *Quasillarias*. unde nos, *Quasillarias*, extricaueramus iam antea: hoc est, genus ancillularum omnium spurcissimum simul ac despiciatissimum: quas *Robustum* ad *Codicem* detrusas, inibi que herilibus pensis in perpetuum damnatas interpretabamur ex Plauto, Tibullo, Propertio, Ouidio, Iuuenali denique. unde & *Codicariarum* cognomento insignitæ antiquitus. Hactenus hæc scripseramus, quum ecce potiore eiuſdem item sententiæ fundum nobilissimum Ios. Scaligerum esse percepimus denique, qui ad locum illum *Atbianum*:

Sis tibi cura toga potior, pressumq; quasito Scortum. &c.

Hoc ipsum Petronij exemplum (quod inani strepitu aures Turnebi verberauerat iam olim) ita vt nos emendauimus, Lectori porro arripiendum reliquit. Rescribo deinceps:

v. 27. *Oppono ego manus oculis meis, multisq; precibus effusus, quia sciebam quid meruisssem, verberibus sparisq; ex ianua eiectus sum.]* Malè enim in omnibus editionibus, *Nullisq; precibus*, hodie cusum compareret: nostræque correctio ista non audacis ingenij curiositatem, sed verò chirographum optimæ & notæ & fidei, Rogertinum inquam codicem auctorem habet. Pergit narrare porro:

v. 30. *Eijcitur & Proselenos, Chrysis vapulas, totaq; familia tristis inter se mussat, queritq; quis domina hilaritatem confuderit **] Ridiculè; sed tamen ex eius sæculi consuetudine stolatis pariter ac togatis mulieribus recepta: quæ libidine indomita atque inextincta ad furorem usque prurientes, nihil peius adeò deteriusque metuebant sibi, quàm ne vir suus, vel adulter utique haud paulò virilior vidua pudicæque contentus nocte fundum familiarem, hoc est, officium suum colere negligens parcuſque existeret:

Non tennem texens rinalis aranea telam

A 2 3

Deſerte

De ferto in Venerii hortulo opus faceret.

Ideoque (quæ illius temporis insolentia fuit) quoties e-
uenisset fortè. vt admissarius suus virum se esse quodam-
modo quasi oblitus videretur, parte ista corporis fune-
rata scilicet, quam potissimam in nobis forminx appet-
eunt sibi; reliquum erat, vt in seruorum ancillarumque
insontium gregem herilis expeteret culpa; hoc est, vt
Candicaria omnes cum librariis, ac ornatricibus, cæte-
ræque familiæ pars multò sordidissima, piacularos ob a-
lienam ignauiam fierent: vrque tot ministeriorum infor-
licium terga capitis vnus lentitudini, haud secus vrque
quàm succidanea, subderentur. Cui disciplinx etiam
lux fœneranda à Iuuenali meo, hanc ipsam matronarum
impotentiam, atque insatietatem ad hoc exemplum Sa-
tyricè castiganti, *Censione* dico, non *bubula*, sed *papyrina*,
vt vides:

*Est operapretium penitus cognoscere, toto
Quid faciant, agitentq; dse, si nocte maritus
Aversus iacuit, perijs librariis; ponunt
Cosmeta tunicas; tardè venisse Liburnus
Dicitur, & pœnas alieni pendere somni
Cogitur, hic frangit ferulas, rubet ille flagellis,
Et scutica sunt, quæ tortoribus annua præsent,
Verberat, atque obiter faciem linit, audit amicas
Aut latum pista vestis confiderat aurum:
Et cadens longi relegit transuersa diurni.
Et cadit, donec lasus cadentibus; Exi,
Intonat horrendum, jam cognitione parata, &c.*

v. 34. Itaque pensatis vicibus animosior verberum notas
arte contexi, &c.] Vibicibus, edendum esse tam scio, quàm
me amare Petronium.

Pag. 138 v. 12. *Quid me spectatis constricta fronte Ca-
tones?*] Id est, adducta, seu contracta, & quasi capera-
ta fronte. Vfus eodem loquendi genere & Martialis li-
bro decimo:

Et numeras nostros adstricta fronte trientes.

Nec minùs Propertius libro Elegiarum 15.

*Differet hac nunquam, nec posces garrula, quæ te
Astrictus ploret sape dedisse pater*

Adde huc *Adductus*, ex Cornelio Tacito, pro severo, te-
tricoque ac supercilioso, cuiusque frons sumper adeò
matutina, id est, striata, seu corrugata, Catonianam quan-
dam, ac piusquam Censoriam præferat grauitatem. *Que-
sit*

rit in eodem Epigrammatico Arbitrator noster;

vers. 17.

Nam quis concubitus, Veneris qui gaudia nescit?

Quis vetat in tepido membra calere thoro?

Ita repono, itaque reposui iam olim, antequam certè

* Picterius nescio quis hac ipsa, quam quidem à me acceptauerat, coniectura, Racemationes porro suas, audiores facere institisset. Sequitur:

*Victor.
Tunc.

v.20.

Ipsè pater veri doctus Epicurus in arte

Iussit & hoc vitam dixit habere telos.]

Perpera hæc Sequanicæ editionis scriptura, quam ex Lugdunensi partim, partim ex ingeniosis cum meis, tum alienis suspicionibus, ita porro me præeunte in pristinum honorem restituas licet:

Ipsè pater veri doctos Epicurus amare

Iussit, & hanc vitam dixit habere Deos.

Qua lectione nihil verius, nihil adeò argutius. Scias, è Petroniana officina profectum bonum pedem ad nos porro Gallobelgas attulisse.

C A P V T X V I.

Fidei tutamen appositum. Volenti neque vim, neque ullam iniuriam fieri. Res attrita. Culina mortualis, siue bustuaria. Locorum alia explanata, alia resista, ad incudem dico Petronianam. De Clauo numerali annorum indice, prisca quadam ac moneta Romana. Fortuitum, Gratuitum, Pituita, denique, penultima producta enunciari debere: ideoq; hac, aliaq; talia trissyllaba fieri, quoties in Hexametris occurrant. Tegilli Plautini consideratio.

E Ad. pag. v. 23. Hac declamatione finita Gytona voco, & ; Narra mihi, inquam frater, sed tua fide, &c.] Quid verò est: *Tua fide*. Apage tam frigidum schema à Petronianis facetiis, & quidem quàm longissimè. nihil enim indignius. Mihi certè dubium non est, quin pro *Tua, Tutâ fide*, debeat emendari, hoc est, quæ ex sese nihil incommodi tibi, tuæque adeò existimationi in posterum sit paritura: quippe arcano dicturo, atque ei, qui culpis tuis & veniam simul & silentium præstare concididerit solens.

v. 28. Tetigit puer oculos suos, conceptissimisq; verbis iuravit,

ranis, sibi ab *Ascylo* nullam vim factam.] Nihil hoc mirum; quippe cupienti omnia *Gytoni* facta, neque quicquam adeo graue, vel præter animi sui sententiam passus. Sic supra idem de *Ioue*:

Et peccaturus in terris nemini tamen iniuriam fecit.

Festiuè; atque ex opinione nostris etiamnum *Ictis* celebrata, qui *Volenti* nullam fieri iniuriam, seriò nobis ac vero vultu asseuerant. Habes item:

Pag. 139. v. 8. Sed inops, & rebus egenis

Attritus, facinus non toto corpore feci.

Lego:

Et rebus egenus Attritus, &c.]

Phrasi Poëtis omnibus vñtissimæ; item *Liuius Historicus*, qui *Attritas opes*, alibi dictasse inuenitur: quomodo & ipse *Petronius* antea: *Post attritas bellis frequentibus opes, &c.* Et tamen recepta lectio vel *Plauti* auctoritate defendi posse videtur, qui, *Res dubias egenas*, coniunxit non semel. Denique quid vetat *Arbitrum* nostrum obsecratis (vt solet) latebram sub honestissimæ translationis specio quæsiuissè?

Pag. 140. v. 7. Quid vos, inquit, in cellam meam tanquam ante recens bustum venistis? *Culinam* his verbis circumscribere videtur, vnde & *Inquilini* etymon deductum. Ita enim *Loca* quadam sub *Urbe* inopu funeribus destinata, vbi ferales, siue sepulcrales *Epylas* comburi mos erat, antiquitus indigitata, ex *Festo*, & *Aggenio Urbico*, docuit nos omnium doctissimus *Ios. Scaliger*. Quasi innuat *Enothea*, *Eucolpion*, & *Proselenon* ex hac esuritorum nota esse, quos cibum è flamma petere posse, vrbane sanè cauillatur *Terentius*: hoc est (vt *Catulli* quoque interpretamento in rem *Petronij* vtamur) in sepulcretis, tuburcinandi causa, quamuis semiraso vñore prohibente, ipso carpere è rogo canam.

v. 20. Et ne putetis perplexè agere, rogo ut adolescentulus mecum nocte dormiat, nisi illud tam rigidum reddidero, quam cornu.] Eadem similitudine in *Fauni* quoque *Satyriasmò* vsus *Ouid.* vbi narrat:

Et tumidum cornu durius inguen erat.

Verùm huiusmodi commentanti venia præfanda fuerat priùs, caputque *Socratico* exemplo operiundum.

Pag. 141. v. 4. His ego callens

Artibus, Idæo frutices in gurgite sistam,

Et rursus flumines in summo vertice penam.

Ita

Ita Editio Parisiensis: malim tamen cum Lugdunenſi, *Latices in Fruticum* locum reponere; tum *Agao* potius, quam *Idao* legere, ex coniectura. Male est ibidem in Editione poſtrema:

v.9. Ergo exclamat, *ô Enothea, imperio parete.*]

Reuocanda enim priorum editionum ſcriptura, quæ, *Imperio para te*, liquido nobis antea repræſentabat.

v. 33. *Non Indum fulgebat ebur, quod inherat auro*] Fallor? an ad Horatianum illud ſpectauit Arbitr libri Carm. II.

Non ebur, neq, aureum

Mea venidet in domo lacunar, &c.

Pag. 142. v.6. Et pariet-circa palea ſatiatus inani,

Fortuitoq, luto: clauus numerabat agreſtu.] *Clauus* proculdubio emendandum, diſtinguendumque hoc modo:

Fortuitoq, luto clauos numerabat agreſtes.

Vt de *Clauis Annalibus* loquatur, qui pangebantur, id eſt, ſingebantur in parietibus ſacrarum Aedium, per annos ſingulos, vt per eos numerus colligeretur annorum. qua de re Feſtum, qui volet, adito, in diſtione: *Clauus annalis*. Adde ex *Liuij* lib. VII. *Vulſinis quoq, clauos indices numeri annorum fixos in templo Nurfcia Etruſca Dea diligens talium monumentorum auſtor Cincius adfirmat.* Plura darem, iſtius niſi quantula coniecturae *Gloriola* eſt, alio nuper migrâſſe viderem: opera inquam, & comitate hominum eorum. qui Aduerſariis noſtris per ſilem inſpectis, partem horundem diutius ſub ſigno eſſe, atque intra Veſtæ penetralia

Verſari aquo animo non potuerit pati.

credo, non parum in largiendo prothymi, parumue munifici viderentur, de alieno præſertim. nam quanti id reſert? modo Lectori conſtet, omnia inter amicos *camminia eſſe debere*, iure familiaritatis maxime, quo quidem hoc genus, vel ad plagiorum uſque infamiam, illiberaſſime abuſi. Quod ſupereſt, illud indiſtum nobis abire non debet, *Fortuito*, hoc loco trium in ſe ſyllabarum numerum habere, non quatuor: quomodo & *Piuita*, apud Horatium. Pallunt enim, atque adeo falluntur ipſimet, qui verbum illud, quotieſcunque auferendi Caſu poſitum occurrit, aut ex Ionico minore, aut ex Choriambe conſtare ſic quaſi pro comperto conſeſſoque (vt contra ſi quis ſentiat, nil ſentiat) perſuaſum habeant ſibi: priorem quidem ſyllabam pro verſificantis

Aa 5 arbitrio

arbitrio communem, tertiam vero ubique breuem facientes; sola (sicuti apparet) pronuntiatione seducta qua nos hodie sane praue nimis ac praepostere uti, omnium Poëtarum testimoniis conuincimur: in verbis praesertim hoc exemplo formatis, *Gratuitum*, *Fortuitum*, aliisque talibus: quae omnia tertiis syllabis correptis publica exprimit consuetudo, quum ex traverso tamen debeant produci. Indisio fuerit hoc ipsum, quod inter Petronianos Hexametros laudauimus modò. clarius vero Horatianum illud ex II. Carminum Oda xv.

*Nec fortuitum spernere cessitem
Leges sinebant, &c.* Sequitur versu interiecto:
v. 9. *Præterea quæ fumoso suspensa tigillo
Conseruabat opes humilis casa, mitia sorba
Inter odoratas pendebant texta coronas*

Pithœanæ editionis scripturam vides: in qua nihil desideres utique, nisi forte singularis literæ suppositio- nem in prouocabulo *Quæ*, E. scilicet in S. commutata, ad hanc faciem:

*Præterea quas fumoso suspensa tigillo
Conseruabat opes humilis casa, &c.*

Vt *Mitia sorba*, & *Veteres*, quæ mox sequuntur, *Thym- bras*, *vnamq;* non sine passis racemis, pariter inter odoratas coronas pendencia, appositione decentissima appellet *Opes Tigurij* istius paupertini: quas ego sane (si quidem optio- triusque eueniat mihi) adipatis Regum Epulis, omni- que Perfico apparatu recusem commutare:

Sat, ô, beatus unicus Camænis:

Atque ita, *Humilis casa ista fumoso suspensa tigillo* aptis- simè congruet: eadèmq; Plauto meo opera commodabi- tur, ita in *Aulularia* argutanti:

*Quin Diuim atq; hominum clamat continuo fidem,
De suo tigillo fumus si qua exit foras.*

Qui quidem totus super triparce Euclionis avaritia in- ter Cognos, seruamq; Megadori ceditur sermo. Plura enim hic à nobis eam in rem expectes, caue; hoc vnum didicisse contentus. *Tigillum* istud haud aliunde, quàm à *Tigno* formatū, quasi tu *Diminutivum* dicas: quod ego pro *Transiglio*, hoc est, lōgurio transverso; vnde *Lardum*, *Tomacula*, *Succidias*, alia id genus ad diuturnitatē vsus in carnario salita suspendere solemus: lubentissimè her- cule interpretarer, si tamen istiusmodi annonæ aut apud

apud sordidissimum Euclionem, aut in prisca illius sæculi, consuetudine locum omnino vllum faciundum existimarem. Tibullus quidem pro *Transuersariis*, aut *Pericis* certè; quibus ex more, pectinata villarum pergularumque culmina inniti, fulciti, & quasi suffundari solent, *Tigilla* accepisse videtur, quum de primis illis rusticis, ac Saturniis architectonibus prædicat:

Illi compositis primum docuere tigillis

Exiguam viridi fronde operire domum.

Caullus verò pro Hyperthyro, cui generi, *Liminis* sioperi nomen inditum à Plauto. verbi causa:

Dixerit hic aliquis: Qui tu istac, Ianna, nosti?

Cui nunquam domini limine abesse licet:

Nec populum auscultare, sed huic suffixa tigillo

Tantum operire soles, aut aperire domum.

Quocirca non etiam defuturos arbitror, qui *Tegillum* in Plauto conscribendum pronuntiabunt, pro *Tecti* genere exiguiore, vti apud Varronem explicat nobis Marcellus; quem si rempse hoc verbum in mente habuisse, suspicari quid vetat? quum alterum illud, *Ligellum* inquam suum, pro *Tuguriolo*, ac domicilio breuiore perperam nobis suppositum ire ausus.

CAPVT XVII.

Locorum aliquot obscuriorum illustratio. Libare limen, Attico quoque Aristophanis patrociniò defer sum. Pensio: pro Pensatione. Anser, Priapi pariter, ac Matronarum delicia. Eius rei aliqua rationum verisimilitudo quaesita, relatæque ad Verecundiæ notam scilicet, quæ præ cæteris hoc pennipotentum genus vulgo insignitum nobis concinnat Plinius. Additum præterea de Censoria cibatus Anserini locatione, eadem animantis omnium sacerrimo OB MERITVM, ac Capitolij defensionem antiquitus decreti, præbitiq; ex publico.

PAG. 143. v. 13. *Iam reliqui (Anseres) reuolutam, passimq; per totum effusam panimentum collegerant sabam, &c.] Effusam Mensæ euersione scilicet: cui, oblitus anilium edictionum, purgandi que leguminis cura ad tempus seposita (haud quidem præliandi studio, neque quo pugnacissimo animali vllum capitis periculum crearet; sed vt semetipsum potius, tum folliculû suum à*

A a 6 rabioso

rabioso impetu, ferratisque Trigæ istius Anserinæ mōribus sartum textum præstaret) pedem, opinor, tertium extorserat Polyænus. ita vt de *Tripede*, iam *Bipes* red-dita videretur ad exemplum illud Martialis mei:

Ibat tripes grabatus, & bipes mensa.

Veterem Mensulam illam dico; quam, Enotheæ Sacer-dotis opera maximè, binis etiam carbonibus impletam, positamque sacrificij caussa in medio item altari, ha-buimus suprâ pagina 77. Ex quorum singulorum pari-ter consideratione planum de confragoso omnibus iam concinnatum opinor locum pagellæ eiusdem, vbi Eno-thea denuo in cellam suam reuersa; *quidnam se absente Faba factū sit*, scitari pergit ex Polyæno, *Faba*, inquam, cuius nec volam adeo, nec vestigium vllum reliquum inibi notabat sibi, neque mirum; vt quæ è Sacra Mensa illa (quam tertij pedis def. & percussam subuersamque memorauimus nōdo) in terram vniuersa reuoluta ex-ciderat. vnde in procliui adeo Anseribus fuit, partem illam leguminis temere humi dispersam, passimque per totum pauimentum effusam in profundum ilicet, hoc est, in voracem ventrem condere, sibi que auferre porro, & quidem cum ipsis folliculorum quisquiliis, quos pe-riphrasi multa festiuissima *Muscarum* imagines suprâ indigitauerat Petronius.

v. 22. *Necdum libaueram cellula limen, &c.*] Ita in vtra-que Gallicana editione probissimè cusum exstat. Proin-de, an Turnebus apud se fuerit, dubito: quum pro *Liba-ueram*, *Superaueram*, obiectare ausus est nobis, quasi verò non firempse Metaphora ista aliquot ante Petronium seculis, & quidem Athenis Atticis,

Vfus item in Rano priscus Aristophanes?

Verbi gratia, Οὐ μὲν δύνειται, ἀλλὰ γένοιτο & δύει.

v. 34. *Etne diutius tristis esset, iactura pensionem anse-rem obtuli, &c.*] *Pensionem*, pro *Pensatione* posuisse viden-ur. qua voce idem quoque vsurus postea pagi. 150. Se-quetur imperium, si promiseris illi pro vnius hora fastidio-multrorum bonorum pensionem. Ibidem porro.

Pag. 144. v. 5. *At illa comploxis manibus, Scelerate, in-quit: & loqueris? Nescis quàm magnum flagitium admise-ris. Occidisti Priapi delicias, anserem omnibus matronis ac-ceptissimum.*] Cur verò Matronis anserem acceptum præ-dicat? an *Verecundia* caussa fortasse, quam animanti huic-ec antiquitus tributam, vnicus ille Naturalium Rerum scriptor

scriptor memorat nobis Plinius lib. x. cap. xx. quo loco Pauonina pariter ingenia describit? *Ab auctoribus non gloriosum tantum animal hoc (pauo) traditur, sed & malevolum: sicut & Anser verecundum: quoniam has quoque quidam addiderunt notas, &c.* Credo equidem neq; enim aliud quod dicam, habeo in mundo. an potius, quoniam Isidi hoc alitū genus peculiariter sacratum? quā Deam curatissimis utique ceremoniis colebant Stolari ordinis Matronæ: nimis quidem aduersus animi Propertiani sententiam. utpote quem votivum illud Puellæ suæ in Casto Isidis Peruigiliū, ac Decemnoctialis secubitus in istiusmodi contraria sanè vota, ne dicam Thyestæas preces stomachosum amatorem coëgit erumpere:

Atque utinam, Nilo, pereat, qua sacra tepente

Misit matronæ Inachis Ausonius.

Sed quum Priapi etiam delicias, idem pugnacissimum istud animal appellitet Petronius, haud sine causa suspicari possit aliquis, improbius nescio quid sub Matronalis schematis integumento occultari. nec aliò fortasse accommodandum, quàm quòd aus eiusce lingua in cibo, vel portione certè assumpta, feminarum libidinem concitare, maximumque adeò pruriginis muliebris suscitabulum esse credatur. Ego tamen priori sententiæ meæ, à nemine hætenus tentatæ, acquiescere tantisper cogito, donec aliquid verisimilius sese obtulerit mihi. Ut ut est, Anseres istos sacros fuisse, ac propterea alimenta ob meritum sibi decreta accepisse ex publico (sicuti in Prutatio Athenis bene de re Populi meritis fieri solet) ex priore Arbitri pagina didicimus iam antea. illud non itè, cibaria horundem locare publicitus rem Censoris imprimis curationis fuisse. idque in fide Flaminum, ac Sacerdotum potissimum. quo fiebat, ut hocce Gansarum genus nemini coquo in ius vocare ius esset; id quod de Lydis piscibus prædicat Varro. De Locatione verò alimentorum ita Plinius libro x. cap. xxix. *Est & anseri vigil cura Capitolio testata defenso, per id tempus canum silentio proditis rebus. Quamobrem cibaria anserum Censores in primis locant.* Adde ex Arnobij lib. vii. *Cur canes in Capitolio pascentur? cur anseribus victum alimentamq; præbetur?* Cæterum hoc ipsum Romæ, quum hæc omnia Crotone gesta: ubi an ritus idem obtinuerit, vel Petronium interrogato, ne quæras foris.

Aliquam multi loci apud Petroniū lustrati, correctiq; Mero ac libidine solutus. Regnum Neptuni pavit Vlysses, quo pacto oporteat interpretari. Effectus pro Patratus in re nuptiarum. Clostellum. Dei Lampaciij numen Lica pariter ac Tryphena propitium: Polyeno contra terra mariq; iratum infestumq;. Eueolpium, & Polyzenum pro una eademq; persona indiscriminatim sumi debere. Carnis Etymologia, eiusdemq; vocis proprietates, Donato maxime adminiculante, excussa. Pseudogallitum nostrorum hominum Latinitas non ferenda: simul eorundem in vocabuli istius usurpatione insolentia atque impuritas detecta.

E Ad pag. v. 31. *Itaque tadio fatigatus: Rogo, inquam, expiare manus pretio licet.* Ecqua verò causa est, quin *Liceat*, hunc in locum restituere liceat nobis?

Pag. 145. v. 19. *Infra manus meas camellam vini posuit, & cum digitos pariter extensos porri apioq; lustrasset.* Id est, hoc Piamenti genere februatatos expiasset, siue repurgasset, quippe impiatos, consceleratosq; ac pollutos auferina caede scilicet. Habes exinde:

v. 21. *Anellanas nuces cum precatione merfit in vinum: & siue in summum redierant, siue subsederant, ex hac coniectura dicebat: nec me fallibat, inanes scilicet, ac sine medulla ventosas nuces in summo humore consistere, &c.* Ego quoq; quamuis nec superstitiosus, nec ariolus cluēs, coniecturam tamen ex his Arbitri ipsius verbis ducere haud dubitater ausim, locum qui in medio est hoc modo repurgandum: Ex hac coniecturā ducebat, &c. Ceterum quod hīc de Nucibus Petronius, id ipsum de Onoribus ingenio refert M. Varro in lib. Rei Rustic. verbi gratia: *Onum inane natat, plenum desidit.*

v. 31. *Epulasq; etiam lautas, paulo ante (ut ipsa dicebat) perituro parauit.* Recte, atque ex fide argumenti superioris. Etenim *malam Crucem Polyeno interminata fuerat Enothea.*

Pag. 146. v. 9. *Anicula, quamvis soluta mero ac libidine essent, tandem viam t. n. ant, &c.* Vfus eadem phrasi & supra pag. 68. *Nam cum solutus mero amissem ebrias manus, &c.* Item 135. *Premebat illa resoluta marmoreū clunibue.* (ita enim cum Lipsio legendum) *aurum thorum.*
Nec

Nec non Ouid.

Turpe iacens mulier multo resoluta Lyao.

Idem in Arte:

Sentiat ex imis Venerem resoluta medullis

Fœmina.—— Neque alio uorsum illa quoq; akerius loci improbitas trahenda:

Odi concubitus, qui non utrinque resoluunt, &c.

Pag. 146. v. 20. *Ipsè Paris Dearum libidinantium index, &c.*] Quid, *Libidinātū*, faciat hoc loco, sanè non video. Quocirca frustra eos haudquaquā futuros arbitramur, qui *Litigantium* se legere nobiscum potius sunt proutur, vel certè *Licitantium*, cum Lipsio. Subdit porro Polyxenus:

v. 22. *Si hanc in comparatione vidisset, tam petulantibus oculis, &c.*] Ab eodem habitu fidera quoque ista plus quàm Circèia commendauerat & suprà pag. 128. Et oculorum quoque molli petulantia, &c.

Pag. 147. v. 4. *Gemini satiasit numinis iram*

Telephus, & regnum Neptuni cauit Ulysses.]

Restituo, *Pauis*, à *Pauendo*, imò verò hercule à *Pascendo*, ne quid mentiar. nimirum, quod (vti Plautus autumat) piscibus in alto pabulum præbuerit toties cum suis, cum sociorum naufragiis apud Homerum:

Nobilis, ac nusquam non famigeratus Ulysses.

vt non iniuria de ipso Romanus Philetas prædicasse iudicetur:

In mare cui soli non valere doli.

Quæ coniectura eò firmior videtur mihi, quoniam, *Satiasit*, video etiam antecessisse, Metaphoram sequenti huicce tantum non confinem ac geminam.

v. ult. *Ea erga ad Eumolpum venit, & cōmendare liberos suos eius prudentia, bonitatiq; credere se, & vota sua.*] Pro uocabulum *Suos*, aberat à MS. potestque etiam à libris nostris salua sententiæ integritate abesse.

Pag. 148. v. 26. *Cum ergo res ad effectum spectaret, &c.*] Hoc est, Cum gaudia sua (Lucretiana saltè circuitione uti vt liceat mihi) toto corpore præfagiente, in eo iam Venus esset, vt hortum virginalem, & muliebria arma aspergine seminali confusum iret Eumolpus. Per *Effectum* enim plenam voluptatis robusta, rei q; Veneris, consummationem honestissimi vocabuli ambage circumlequitur: *Paratum* dico: idq; ex Diui ipsius Isidori definitione obseruatum pol æmemoriter mihi.

v. 33. *Dum frater sororu suæ automata per clostellum miratur, &c.*] *Clostellum*, diminutivum à *Claustro*: eâdem formatione cum *Plostellò*, *Moffello*, *Castello*, *Raffello*, quorum origo adeò in promptu, atque in confesso. Et mox:

Pag. 149. v. 1. *Nec se reticiebat à blanditiis doctissimus puer, sed me numen inimicum ibi quoque invenit.*] Videlicet *Implicabilis illa* (*Lica ultrix, anne Triphena?*)

Qua me per terras, per cani Nereos aquor

Hellepontiaci sequitur merita ira Priapi.

Præstans heu nimium vindex in partibus illis,

Quas finis abscondit: nam nec puero, nec amico,

Nec mea Fratri in Pygiacis bona vendere possum.

necum ut Eumolpo, velut antea, totum approbare me postulem. De Triphena, ac Lica addidi quæ verò conjectura adductus? inquires. hac scilicet, quod in superiore ista Eucolprij cum Gytone & Eumolpo navigatione aurem in somnis Licæ à Priapo vulsam commemorerim iam antea: cumque seriò cum Triphena per quietem admonitum, Eucolpium quem quærebant, eiusdem Dei opera ac consilio maximè, in navim suam esse perductum, quæ quidem res & iram ultoris Numinis aduersus hunc nostrum contra in Tarentinum negotiatorem illum, eiusque vectricem omnium foeminarum (vel Eumolpo teste) formosissimam studium diuinum præstans; ac propitiam voluntatem nobis, velut in tabella, plenissimè simul ac planissimè ostendat. Quid enim? Caue Polyxnum istum diuersum esse ab Eucolpio illo, priore existimes: nec mirere, si vnum fugitiui caput aliter atque aliter pro tempore & loco duarum personarum munus partesque sustineat pariter. Ita enim rem natam intelligas velim, ut Scenæ seruiendum fuerit, vetusque illud & quasi quotidianum nomen suum Eucolpio commutandum. Cui bono? inquires. Nimio verò. quo integra videlicet simulatio seruarietur, utque fallere facilius inter ignotos posset: quippe cuius rebus minimè conducebat, anteaque vitæ suæ flagitia Crotoniatibus innescere, latrociniaque ac cædes, & inquietem illam obscenæ ad arenam damnationis, cum fugæ, ac tot adulteriorum infamia conscientiam dispalescere in vulgum: fallaciâ, quæ ex præscripto consilij communis callidissimè institutam inuidiosa pro litione à peregrè aduentatibus deaudari: atque ita inchoatam Tragediam personis capiti detra

detrahis indignissimè subuerti. Cuius adeò rei periculum non erat, quam diu quidem Eucolpius mutato nomine Coranis illis, Gallia credulitate tumidis, pro suppositicio nescio quo Polyano, quem perbellè sese esse assimulabar.

Et Titulo, & Specie ignorabili obiiceretur.

Pag. 150. v. 4. *Apud quasdam gentes scimus adhuc legē seruāri, ut à propinquis suis cōsumantur defuncti, adeo quidem ut obinrentur agri frequenter, quod carnem suam faciant priorem.* De Lege ista, & Gentibus, quarū exemplum Coranis suis, hoc est, Captatoribus Eumolpus imitandum proponit, plenius consulendus Solini Polyhistor. capite lv. Quod reliquum restat igitur, in *Carminis* vocabulo summam Latinitatis rationem à Petronio habitam, defunctorio ictu resoluendum non est. Etenim probè & signatè verbum rei convenientissimum vsurpasse, fidem abundè facturum nobis Donatus illa ad Terentianam Heautontimorumenon explanatione: *Caro dicta est, eo quod carcat anima, & Caro propriè dicitur mortuorum.* unde & *Excarnificare deductum*, item *Carnifex*, pro eo qui Carnes ex homine facit. Hæc enī Donatus. Unde animaduortas licet barbariem ac sordes nescio cuius Maximiani, qui vsque adhuc tamen pro principe illo Elegiographo Cornelio Gallo, non dico mihi,

Nec bardo iuueni, neque nari obæsa,
sed stolidæ imperitorum turbæ obtrusus. in cuius impurissimis, Carminibusne, an criminibus dicā? hic quoque inter cætera Pentameter occursurus est tibi:

Carnis ad officium carnea membra placent.

Vt enim *Carnea membra* ista, pro carnosus & succi plenius auctoritate Martialis, qui *Carnarius sum*, eodem ferè significato princeps visus procudere, defensitare faeculas sit nobis. illud tamen qua ratione ferri possit, nō video, *Carnis officium*, pro Venerea corporis oblectatione, reque Voluptatum positum esse apud eos utique, qui Latine, quàm Barbarè loqui potius, vel scriptitare se student:

*Quem hac (cum Flacco dicam) sint qualiacunque
Arridere velim: doliturus, si placeant spe
Deterius nostra. Belego, teq, Gotalsi
Merosophorum inter inbeo plorare cathedras.*

IANI

IANI DOVSÆ NORDOVICIS
PRO SATYRICO PETRONII AR-
bitri, viri Consularis, Præcidancorum
Liber tertius.

CAPVT PRIMVM.

Multum esse in re aliqua; inibiq; emendatus Macrobius.
Saurea Plautinus sexui quodammodo suo restitutus apud
Fulgentium. De Albutia Petroniana, anne eadem cum
Albutilla Taciti, quaesitum, ac pronuntiatum denique.
Narrationum complurium, de incertis Arbitri, atque ex-
traordinariu Fragmentis in unam veluti struem conge-
storum, Domestica desideratio.

HAtenus quasi per scrupos Petronianos, atque (ut
ipsum loqui amat) glarearum eminentium fragmenta
semicalceatos traximus pedes, myrmico & molesto in-
cessu auctoris lineamenta atque ordinem paginaru per-
sequuti. quæ quanquam interrupta oppido, nobis tamen
ad callem musteum quodammodo inuestigandum, præ-
eunte clarissimo Pithæo, ac veluti faculam ad spississi-
mastenebas enuncendas non sine succussu, vel potius
succussu cominus præluente, semitam aperire visa. nam
absque illo manu ductore fuisset

Nox caeca ante oculos, nec Numinis ulla vialis

Copia, nec misero Lucifer ullus erat.

Itaque parum absuit, qui cum Depentano illo Catulli Mu-
nicipi,

Præceps pessum ierim in lutum per caputq; pedesq;
idq; imprudentia locoru maximè, etiam interdiu obscu-
ra. Reliquum est, ut quæ præterea à Veteribus, passim in
exemplum adducta eiusdem nobis monstratio, fumosam
magis quàm lucidam facem quassantis, extra Satyræ hu-
ius ordinem liberalissimè præiuit, suspensis per timorem
vestigii casabundi porro attentemus; haud quidè con-
tinenti serie (ut antea) sed verò saltuatim potius: ne non
reapse videlicet sic quasi per Satyræ grassari iudice-
mur, ad destinatum finem properantes denique: qui quò
eueniat, Diis etiamnum in manu est.

QVOD IGITVR FAVSTVM, FOE.
LIX,

LIX. AC FORTVNATVM FVAT cū Edi-
tori, iū spectatoribus, vel (si mauoltis) Arbitris, locū quē-
dam Macrobianum, ab eo pte, quem dico, laudatissimo
Tadigero nostro in rem præsentem laudatum, præmit-
tere stat sententia; in quo perexiguam, imò duarū modò
literularum Præpositionem soleo desiderare, rectè, nec-
ne, viderint doctiores, atque in primis ille, cuius nomen
(Sanctum nobis in perpetuum futurum) ediffertauimus
modo, inter Arbitri nostri Arbitros,

Quantum est, aut erit, aut fuit prius.

citra controuersiam consultissimus, nāque vt nunc le-
gitur: *Auditum mulcent* (de fabularum ratione insti-
tutus hic fuerat sermo) *velut Comædia*, *quales*, *Menan-*
der eiusque imitatores agendas dederunt, *vel argumenta fi-*
ctis casibus amatorum referta, quibus *vel multum esse Ar-*
bitrum, *vel Apuleium nonnunquam luisse miramur*. ferri
quī pote? At verò modica tantum Præpositionis acces-
siuncula fiat, iam omnia in proliui existent. Sed rem
vide: *Vel argumenta fictis casibus amatorum referta*, in qui-
bus *vel multum esse Arbitrum*, &c. Nam & in Cicerone;
Multus, in eo fuit, siue, in ea re: & Sallustio; *Multus* in ope-
re, etiam cum fauentia lectitamus: & Græcos τὸ πολὺ
consimiliter vsurpantes,

Haud veniam modò, sed laudem meruisse fatemur.

Monendus Lector sequente pagina, in notabili illa Ful-
gentij Censura, Plautinum Sauream, ne vir esset, præpo-
siterè à Lutetiano Librario persuasum. Sic enim inibi:

Pag. 151. vers. 2. Scilicet *Petroniana subit Albutia*: haec
enim adludente & *Plautina Saurea dominatus obdormit*.
Saurea autem *Sernus dotalis* in *Asinaria* apud Plautum,
quem de communis dominæ sententia domino ipsa suo
dominantem more suo concinnat Comicus. Vade me-
rito Hercule *Dominatus* eius à Fabio Planciade haud
obscurè incessitur. Proinde è femina in marē, me vin-
dice, denuò tandem transire vt possit *Dominator* iste *A-*
trienfis Demancti, iterum dico omnibus, generis ratio-
nem ante omnia commutandam: a, exemplo *Petronia-*
ni Ascyli, à sexu ipse suo fugisse videatur scilicet. Cæ-
terum quæ hîc *Albutia* vocitata *Petronio*, eandem cum
Albucilla Taciti esse (nisi & illic fortè. *Albutida* *Suæ-*
tuæ; scribillandum) facile adducor vt credam, ob has
notas maximè, quib. ipsam *Historicus* ille insignem ma-
gis, quàm honestam facit, ita scribens *Sexto Annali* *Suæ-*
tuæ

Dein multorum amoribus famosa Albutilla, cui matrimonium cum Satrio Secundo coniurationis indice fuerat, defertur impietatis in Principem, conneſcebantur ut conſcij & adulteri eius, Gn. Domitius, Vibius Marſius, L. Arruntius, &c. & quidem hoc ipſo facilius, quod Salluſtianā Semproniam, eiufdem penē farinæ matronam, ſtatim porro ibidem ſubiungat Mythologicus ille ſcilicet. Mirū verò in vniuerſa hac Fragmentorum Farragine nec veſtigium, quod aiunt, nec volam elegantiz illius (quam in eaſſe muliere tantopere ab amatoribus expetitam agnoſcere videtur Planciades) imò ne nomen quidem, quod minimum fuerat, vſpiam locorum comparere. Sed profeſſo verum erit, id quod iam inde ab initio *Præcidaneorum* meorum conqueſtus ſum prius; vix decimam miſcelli huius operis partem in manus noſtras perueniſſe. nam qui poteſt quum neque de Cerbero illo laſſatore Trifauci, quem *Caſſidicum*, ſeu *Rabulam forenſem* fuiſſe, facile fidem nobis (expertis inquit) ſacturus erat Arbiter: neque de tot Regiū illi manubiariarum ſtruciſibus penes fugitiuum (Aſcylumne an Eucolpium?) repertiſ: de *Alucitis* eundem moleſtantibus: aut quinam *Longuriones* illi fuerint, quos niſi inclinatos non ſolere tranſire cryptam Neapolitanam, ex veteris Gloſſarij Petri Danielis relatu cognoſcimus, reſiduum nobis quicquam publicæ calamitatis iniuria fecerit. vt de Petauri interim circumactū nil dicam: de Tullia, neſcio quam Regiam ſignificante: de *Deſinitione Deli*, & *Mali*, apud Iudices, (vti apparet) & quidem legitime inſtituta: de *Aumario*, in quod ſemetipſum coniecerat *Encolpius*: de *Myrrhino poculo*, quod quidem ad libidinis concitamentum epotum ſibi, profeſſus fuerat *Sazyricus* noſter: de *Sacerrimo* illo *Maſſilienſium* ritu, in *Pharmaci* vniūſ verbenis veſtibūſque ſacris ornati, eoq; cultu per totam ciuitatem circumduſti deuotum ac ſuccidanentum caput vniuerſam peſtilentia publica contagionem à ſe deſpuentium atque exſecrantium quam longiſſimè: poſteaquam ille inopia ac neceſſitate (quæ venter arumnas creat) ad extrema compulſus, in ſaginam ſe conicere non dubitaſſet; alendum antea, quaſi in corporareip, publicis & purioribus cibis, & quidem per annum integrum, offerens locanſque ſeſe: atq; inde *Piacularis Viſtima* in morem depromendum ad lanicnam porro, aut ſaxo deturbandum in maximam malā crucem, vt fiat illud: *Unum pro cunctis dabitur caput*, cui ritui ea quoque conſona, quæ libro xix, de Carthaginiēſibus

Quibus narrantur à Iustino. quemnam denique *Furentem illum* fuisse suspicabimur, *qui ad periculū vsque* (id quod ab Acrone refertur) *pollicem arroserat sibi.* de quibus omnibus singillatim in extraordinariis Fragmentis istis mentio non infestiva, & quasi gustus quidam præbitus nobis, si tamen *Gustum* appellare possis, minuta nescio quæ *Analecta* (quorum nec pes, nec caput in tanta, vtpiam vastitudine compareret) & quasi ramenta quædam Petroniana de copiosissimis Epulis residua nobis modò; quæ Passerini prandij reliquias vix æquare posse videantur.

C A P V T I I.

Pithœana coniectura de ætate Petroniana confirmatio. Eisdem Satyrico nostro macula aliquot insigniores deterfa. Hallucitæ, quid, indidémque verbi Hallucinari originatio deflexa. Vera, Manubiarum significatio ostensa. Excelissimus. Ducere contentionis funem.

EX D. Hieronymo in epist. ad Demetriad. de Virginitate seruanda:

Pag. 153. v. 6. *Cinnatulos pueros, & calamistratos, & peregrini muris olētes pelliculas, de quibus illud Arbitri est, Non bene olet, qui bene semper olet: quasi quasdam pestes ac venena pudicitia virgo denitet.*] Hæc Hieronymi citatio doctissimi Pithœi coniecturam de ætate Arbitri nostri validissimè confirmat; ipsum nempe Martialis tempora antecessisse, imò planè eundem esse, quem inter paucos familiarium Neroni assumptum, tanquā *elegantia* A R B I T R V M, testis est Tacitus. nam nisi ita esset, Martialem, non Petronium Pentametri istius auctorem laudasset Hieronymus. quemadmodum & Papinium (vtrū opinor) Fulgentius lib. 1. Mythol. in sequentis Hemistichij relatione, vtrique Poëtæ communis:

Primus in orbe Deos fecit timor.

si tamen Papinio, de Placidij Lutetij Statiani Interpretis sententia (quæ Hemistichium istud ab ipso Statio mutatum Arbitrum vanissimè hariolatur) ætate posteriorem iudicasset hunc nostrum, qua persuasione nihil absurdius vtrique, aut stolidius.

Habes ibidem prætinus, nempe pagina 85. Fragmentum eiusdem ab Isidoro Hispalensi Episcopo prolatum, paulò

paulò aliter quàm in Etymologici illius còtexiu hodie
cufum legitur, exempli gratia:

Pag. 160. v. 23. *Quid est iudiciu dolus? Nimirum ubi ali-
quid factum est, quod legi dolet. Habetis Idolum, accipite
nunc malum.*] At nobis receptam potiùs Isidori editio-
nem, consilium est sequi; in qua ad ipsos *Iudices* directus
hic sermo, & *Dolum*, pro *Idolum*, disertissimè publica-
tum hoc exemplo: *Quid est; iudices, dolum? &c.*

Pag. 155. vers. 10.

*Cui vultur secur ultimum pererrare,
Et peñus trahit, intimasque fibras,
Non est, quem lepidi vocant Poeta;
Sed cordis mala, timor atque luxus.]*

Ita lepidissima illa Parisiensis editio. contra Bap. Pio
placebat, *Tepidi*, hoc est, insuaues, insipidi, non inflam-
mantes ardentè, lacertosè, nec omnibus nervis rei sco-
pum attingètes. qua lectione nihil mehercule tepidius:
ita ut in ipsum Pium potiùs, nec cælum, nec terram, ne-
dum scopum Petroniani acuminis attingètem, *Insuani-
tas ista enervis*, quàm in *Poetas Fabulatores* conuenire vi-
deatur. Quid mirum? quum neque ipse Scaliger (at
quantus iaculator!) satis *δυσόχως* nobis hoc loco vel o-
culos, vel manum collimasse censerì possit, qui *Timidi*
legit, quàm scripturam editio quoque Lugdunensis am-
plexa,

Haud timide, ut tanto tibicine suffundatam.

Ego verò post tot tantasque pugnantiù opinionù sen-
tentias, si quis correctioni quartæ locus est reliquus, ni-
hil equidem addubito, quin ad istuncce modum:

v. 12. *Non est, quem Tityum vocant Poeta, &c.*] clausulã
hanc suam conceperit Petronius. Atq; hanc coniecturã
mihi diuini illius Scaligeri hariolatio haud timide sug-
gesserat iam olim. quum quum postea ad horù versuum
marginem ire, & quidem optimo, pro mea vti res erat
solens adtexuissẽ: ecce ab ipsis vsque Vipsaniensibus
vulturem tibi, qui Tityum nostrum vsu facere ausus est
suum, non quidem iecur illi, sed mihi coniecturam in-
uolans meam. qua in re singulari sum fato, meapte culpa
maximè, qui per fidem toties istiusmodi Laconibus li-
bros meos pertractandi fecerim copiam.

Repono ibidem in Furij Comædiarum scriptoris
exemplo, ita Gliconem metetricem (si qua Planciadi fi-
des) loqui facientis:

v. 15. *Myrrhinum mihi adfer, quo virilibus armis occurrerem fortiuscula.*

Nam in editione Patissonij, *Adfers*, legitur; sed perperam. In versibus illis verò:

Pag. 156. v. vlt. *Concepit nam terra sonum, calamiq; loquentes*

Inuenere fidem, qualem narrauerat index.

nodum in scirpo mihi videntur quasiuissse, qui lectionem hanc ipsam examusim probissimam in dubium vocare ausi, dignissimi utique, quorum calida commenta non nisi apud auritos Midas inueniat fidem.

Pag. 175. v. 16. *Allucinari, dicitur vana somniare. tra-ctum ab Allucitis, quos nos Conopae dicimus. Petronius:*

Nam centum me vernali allucita molestant.

Aut planè hallucinor ipso, aut aliter rescribendus hic locus, & fortasse interpolandus ad hoc exemplum:

Nam centum me verna hallucita molestant.

Protinus ibidem legitur:

v. 10. *Manubia dicuntur ornamenta Regum. unde & Petronius Arbiter ait: Tot regum manubia penes fugitiuum reperta.*

Credo *Eucolpium*, vel certè *Ascylton* significari. Et-
nim (ut ille ait) *macula pares utrisque*. Quid? quod de
amborum *Manubiis* etiam habuimus supra, pag. 69.
vbi de semet, & Fraterrimo illo Fratre suo narrat Eu-
colpius: *Non repugnavit Ascyltos, sed postquam optima si-*
de partiti manubias sumus, &c. Propriè ac signatè oppi-
do. *Manubia* enim à *Manu* etymon suum sortitè; quasi
Spolia dicas furtim, aut per vim; hoc est, per latrocinia,
seu rapinas quaesita: sed verò magnifica ea, atque opu-
lenta, &, proinde uti hinc discimus, Basilica prorsus.
neque aliter Cicero: *Qui manubias sibi tantas ex L. Me-*
telli manubiis fecerit.

Citatur indidem porro ex Veteri Glossario P. Da-
nielis:

Pag. 77. v. 21. *Excelsissimus, dicitur à Petronio in 1. Sa-*
tyrarum. Credo non alium locum Glossarij huiusce
Auctorem in animo habuisse sibi, quàm quem nos in
Petronio habuimus priùs pag. 77. v. 20. *Endoxus quidem*
in cacumine excelsissimi montis consenuit, &c. Ita enim
malo, quàm quod in Mamertina editione spectatur: *In*
cacumen excellentissimi montis consenuit.

Pag. 153. v. 25. ex Ioannis Salisberienfis Polycratico:
Non

Non duco contentionis funem, dum constet inter nos, &c. Ducere contentionis funem, est velitari, siue altercari, iurgiâque cum aliquo exercere super re quapiam controverta. Quò etiam Horatianum illud perlubenter traxerim:

Tortum digna sequi potius, quàm ducere funem.
utiturque easse metaphora alibi Tertullianus.

CAPVT III.

De Festa Palmeriana correctioni subscriptum, enarrationi non item. Calx Romuli à Seneca ac Dionysio Historica substructionis statumen quaesitum.

PAG. 155. v. 12. *Vilius servus habet Regni bona: Cellâque capti*

Deridet festam, Romuleamq; casam.]

Probè, & sincerè omnia, si *Festam* excipias tamen: pro quo Ianus Palmerius emendandum coniciebat *Festâ*, positum videlicet pro re quavis antiqua & vili; quoniam de *Festra* Ant. Gniphonis integrum librum ediderit olim. ubi (ut cognoscimus è Macrobio) de plerisque id genus, quibus vetustas cludebat, satis pòl curiosè disputauerat. ut non magis ad ipsam *Festram*, quàm ad eum librum Gniphonis (quem cum ipso auctore, & quicquid calca illa Antiquitas exoletum habuerat irrideri autumat Palmerius) respexerit Arbitrator. Et hæc quidem mens, sicuti apparet, Melleri nostri. Ego autem ingeniosi adolescentis coniecturam, prout debeo, amplector, hætenus quidem, ad vocabuli *Festra* restitutionem quod attinet. nam enarratio istiusmodi (dicam liberè) haud placet, qui seorsum à capite amico sentire audere, nullum piaculum esse deputo: arbitròque Arbitrum nostrum sæculi sui insolentiam sumtusque intolerabiles more suo sugillare, imò crinosè, & quidem palàm ac publicitè incessere, atque hoc velle significare, eò iam luxuriæ ventum, atq; in tantum à maiorum suorum moribus degenerasse suæ ætatis ingenia, ut vilissimum quamvis marcipium mediastinus putà, aut cellarius alioqui & catenatus ianitor, non quidem *Gniphonis librum de Festra* (uti Palmerio placet) aut rancidas omnino *Antiquitates*, sed verò *Festram ipsam potius, hoc est, Ostium illud in Sacratio Romano minusculum, ac vetustissimam Romuli Regiam, tanquam casam.*

casam, aut gurgustium aliquod præ tegete & tigillo suo
contemnificus ac fastidii plenus naso suspendat adunco:
nauseans propemodum ad Saturniam simplicemque il-
lum priscæ Reipub. cōtinentiam ac frugalitatem paruis-
simo contentam. neque id adeò iniuria: quippe quem
Cella laxiore, ne angustiore dicam temporibus nostris
(ex Arbitri persona disputo) pandiculari, lumbosque ac
neruos suos exporrigere videmus, quam *Aula* quondam
Vrbis nostræ Conditoris fuerit scilicet. id quod facile
crediturum scito, qui modo loci illius apud Iuuenalem,
& ipsum corruptissimos sæculi sui mores perpetuò de-
testantem, meminerit memoriter:

*Ipse (s. Curius) focu breuibus ponebat oluscula, qua
nunc*

Squalidus in magna fastidit compede fossor.

Qui meminit, calida sapiat qui vulua popina, &c.

Sed hoc ad malaciam, seu fastidia eduliorum plebeium
sapientium. nunc verò Regiam istam Quirini casam cu-
iusmodi fuerit, propius aliquantò consideremus. Tradit
igitur Seneca Pater II. Controvers. *Inter hac tam effusa
mœnia, nihil est humili casa nobilius, fastigiatu supra tem-
plu auro puro fulgens prælucet Capitolium, potes obiurgare
Romanos, quod, quum humilitatem suam obscurare possint,
ostendunt.* De eadem insignè quoque testimonium habes
Fastor. III. vbi Romuli patrem, Martem ipsum inquit,
ita loquentem inducit Ovidius:

Quæ fuerit nostri si quaris Regia nati,

Aspice de canna straminibusq; domum.

Item I.

Dum casa Martigenam capiebat parua Quirinum,

Et dabat exiguum flumini vltra thorum.

Denique effertur argumento isto, quantum est, Poëtarum
libri Quibus tamen singulis sceneranda lux: b Historica
illa Dionysij Halicarnassæ narratione, quæ est Lib. An-
tiquit. I. in Romuli & Remi fratrum mentione scilicet, à
Scriptore Græco verbis huiusmodi veluti penicillo
abumbrata:

ΒΙΘ Σὲ αὐτοῖς τῷ βυκολικῷ, ἔδιδαν αὐτοῖς, ἢ ἔρ-
σι τὰ πολλὰ περὶ αὐτοῖς διὰ τὴν αὐτὴν καλὰ μὲν οὐκ αὐτῶς αὐ-
τοῖς, ὅτι ἐστὶν εἰς ἐμὲ τῷ τε καὶ πάλαντις ὅτι τὸ πρῶτον
τὸ ἀποδόξαστον σφραγίσας λέγει, Ρομύλῳ λεγόμενῳ, τῷ
φυλάτῳ ἱερῶν οὖς αὐτῶν ὅτι μελὲς, ἔδεν ὅτι τὸ Σεμνὸς
πρῶτον ἐξήγοντο, εἰ δὲ τὸ πρῶτον ἀπὸ χειμῶνος ἢ ἄλλου
B b τῷ

τὸ λείπον ἐξαιρέσει, ἔτι δὲ προσέθεν ἐξομοῦντες εἰς σιωπῶν.

CAPVT IV.

Unijtem alteri Emendationi manus iniecta; caussaq; liberali postliminium auctori sua res vindicata. Inops audacia tuta est. De duorum, qui perperam diremti fuerant locorum reconciliatione, coniectura. Sententiam quandam Petronianam de Ennio adumbratam videri.

Pagina 136. v. 12. *Nam nihil est, quod non mortalibus adferat usum.*

Rebus in aduersis, quæ iacere, inuant.]

Quæ iacere. Id est, quæ despiciatui, & quasi derelictui nobis, nulloque in honore aut pretio fuerant antea, tunc quum eorum usu facile carere poteramus.

v. 15. *Sic rate demersa vulsam deponderat aurem;*

Remorum leuitas naufraga membra vehit.

Cum sonuere tube, iugulo stat diuite ferrum:

Barbara contemni praelia pannus habet.]

Alterum prioris Hexametri Hemistichum hoc modo emaculandum: *Fuluum deponderat aurum.* indicauere ante nos alij, posteaquam id ipsum à nobis, & quidem in re presenti praeuoniti fuissent prius. quemadmodum nouissimi item Pentametri clausulam, quæ hoc exemplo corrigendum ad oram editionis Lugdunensis papyro interposita in Aduersariis meis notaueram planissime:

v. 18. *Barbara contextu praelia pannus habet.]*

Quam tamen restitutionem nostram idem ille, quem dixisse me sentio, in ipsissimi huius Petroniani Epigrammatis per causam à se laudati contextum nullus referre veritus: auctoris sui nomine per fraudemne, an contemptum malignè dissimulato. Cæterum quod dixit Petronius, *Pannum* (quo pannuceam, hoc est, pannis centonibusque obitam ac sorditatam Plebeculam designat) *barbara praelia habere contemptui*, id est, bellicorum tumultuum vnice securum degere, nec barbariem praeliorum curare, quasi nihil ad se attinentium; haud inscitè (meo quidem animo) applicare possis ad Hemistichij illius sententiam, quum habes pag. 119. v. 29 in Carmine illo Belli Ciuilis longè omnium ingeniosissimo:

Inops

Inops audacia tuta est.

cuius nos hancce inibi ex Sallustio rationē reddidimus:
Quoniam egestas facile habetur sine damno. Cui illud quo-
que ab Aquinate Satyrico succenturies licebit:

Cantabit vacuus coram latrone viator.

Hoc enim dicto Viatoris vacui securitas multò facetissimè exprimitur, qui etiam corā immanissimo viarum infessore, ac sicario publico in ipsa mortis vicinia constitutus cantillare, & quidem fidēter ac sine noxa sustineat. Pannus igitur in Petronio, pro eo, cui deprehensio nihil præter pannum, id est, scissam ac sordidam tuniculam auferre possis. Quis enim ita immanis obsecro, aut barbarus, detrahere vti nudo vestimenta se postulet? In diuite vero, atque opulenter viaticato ornatōque, ratio prorsus dispar; in cuius iugulo ferrum stare, hoc est, scias in vnius caput vndique ac mucrones distringi:

Claraq; & caro potius, quam sanguine vili,

Noxia Bellona tela tepe fieri.

intelligit Petronius noster.

Sequitur porro Poëtici styli, imo stimuli, ab exemplo Ductoris Ithaci ad longinquas peregrinationes exhortatio:

Pag. 156. vers. 20.

Linque tuas sedes, alienaq; littora quare,

O iuuenis; maior rerum tibi nascitur ordo.

Ne succumbe malis, te non erit ultimus Ister, &c.]

suspiciōque hanc A P E R T A E ipsius D I C T I O -
N E M fuisse, hoc est, Responsum ex Tripode, & Apollinis persona ei datum scilicet, qui Delphicum Oraculum consulerat, tanquam Tiresiam Horatius Vlysses, quibus artibus atque vdenam potissimum opes ac diuitias sibi parere vel corruere posset, huiusmodi captiosæ quæstionis argutiola grassatus: Pag. 161. v. 21.

Nunc si nos audis, atque es diuinus Apollo,

Dic mihi, qui nummos non habet, unde petat?]

Quam lepidissimi Epigrammatij clausulam vnā cum Tetrasticho præcedenti, ac festius Petronianorum versuum auctario, imò Thesauro boni, de Blattariorum Codicum penu depromptam, ac gypsatissimis Vespillonum manibus opportunè præreptam, alijs nemini quam Claudij Bineri doctrinæ, comitati, iudicio, ac diligentiae debemus. Sed de toto hoc genere proximo Capite singillatim videbimus, vnam prius Poematij sequentis sententi-

B b 2

tentiæ

tentiam excussuri, quam de Enniano penu penissimè adumbratam quamvis audacter ausum dicere. Ea verò hæc est:

*Nam citius flammæ mortales ore tenebunt,
Quàm commissa tegant.*

Nunc Ennianam, si videtur, audiamus, libro II. de Oratore relatam à M. Tullio: *Dicere aiunt Ennium flammam à sapiente facilius ore in ardente opprimi, quam bona dicta teneat.*

C A P V T V.

In Petronianam Cl. Bineti Symbolam serie ac secura habita quaestiones: nouusq; ac Censorius quidam velut delectus adhibitus. Eius exempli primum Epigramma (quod & alexandov esse demonstrauimus) de Prisciani ac Fulgentij Auctoritatibus pristinatandem nitore restitutum: autumq; unius insuper Hexastici supplemento: quod à reliquo corpore suo diuulsus facile ex rei ipsius conijciis argumento. Alia quadam.

REceperam superiori Capite, proximè me aliquid de Cl. Bineti Collecta dicturum. Id reapse aliquando ut præstem & res & locus penè dixeram efflagitare, non tantum postulare videntur: ipse inquam Arbitr Petronius noster, cuius liberalissimo Genio quin maior meliorque Epigrammatum istorum pars debeatur.

Religio sanè est addubitare mihi.

In eo proinde assensum Editori nostro haud grauatim videor commodaturus. vnum è primoribus excipio: quod ne Petronio assignem ipsa constructionis totius inueniustas in causa, nihil minus quàm Petronium respicientis, à quo vitio structorem hunc nostrum abesse quàm longissimè, cognitum habent omnes, quibus aut palatum, aut pectus sapit, id Genium inquit, sed Petronianum. Scin', quod dicam? Epigrammatum illud Martia nomini inscriptum, super pomis & castaneis à delicata illa muneri missis nescio cui, Versificatori huic scilicet

Pleno ruris, & inficetiarum.

Eius hoc est initium:

Ead. pag. v. 7.

Aurea mala mihi, dulcis mea Martia, mistis,

Mistis & hirsuta munera castanea.

Quod

Quod ipsum tamen cum Tetraſticho ſequenti aliqua ratione tolerabile videri poterat, niſi conclusio Gallica hyeme illa Petroniana frigidior,

Hei, cor penè mihi fundere: ac cerebrum.

Quid enim iſtis languidiuſ obſecro, vel incœncinniuſ?

At ſi diſſimulas multum mihi cara venire,

Oſcula cum pomu mitte: vorabo libens.

Verùm de hoc ſatis: ad primum Epigramma conuortamur cui zdepol principium deeſſe, videre qui nequeat, nã verè cœcum illum, haud luſcitioſum eſſe oportebit: commonefaciundum inſuper prioris Hexametri contextum, virtute Lectionis margini aſcriptæ, ex Prifciani ipſius ſententia, ac Fulgentij laudatoris fide celeriter repurgandum, ita nobis Petronium enucleantis: *Solus Cornuſ contra rerum naturam in medijs aſtiuſ ſernoribus ouiparoſ pullulat fœtuſ, unde & Petroniuſ:*

P. 158. v. 18. *Sic contra rerum Natura munera nota*

Cornuſ maturuſ frigibuſ oua reſert.]

Iam quod ad finem eiſdem attinet, iſ verò (me iudice) haud abſurdè adeò agglutinari poſſe videtur ad alteruſ Poëtæ noſtri Hexaſtichon quoddam de Caralectiſ magni illiuſ Scaligeri depromtuſ, atque in idem porro inter Petronianæ cœnulaſ reliquiã, extra Satyræ ipſiuſ ordinem tamen, ab obſonatore Lugdunenſi relatuſ primuſ, cum Lemmade iſtiuſmodi:

DE VITANDO FASTIDIO.

Id enim omni ſanè ex parte huiuſ, quo de agitur, Carminis argumento reſpondet peniſſimè: quod ipſum clariuſ adeò vt liqueat, Epigrammatiſ prioris exordio ſequentiſ auiſuſ ſub vno quaſi aſpectu lecturiſ propo-
nere:

v. 26. *Non uno contenta valet Natura tenore,*

Sed permutatas gaudet habere vices.

Nolo ego ſemper idem capiti ſupponere coſtrum,

Nec noto (id Mellero placebat) ſtomachuſ conciliare mero.

Tauruſ amat gramen mutata carpere valle, &c.

Sequitur deinceps in editione Bineti Epigrammatium multò argutiſſimuſ, *Pſittaci* (vti apparet) honori conſecratuſ, quod quia obſcuritatiſ nihil habet elegantiaſ plurimuſ, gloſſematiſ meiſ corrumpere ſuperſedebo tantuſ ab ipſo cõtextu manuſ abſtinere Lectoreſ velleſ, vbicunq; alteriuſ ad marginem adſcriptæ lectio-

nis suppetierit copia. Ea enim optima ac Petronissima esse persuasum tibi habeas, mi Lector (generatim, hoc est, de toto opere in vniuersum prædico) quæ singulis paginarum oris prætexta aliquem scripturæ variantis præstunt Titulum.

ET HOC PVTA VATFM DIXISSE. Nec minor tertij Carminis luculentitas, quam in prioris tamen Hexametri particula cogimur desiderare. Nam quanti obsecro pretij est illud?

v. 29. *Naufragus eieſta nudus rate, &c.*

Ego certè (si & fidei & notæ præscæ codices auctores in mundo haberem mihi) lubenter adeò emendarem:

Naufragus emerſa nudus rate.

Neque enim, *Eieſta* quid fiet, hoc utique tempore diuinare possum.

CAPVT VI.

De controuersa Lektionis veritate in versu Petroniano exagdyōw, variâ, atque in omnes partes disceptando certatum. Quid Romanis Orea. Aras, pro Cancellis, quos, Priſcorum Quiritum exemplo, patrio sermone Kaios vulge nominitamus; Auricolas, pro Nubiculis positos videri. Locis aliquot laborantibus suppetia lata.

AD octauum Epigramma salutationem porro trāseamus. A etenim reliquis, in medio quæ sunt, abunde Binetus ipse medicinā fecit: Id adeò in *Curtos Iudaos* (genus apud Romanos quod contemptissimum erat, vnde & *Recusitum, Verperum, Apellarum, Sabbatariorum* inditis ex recognitionibus per *suramam* contumeliam appellati) detortum apparet. Quid enim?

Pag. 159. vers. 14.

Iudeus licet, & porcinum Numen adoret,

Et cæli summas aduocet auriculas;

Ni tamen & ferro succideris inguinis oram,

Et nisi nodatum solueris arse caput, &c.]

Ita enim est in contextu. vnde Binetus, *Arkam*, nobis extricauit scilicet, quod *Circumcisio* (vel Scriptura teste) sit velut *Arrabo* quidam nationi Iudaicæ. sed & *Oram*, id eadem ora adnatum leuimus. Ego verò quid sequar, *and qu m* ipsum me potius, atque hocce porro quod apponam denique.

v. 16.

v.16. *Ni tamen & ferro succiderit inguinis oream, &c.*] prudentissima translatione, pro pellicula glandis sphæram cooperiunte; quod ea sit veluti frantum, siue luparum potius (hoc enim *Orea* est) iis dico, qui recutiti vel circumcisi non sunt. idque ipsum eo sit verisimilius nobis, quod Metaphoram inchoatam porro continuare voluisse videatur Petronius; nec, quod semel prosperè sub manum atque ex sententia cessit, relinquere, præsertim quum de *Nodato capite* continenter atque è vestigio subiungat. Quid vetat & pro *Labio*, *Oream* interpretari hoc loco, figura non absumili? quod *Præputium* glandi nihil aliud, quam *Labram*. quippe quod duplici seu bipartito Bifrontis Dei cognomine nunc *Clusum*, nunc *Patulium* pro re nata possis indigitare. *Oream* vero ab *Ore* sic dictas, ac vtramque quam proposui significationem habere tam Latinis, quam Græcis (qui *Labra* etiam *χαλκός* vocant) gnarum nobis ex Festo, principis illius loci Scaligeri Commentariis, vti ipse Illustris est, illustriore reddito, *Quam solis radij esse, olim cum sudum est, solent*. Nec tamen vel *Oram*, vel (si malis) etiam *Aram* in Petronio defensari posse abnuerim. sed pro *Ara inguinis Iudaici*, sic tanquam pro *Aris & focis patriis*, voris gladiis depugnare velle, id verò æquum sanè haud arbitror:

Neque illi, qui faciunt, mihi placent, planè loquor.
animo tamen æquiore hoc ipsum passurus, si præliatores istos modo, vel Pugiles potius, quam ratione *Ara* hoc loco locum habere possit, satis pol cognitum atque exploratum habere cognouero prius, quod quidem persuaderi mihi ipse vix posse opinor. Ego igitur huic generi, tanquam in tempore auxillaris venturus, aio afferòque *Aram*, siue *Oram* *Iudæo inguini* non minùs aptè mehercule, quam *Oream* illum nostram congruere. vt videlicet primum illud (*Aram* inquit) pro *Cothone Serniano*, hoc est, pro margine, labro, seu crepidine aggestu terræ in altum editius aliquanto exstructa, qua flumina (vti Carus loquitur) *oppilantur*, ad vndarum exastuantium impetus potissimum coercendos, dictum interpretemur. Quod quidem genus nos populari sermone *Karo*, indigitare consueuimus iam inde ab antiquo. quam Romanæ item notæ vocem esse, ab eodem Sermone illo quem dixi, edocti fuimus iam olim. *Caiare* enim apud *Quirites* Priscos illos, *Comprimere*, *coartare*, *compscere*.

vnde & Caieta pro atati cartrice, & Caiatio, *Mercurio*. Ita siquidem me malo:quàm *Puerilem eadem cum Fulgentio interpretari*. *Qui capite ipse suo instituit vestigia retrò*

Vtut est,eleganter mehercules *Aram* appellat pelliculam illam,cuius *Apella*,id est,Iudæi ex disciplina maiorum,ac patriæ Legis necessitate inopiam quodammodo patiuntur: quasi si *Labrum* seu *Crepidinem* dicas, supremam struthæ partem integumento suo probissimè adeò ac pudicissimè velantem.Idem ferè de lectione illa aliorum,ut *Oram* scilicet, dictum cupio;quod proinde vt vestimentorum extemitas *Limbus*,vel *Instita*,sic & folliculus,seu membranula illa peniculamenti instar simbriata ac laciniosa fascinum circumquaque ambire: imò verò coronæ,sue causæ in morem,vel cuculli potiùs capite illud ipsum prætexere videatur. Cæterum ecquidnam Pentametro illo sibi voluerit Petronius:

v.15. *Et cæli summas aduocet auriculas*: non mediussidius intelligo:nisi si rescribendum forsitan:

Et cæli summas aduocet auricolas:pro *Aurarium*,hoc est, ætheris ac nubium cultoribus: idque ex sententia illius, quod in Iudæos detortum prædicat Iuuenalis:

Nil præter nubes,& cæli numen adorant.

Pergit coipso in Carmine de eadem gente porro commemorare Petronius noster:

v.18. *Exemitus populo Graia migrabit ab urbe, &c.]*

Neapolim significari opinor periphrasticè. Huic siquidem *Græca urbu* cognomen peculiariter & quasi speciatim antiquitus tributum de Varrone nostro, Lipsio inquam,didicimus nuper. Vide quæ ad locum illum superiorem notata à nobis antea ubi mendicum exsulem in diuersorio *Græca Urbis desertum sese ac desolatum iacere, secum lamentatus Eucolpius*:Habes editionis eiusdem pagina quinta:

Vidi ego me tecum falsa sub imagine somni:

Somnia tu vincis,si mihi vera veni.

quo loco,Vinces, rescribi malim. Et mox altero ab hoc Epigrammate:

Pag.163. vers.16.

Iam veteres iras Venus,& Tritonia ponat.]

pro quo, *Tonst* inibi iam lætitatur. Denique tertij, hoc est, sequentis Tetraстichi initio, *Intertexta*,coniunctim scribendum. Sed hoc vilius,quàm pro monentis, aut

aut legentium etiam dignitate : quemadmodum & alterum illud in venustissimis illis oppido , ac vere Eroticis Hexametris nescio cuius amatoris Poëtae , quos inuenias supra.

Pag. 151. v. 30.

Guttur nunc alia magnifue monilibus ornet,

Aur gemmas aptent capiti, &c.]

Hic siquidem *Magnis monilibus* , palam hodie procusum exstat, repugnante initialis syllabae mensura, & quidem contumacissimè, in dictione *Monilibus*. Nec minùs leuiculum illud Disticho, cui *Casaris* praemissus Titulus, in honorem (vtri apparet) Lucani Cordubensis:

Mantua da veniam fama sacrata perenni, &c.

vbi, *Fama*, potiùs placet. tametsi non ignorem receptam lectionem vel Tullij ipsius praesidio atque auctoritate defendi posse, scribentis : *Consecrare aliquem omni genere monumentorum*. Illud verò magis nugas etiam, quòd pro *Arte*, *Ante* reposuimus hocce Pentametro.

Pag. 165. v. 18. *Fit moriens ludus, qui fuit arte pauper.*

C A P V T V I I.

Poëma quoddam Madaurenfis Philosophi, de Menandro conuersum ; longò illud quidem omnium venustissimum, ceterum plerisque ignotum inuisumq; , hactenus : ideoque post nuperà Bineti editionem formis recudi iussu denuo, Loca in eo non pauca explicata, correctà, vel illustrata:

Exemplum hocce Capite Phœnicis illius Iusti Lipsij imitari decretum est mihi: atque vt ille PERVIGILIVM VENERIS ab eruditissimo I. C. Pithæo subministratum sibi ablectissimis E L E C T I S suis inseruit nuper: item & ego alterum quoddam haud minoris elegantiae Poëmatium non lectum antea, non visum, doctis (vtri spero) ac bonis omnibus cupientissimis, imò cum summa adeò ipsius Bineti (ab eo enim hic argentiarius) voluntate, gratiâ, fauentiâ in publicum adoptabo mihi. Dabo hocce primum Romanæ Poëseos ac communium studiorum cultoribus: dabo etiam Genio ipsius meo: dabo denique, imò meritò lubens redonabo Auditori suo scilicet, quem quum ante hac dilexerim semper, nunc etiam,

Ob unici huius Carminis facietiam,

Bb 5.

Dignum

Dignum Latinis, haud Batavi auribus,

Et amaro capior pariter, & admirarier.

Is autem L. Apuleius cluit, Philosophus ille Madurensis nobilissimus: atque ab illo architectone Poëma istud, quod dico, exstructum. in cuius partibus aliquot singillatim castigandis, ne opera nostra largiores esse, neve industriam apud Lectorem ostentare velle videamur, Carmen integrum, præmissa antea Inscriptio, antelogo huic nostro protinus subiiciemus: non quidem ut hoc ipsum in editionis suæ contextum retulit Binctus, sed quomodo nos partim ex variis eiusdem lectionibus ad oram libri attextis; partim ex priui ingenioli coniectura vniuersum porro illud rescribendum existimamus. Exemplum vide.

Pagin. 220. v. vlt. L. APVLI Aνεχούδου & EXME-
NANDRO.

Amare liceat, si potiri non licet:

Fruantur alij non moror: non sum invidus.

Nam sese excruciat, qui beatis invidet.

Quos Venus amavit, facit amoris compotes.

Nobis Cupido velle dat, posse abnegat.

Olli purpurea delibantes oscula

Clemente morsu rosea labella vellicent;

Malas odorent ore & ingenuas genas.

Et popularum nitidas geminas gemmulas.

Quin & cum tenera membra molli lectulo,

*Cum pectora * atharent Veneris glutino;*

Libido quum lascivo instinctu suscitet

Sinuare ad Veneris cursum facmina, facmina

Inter gannitus & subantis voculas,

Carpant papillas atque amplexus intiment:

Arentq; sulcos molles aruo Venerio;

Tbyrsumq; pangant hortulo in Cupidini;

Dum crebros i&us combibente lumine,

Trepida in decursu Venere, & anima fessula,

Esaculent topidum rorem niveu laticibus.

Hac illi faciant, quæ Venus non invidet,

At nobis casto saltem delectamine

Amare liceat, si potiri non licet.]

Nunc quid in his ipsis potissimum variatum sit, videamus; correctionum nostrarum rationes in loco atque in tempore reddituri.

*Cam pectora * adherent, &c.]*

Lacunam

Lacunam in medio vides; sed verò modicam eam, & cui explendę sesquipedali verbo neutiquā sit opus. Itaq; statim auxilium à Bineto inuenit: una, interponere auso. hac ipsa illum manu quasi ducente sententia. Mihi verò idē iuris istuc ab Hypercriticis nostris si tribuatur, quid vetat, quo minus *Arte*, siue *Arte*, *ἀντὶ τῆς ὕλης* Vna, in vacuū porro venire Veneris glutino agglutinatum iubeam?

Libido quum lasciuo instinctu suscitetur

Sinuare ad Veneris cursum fœmina, &c.]

Ita restituit, ac distinxit, nisi me animi mens fallit, ὁ δὲ ἄλλος. Neque verò est, quod quenquam nouitas eius loquutionis offendant:

Suscitat sinuare fœmina ad Veneris cursum:

qui modò in tractatione Poëtarum ingenij acie ac nervos subactos habeat probè: pro *Incitet*, seu *solicitet sinuare*, hoc est, ad lunanda implexu sinuoso, & quasi pectinatim conferenda, atque *flexipedum hederarū in morē contortiplicanda* inter se femora, siue ad eò fœmina, amātes vt solent. quod *Congenuare*, vel etiam *Congenulare* casca dictitabat Latinitas. Quod si quis Bineto subscribere sese maluerit potiùs, emendenti præmissio commate:

Sinuare ad Veneris cursum, &c.]

ecce hīc etiam secundas agere paratum Douſam. hoc enim satius consultiusque esse deputo, quàm in ambiguum litem descendere, aut in diuidiam porro venire cum homine ignoto:

Atq; amplexus intiment.]

Nouiter dictum, at rationabiliter tamen. estque, *oscula* (vt apud Ouidium meum est) *linguis lactantia*,

Valgiter obortis alte insinuare labellis.

& (quod Plautus perhibet) *proserpentem bestiam facere, duplicem vt habeas linguam.*

Thyrsumq; pangant hortulo in Cupidinis.]

Latine, ac signatè oppido. si modò eorum hominum acumini credendum, qui à *Thyrso* isto non Bacchico, sed *Ithyphallico* vernaculum illud nostrū, quod hodie fœminis præcipuè ad quemuis subitam casum, putà si pedem offederint, aut testum fortè manibus prolapsum confregerint, temere ac muliebriter proclamantibus; vulgò in ore esse consuevit. haud quidem iis Togatis dico, aut vili de plebe modo; sed verò his Stolatīs etiā,

Quæsiq; regit medios instat a lingua pedes:

hoc est, de summo Matronæ loco ac ordinis primarij,

muleò in speciem honestissimis. Neque id adeò mirandum, quum *Thyrſus* nihil aliud, quàm *Scapum*, siue *Caulē* in morem columnæ supinatum ac subreptum Latinis hominibus designet. Sed neque minor proprietates in verbo *Pangant* pro *Figant* posito. qua ratione & *Planta* & *Ta'eola pangi*, vel *depangi* dicuntur, quum inhumantur, hoc est, deteruntur aut defiguntur in terram. Vnde & Strategus ille Poëtarum Mantuanus noster:

Pange ordines viſes.

Vide Festum. De *Hortulo* verò *Cupidinis*, metaphoricè ad rem voluptatum translato, quod eodem addit Apuleius, posteaquam Veneri arui arationi *Vim illam Luſillianam*, id est, ſa. um genitalem rite atque ordine ſubiectiſſet, conſulendus ſios ille Belgarum vnicus Lipſius noſter Antiq. Lectionum libro 111. Sequitur deinceps:

Dum crebras iſtus combibens lumine,

Trepida in decurſu Venere, & anima ſeſſula, &c.]

Iſta enim emendare potiùs viſum nobis, quàm retinere id quod in contextu eſt modò: *Combibens lumine*, aut quod ad oram à Binerio ad textũ legitur: *Connuſcent.*

Combibere porro iſtus lumine;

tralatio omnium elegantiffima: à quo etiam Lucretianum illud alienum videri non debet;

Sic igitur & Veneris quæ telus accipit iſtum,

Sive puer membris mulcibus hunc iaculatur,

Sive mulier toto iaciens à corpore amorem

Vnde feritur, eò tendit, &c. —

Sic, Amorem bibere, Virgilius: *Ignem totis oſibus, imò mollis bibere*, aut *vorare*. Ovidius, Papinius, & cæteri omnes, quicquid eſt Poëtarum. Apuleius hic igitur, *Patres in Venerem, fractosque a: verè patrans oculos denotare volens eorum exprimit habitum, qui validis Veneris compagib. hærentes* (vbi apud eumſe Carum noſtrum legimus) *ſollicitant ſpatium decurrere amoris.* hoc eſt, quum res ad effectum iam ſpectat, Poëta Sulmonenſi haud ignarum. Sic enim ille 11. de Arte

Aſpicias oculos tremulo fulgore micantes,

Vt ſol in liquida ſape refulget aqua.

Sed & Iuuenalis:

Oculosq. in fine tremantes.

Ad ſuperiorem Lucretij *Decurſum*, illa etiam ſequentia opportunè poſſis accommodare:

Trepida in decurſu Venere, & anima ſeſſula, &c.

Quæ

Quæ quidem restitutio feliciter (vix spero) nata nobis sub manu; quum in Bineti editione:

Trepidante cursu, Venere & anima fessula, &c.

Hæpida hercule, ac coacta nimium constructione legatur. Etiam, *Laticibus*, scripsimus, cõtextum potius, quàm succidaneam, quæ margini adhæret, lectionem sequuti. ea verò, *Lactibus*, refert. quod vti barbarum ac inuenustum, hoc utique significatu, nec ipsa quidem Amorum mater aut nobis, aut Apuleio vnquam opinor persuaserit.

CAP V T V I I I .

Alterius itam lepidissimi Poëmatij Exemplum, Carminum Horatianorum genera omnia ac modos singulis versibus complecti: nuper à Cruquio primum, mox à Bineto, tertio nunc denique à nobis editum, & plenius & emendatius: non sine curiosa difficillimorum locorum explanatione.

Pergam officium meum exsequi porro, & quando semel iam exorbitare institi, alterum quoddam Poëte quidæ incerti, cæterum venustate & vetustate nihil (vix spero) priori illi Apuleij Poëmatio concessurum, in commune proponam. Promulgatum id nõ ita pridem, & quidem bis eodem anno iterata editione, primum vñ comitate atque industria liberalissimi Cruquij nostrij; iterum ab vnico superiorum Carminum editore Cl. Bineto: non sine lituris, mendis, ac licunis aliquot, quas tamen facta vtriusque exemplaris conlatione, nos & excarcire & integrare posse confidentia est. ita alterum alterius auxilio eget. Argumentum ex Titulo haud ignotum. Ipse candidissime mi Lector, consideres licet.

Pag. 220 vers. 10. P A S I P H A A E F A B V L A *Extat*
EX OMNIBVS METRIS HORA- *apud C.*
TIANIS. *Rusinũ*

Filia Soli

Estuat igne novo.

Et per prata iuuenctum

Mentem perditã, quaritat.

Non illam thalami pudor arces,

Non Regali honos, non magni cura mariti.

Optas in formam veni

Bb 7

Optat

*de Me-
tra.*

Converter vultus suos:
 Et Præides dicit beatas;
 Ioq, laudat, non quod Isis alta est,
 Sed quod iuuenca cornua in frontem lenat.
 Si quando misera copia suppetit
 Brachiu ambis fera colla tauri,
 Floresq, vernos cornibus illigat,
 Oraq, iungere quarit ori.
 Audaces animos efficiunt tela Cupidini:
 Illicitisq, gaudet
 Corpus includi stabulis, se faciens iuuenecam.
 Et amoris pudibundi male suadu
 Obsequitur votis, & procreat (hen nefas) bimēbrē
 Cecropida iuuenis quem perculit fractum manus,
 Filo resoluens Gnosia tristia tecta domus.

Restituimus (vt vides) Et per prata iuuenecam, legiti-
 mam Bineti lectionem præ Cruquiana illa subdititia:
 & perpetrata iuuenecam, meritò hercule ac perliben-
 ter amplexi. Atq; vt hîc Pi&tauensis illa Antuerpianæ,
 ita contra Antuerpiana Pi&tauienti septimo abhinc ver-
 sa multis millibus mea quidem sententia antistat, in
 hocce exemplo:

Ioq, laudat, non quod Isis alta est, &c.]

Etenim in editione Bineti defectus hoc loco, quem ex
 Cruquiana suppleuimus, antiquo Memphitice Deæ no-
 mine retracto è fuga. Etiam *Iuuenca* ibidem, àntè rē *Iu-*
uenca, restituere ausi, huiuscemodi interpretationis fida-
 cia maximè: *Pasiphaë* lūi felicitatem non cessat prædica-
 re ac magnificare præ sua; laudibusq; in cælum vehere
 assidue; nō eo quidem nomine. quod primaria Aegypti
 Dea, ac quasi Præfestrrix, nouo præterea Hidis cognomēto
 insignis eluens; verum potius, quod vaccina forma, la-
 tæoq; candore notabilis cornua superbè ac gloriōsè
 elata atq; in frontem subrecta gerere conspiciatur. Quid
 verò, annon cornuta vtrobiq; Inachis,

Sive iuuenecam illam, siue Deam facias?

Iuuenecam, quod de puella omnium formosissima in cā-
 dida iuuenæ faciem ob furiosam Iunonis æmulationē
 conuersa primitus: *Deam* autem, quod, quum ipsius Isi-
 dis personam, omnēmq; imaginem gerit, non alius cœ-
 lestis Numinis, quàm Lunæ nobis habitumque ac per-
 sonam repræsentet quæ candida est, & cærulea, hoc est,
 humida, maximèq; diebus primis corniculata. At *Pasi-*
phaë

Siphæ hanc ipsam nō vt *Isidem* lunatis atq; in frontem eleuatis cornibus conspicuam; sed verò vt patalem bouem laudibus in cælum tollit; ac *Iuuenex* potius, quàm *Dee* similem fieri exoptat sese: quo non homini, sed cauro adultero suo, vaccina scilicet specie totam approbare se possit. Reliqua in libris Formulariis bene se habēt vsque ad Distichon illud:

Illicitisq; gaudes

Corpus includit stabulis efficiens iuuenecam.]

Ita enim est in vtrisque, idque ex diuini illius Scaligeri castigatione maximè, quam nos penè integram sequuti sumus; excepto, quòd pro *Includit*, postrema exclusa littera, *Includi*, pro *Efficiens*, transpositis sic quasi per *palæ-*
Son prioris syllabæ elementis, diuissim, *Se faciens iuuenecam*. Fatali huic monstro probabiliter condonauimus: hoc est, assimilans sese, quasi reuera *Iuuenca* fiet. Nota enim prodigiøsè quidē, sed antiquæ fidei Historia, qua abiegnæ bouis *Dædali* artificis simulacro fallaciter inclusa, ac bouille integumento velata indomita hæc *Minois* vxor ductori Regij armæti inforandam se præbuit, ex cuius compressu grauida facta non hominem, sed *Minotaurum* in gremium currucæ mariti profuderit denique. Possit & lectio constitui ac reconcinnari hoc modo:

Illicitisq; gaudens

Corpus includit stabulis, &c.]

vt Participium rō *Gaudens*, accusandi, haud nominandi. Casu acceptum, ad vocem *Corpus*, nō verò ad ipsam *Siphæm* referamus, eadem permanente sententia, scilicet rō *Stabulis*, vero etiam ambiguitas nonnulla subesse videri possit. & fortasse ad penitiorē *Stabulorum* significationem allusum, vnde & *Prostibula* & *Prostibula* deriuatz, quasi pro *stabulis* prostantes ad capturas emerēdas exigundāsque à prætereuntibus. de prostitutis loquor, ac Togatis hisce, quæ metetricium quæsti sui gratia in propatulo facere condidicerunt scilicet: quod genus vnuersum ita graphicè verisq; ac genuinis coloribus expressum ab vnico illo Comicarum principe habes in Pœnulo:

Procedas, pistorum amicas, reliquias halicarias,

Miseras, schæno delibutas, seruilicolas sordidas.

Quæ tibi olant stabulum, statumque, sellam & sessibulum

merum,

Quas.

Quas adeò hanc quisquam unquam liber tetigit, neque duxit domum.

Scruolorum sordidarum scorta Diabolaria.

Sed & *Præsepim*, siue adeò *Præsepium* apud eundem pro mansiuncula meretricia, hoc est, pro fornice, lustróque ac loco libero usurpatum reperias non semel, nec apud Plautum modò, sed verò apud Varronem quoque, & ipsum M. Tullium, *Omnia enim loca clausa & tuta Præsepia vocitata antiquitus*, teste Nonio. Neque alio uorsum Iuuenalis illud, mea quidem sententia, interpretandum: *Qui bona donauit: præsepibus, &c.*

Porro ne quis postremum Hemistichium istud ita ut posuimus modo, legere addubitet nobiscum, loquutionis fortasse insolentia offensus; eum verò ego à Latinorum Comitorum Principe melius Latine addiscere, indidemque has phrasas in animum suum immittere, ac fideli memoriz commendare iubebo: *Bardum, Vilem, Gloriosum, Facetum etq, Magnificum virum facere sese*: interdum omisso etiam pronomine, quomodo *Ferocem facere*, in Mostellaria id quod nostris quoque Idiotisimis consensit planissimè, quæis vulgo dicere soliti: *Faire la pretieuse, le brave, Oenprachert ofte den haen maten*. Nam quod in Pictaviensis editionis contextu, *Effigies iuuenca*, quasi per appositionem, superiori sententiæ connexum appensumque legitur, quid vero ad emendationem hanc nostram? quæ tamen si cui obessoris naris Lucumoni arriserint minùs, poterit, me quoque hoc ipsum præeunte sibi, *Effigies iuuenca*, hoc est, sub mendaci iuuenca lignæ velamento, falsoque adumbrata vaccinae personæ speciei ac simulacro extrinsecus, contentus, sibi potius approbare, quàm mihi. nam ipse sanè ad me quod attrahet, à prioris sententiæ statu haud faciliè dimouebor.

Habes subinde:

Et amoris pudibundi male suadis, &c.]

Pudibundi, non in laude, sed in vitio positum videtur, pro pudèdi ac merito erubescèdi amoris morbo, scilicet, quod silètio prætereundum haud quaquam putauimus.

Versu verò intepenultimo, qui sequitur, geminam in Pictaviensi exemplari lacunam Cruquij nostri comitate expleuimus: cui hostimentum par pari de alieno aliquando ut redderemus, manu ductore Bineto in proximo Sapphico synarteto vicissim auxilio fuimus, primum pro-

pro recto patrium, deinde pro auferendi casu rectum in extremo substituentes : hoc amplius , deleto commate, quod versùs sententiam in medio conturbare vtrobiq; ac destruere visum hæcenus. Eleganter verò *Bimembrem*, hoc est, bisformem , seu bicorporum vocat portentosum Pasiphaes partum: quæ cum ingeniosissimo Poëtarum Ouidio,

Semibonemq; virum, semivirumq; bonem,
rite possumus interpretari.

C A P V T I X.

De Vitri fixilis temperamento Tiberij Principis temporibus reperto. Eius adeò rei causa quatuor Scriptorum Auctoritates producta atque inter se conciliata mutuo. Distorum aliquot Io. Salisberiensis Arbitro auctori suo (illuc unde bonum pedem attulerat) liberali ac literali causa assertorum enumeratio.

Petrus Crinitus, magni illius Polimani auditor ac discipulus inter cætera industriæ atq; ingenij sui facinora libros nobis complures **H O N E S T A E D I S C I P L I N A E** Titulo honestos reliquit. In iis, præter Grammaticæ rei ac verborum veterum tractationem, multa item ad Historias reconditiores pertinentia passim lætitantibus occurrunt, quibus Sallustianū illud in re optimo occurrere possit: *Fides sit penes auctorem.* Ea excipio modo, ubi non abs seimet, sed verò ex eertorum monumentorum relatu calciæul ritus, vel res etiam interdum gestas, curiosa fœlicitate conquisitas, recenset. quo in numero illud quoque (vti spero) memoria haud sanè idignum videri poterit, quod idè de *Vitri ductilis*, seu *flexilis* inuentione, ea qua à Scriptoribus præcis acceperat fide, nobis porro examinandum proponit. quæ res quoniâ miraculo affinis, eademq; nostro quoq; Arbitro digna æstimata, quam conuiualibus Trimaitionis sui festiuitatibus interponeret, ne nobis quidem aliena videri debet, quam paulò altius fusiùsque repetitam adductis vndique in vnum testimoniis asseramus atque corroboremus in pòsterum. & quidem eo hercle curiosius, quòd de gestæ rei veritate ipse Plinius nonnihil vtique visus subdubitare. Sic enim vnicus ille ac fidelissimus Naturæ arcanorum scrutator lib. xxxvi. cap. xxvi. *Ferunt Tiberio Principe.*

*Ad p.
84. v.
21.*

non nihil dissentiens. libro de Nugis *Cyrculium* IV. cap. V. qui *Polioraticus* inscribitur, non quidem de suo, ne quid erres, sed verò de alieno (id quod Corniculæ isti cū farroribus illis semiprisca, Solino puta, Macrobio, Isidoro, atque aliis eiusdem farinae māgonibus commune) scilicet utique, præsertim de Saturæ Arbitri nostri, quam ex hac eiusdem ediffertatione auctiorem porro instructioremque suo loco, hoc est. Trimalcionis cœnæ reddas licebit: *Apud Petronium Trimalcio refert fabrum fuisse, qui vitrea vasa faceret tenacitatis tanta, ut non magis, quam aurea vel argentea frangerentur. Cum ergo phialam huiusmodi de vitro purissimo, & solo, ut putabas, dignam Casare fabricasset, cum munere suo Casarem adiens admissus est. Laudata est species muneris, commendata manus artificis, acceptata est deuotio donantis. Faber verò ut admirationem inuentium verteret in stuporem, & sibi plenius gratiam conciliaret Imperatoris, positam de manu Caesaris phialam recepit, eamque validius proiecit in pavementum tanto impetu, ut nec solidissima & constantissima æris materia maneret illata. Caesar autem ad hæc non magis stupuit, quam ex-paui. At ille de terra sustulit phialam, qua quidem non fracta erat, sed collisa, ac si æris substantia vitri speciem induisset. Deinde martiolum (lege, marculum) de sinu proferens, vitrum correxerat aptissime, & tanquam solisum vas aneum crebris ictibus reparauit. Quo facto se cælum Iouis tenere arbitratu est, eo quod familiaritatē Caesaris & admirationem omnium se promeruisse credebatur. Sed secus accidit. Quasi animo Cæsar, an alius sciret hanc condituram vitrorum. Quod cum negaret, eum decollari præcepit Imperator, dicens, quia si hoc artificium innotesceret, aurum & argentum vilescerent quasi luteum. Et ut palam demonstraret se quoque supradictæ Historiæ fidem, non minùs quàm Plinium, suspectam meritorè ac controuersam habere, subiungit suis verbis protinus: An vera sit relatio & fidelis, incertum & de factis Caesaris diuersi diuersa sentiunt. Quaternas (ut vides) Auctoritates produximus, Crinito, duorum testimoniorum suffragiis superato, idque Petroniani honoris causa maximè, cuius an Salisberienfis iste pro rei merito, aut scriptoris etiam dignitate rationem habuerit satis, prudentioribus porro ingeniis considerandum relinquo: hoc unum præstare cōtentus modo, priorem huiusce narrationis partem auctori suo Arbitro acceptam referendā videri, non qua ad sententiam tantum, sed verò qua etiam*

addi

additionis simplicitatem, ipsumque verborum ambitum, tamen si stellis multò candidissimis nebulam à Britanni illius fustonia aspersam non negauerim: sed ita tamen, ut pannum in purpura positum haud obscuris utique indicibus deprehendas. quemadmodum & libro *Polycratici* vii. cap. xv. sub finem, ubi aliam quandam sententiam tacite ac dissimulato auctoris nomine in usus accomodat suos. verbi gratia *Nam, ut dici solet, amor ingenij nunquam hominem diuitem fecit.* pro quo in *Satyrico* nostro inuenias:

Pag. 73. v. 30. *Amor ingenij neminem unquam diuitem fecit.*] Denique initio capitis sequentis quis obsecro nò videt latibulum furti quaesitum verbis illis: *Qui solas diuitias congerere curant, nihil in vita potius credi voluit via, quam ceteris praeulerunt:* qui quidem *Petronianum* istud memoriter commemorerit modo?

Pag. 74. v. 7. *Deinde, qui solas exstruere diuitias curant, nihil volunt inter homines melius credi, quam quod ipsi tenent.*] Penè praeterieram immemor, quod prius monitum oportuit, ad cenam quoque *Trimalcionis* alterum eiusdem. Centonum sarcinatoris exemplum pertinere, à *Fragmentoribus Arbitri Editore.* per incogitantiam credo, silentio praetermissum. Id verò libro *ix. cap. ix. Polycratici*, quem dico, reperitabis huiusmodi:

Pag. 66. v. 17. *Cenam Trimalcionis apud Petronium, si potes, ingredi, & porcum sic gravidari posse miraberis, nisi forte admirationem multiplex ignota & inaudita luxuria.*] Ad quam Cenam etiam retrahendum autumo *Fragmentum minutulum*, quod à *Fulgentio Grammatico* sub *Petronij* nomine citatur his verbis.

Pag. 154. v. 3. *Postquam ferculum allatum est.*]

O D A
IN EDITORIS OPERISQUE
COMMENDATIONEM.

Ergone Dòusa sic totiens reus
Inertis otii murcidus arguar?
Surdaz, suspensam Vacuam
Ade chelyn paries habebit?
Vox nulla vocem, non sonus hinc sonum
Ciebit, ecquid languidulis sit

Graviss

Gravæ veteris oppressus usque
 Spiritus in numeris fatiscet?
 Non hoc Apollo, non cupiant novem
 Camæna; amæna olim mihi numina:
 Non Hora, & vda transmarino
 Rore Venus, Charitumq; Triga.
 Hoc illa nolit, quæ miserum in rota
 Me versat Aeglis usque Cupidinis.
 Lepore quæ cessura nulli.
 Nulli adeo Charitum secunda,
 Ipsam pol ipsam prouocat amula
 (PRÆFISCINE hoc, lux o mea dixerim)
 Forma Dionem; apta una nobis
 Exanimis animare versus,
 Age ergo toto, Calliope mea,
 Te literarum flumine prolue:
 Quâ leniter crepante lympa
 Aonidas beat Hippocrene;
 Quâ succulenta Apollineum ebric
 Vatum tumescunt pectora; quos stupet
 Ferire nubes, intumescque
 Iam penetrare poli recessus.
 Quos unus cum inter Doussa, velut iubas
 Thaumantia alium, supra Amathusidos
 Elatus orbem, dio atrocem
 Præripit ingenio ruinam:
 Lucasq; Phæbi flammeus obruit:
 Victum unde iam se Tyndareus stupet
 Nitior, decore inusitato
 Astra noui feriuntis ignis.
 O ille felix bis, ter & amplius,
 Cui, Doussa, lucem fax præcat tua,
 Cæloq; donet, imminentis
 Fati abolens timidam querelam.
 Plande o Salusti, si quis adhuc super
 Sensus relictus morte obita est tibi:
 Catulle, & Albi plande, felix
 Tuq; tuis numeris Horati:
 Eruderatis quæis iterum licet
 Clarum sereno ferre caput polo;
 Nunc & per ora obambulare
 Omnium, & omne, duce hoc, per anuum.
 Plande elegantis nequitia pater.

Atque

Atque erudita luxuria Arbitr,
 Qui vix tibi notus misue
 Quam miser, hei misere peribat
 En redditus pone ipse tibi, & simul
 Deterfa toto corpore, qua lues
 Diducta corruptos per artus
 Vitam adeò fugientem alebat.
 Laus hacce Doufa debita, qui tibi
 Unus salutare applicuit manum:
 Iam iamq, sub dmro iacentem
 Limine te reuocauit Orci.
 Qui te patri dum vindicat à fitu,
 Ipse horridismet se eripuit rogis.
 Fallor ne? an hac Apollo Deli
 Creditur intonuisse ab arce:
 Tu Doufa viues (maeste) tuo ARBITRO.
 Viuesq, Doufa (maeste) tuo ARBITER:
 Nec iuris in vos quidquam habebus:
 Funderis imperiosa fata.

Hadr. Blyenb. Scobb.

CONRADI RITTERS-

H V S I I I. C.

N O T Æ

IN PETRONII ARBITRI

SATYRICON.

Pag. 42. v. 2. *Primi omnem*] G. S. *primum omnium*. fort. *primi omnium*.

Pag. 41. v. 23. *inter hac nutriuntur*] Leg. ex vet. cod. *hac tantum nutr.*

Pag. 42. v. 6. *Nondum iuvenes*] hoc dicit: *maistos* prae-
stantes olim poetas & oratores euasisse, etsi non ita de-
clamationibus exercerentur.

v. 8. *continebantur*] fort. *conterebantur*.

v. 11. *de'euerat*] fort. *dolauerat*.

vers. 14. *neque Platona, neque Demosthenem*] fort. *neque*
Plato, neque Demosthenes ad h. g. ex. accessisset. nam grand.

Pag. 43. v. 2. *Nimirum in huius*] I. G. *minimum*.

v. 4.

v. 4. *Cum insipientibus fierere*] quia ὁ τοῖς μαινομένοις μὴ συμμηνεύει. & ὅτι μαινέται.

v. 7. *sicci adulatorcs*] vide Plautum, vbi Parasitus inspicit librum suum, vt vnum de dictis melioribus inde depromat.

v. 15. *moratur in scopulo*] I. G. molitur.

ibid. *Quid ergo est? parentes*] vide similem modum apud Cuiacium in Paratitl. Cod. in præfatione.

v. 22. *indunt*] S. indunt.

v. 25. *sapientia præceptis*] vt viuerent secundum præcepta melius.

versu 32. *Quod quisquis perperam discit.*] Horatius similiter.

v. vlt. *Luciniana*] fort. Liciniana.

ibid. *humilitatis*] Legend. ex vet. cod. Pith. improbitatis.

Pag. 44 v. 2. *amat*] Leg. amat, ex Nonio, Giph.

v. 15. *mittat habenas*] I. G. mutat.

v. 31. *in hoc dictorum astus motus*] τὸ ἐν τῷ ἀπέλκει, vt mox, in cursu fatigatur.

Pag. 45 v. 5. *quia nec quo stabulū esset*] S. quia, id est, vbi.

v. 4. *diligenter tenebam*] τὸ diligenter, propriè & eleganter vsurpat.

v. 14. *putabam at subinde*] leg. putabam: & subsequor. inde vt in locum secretum.

Pag. 46 v. 2. *prolatoq, peculio*] vulgo, pecuo. quidam coniecit, peni. ille. sed peculium est optimum. nam peculius est ἡ αἰδομένη vt & infra, & apud Plautum; Peculinum quod femina summa sustinent.

v. 29. *de ruina arena*] S. arena ruina dimisit.

Pag. 47 v. 27. *bona fide*] ἡ fides, venerium. infra, per fidem misere, quemadmodum quidem soles.

* Pag. 48 v. 10. *quarum fidem malè ambulantiem*] id est, furtiua & mala fide possessa.

Pag. 49 v. 13. *Quid faciant leges*] hos versus ita aliquando imitatus sum:

Quid faciant leges, vbi vis aut gratia regnat

Aut vbi præstinguunt mœthera iudicium?

v. 18. *qui sedet*] Iudicium est propriè sedere. deinde nota, Equites solitos esse iudicia exercere.

Pag. 50 v. 12. *videamus*] Leg. videmus.

vers. 29. *ad constitutum*] putat S. hic nonnulla desiderari,

Pag.

Pag. 51. v. 3. *ridere acumen*] ironia.

v. 19. *expectanimus*] for. *spettanimus*.

v. 30. *lacrymas*] lacrymaz puto exoratz.

Pag. 52. v. 22. *risumq; facere*] puto omisum esse, publicum.

v. 23. *nulle vix*] al. *vix nulli*. Sch. *vix ulli*.

v. 25. *concuissa*] Schop. *confusa*. infrà; *confusus* hac denuntiatione. Et alibi; *persusus* pulvere multo.

v. 32. *periculo nostro*] fort. *peculio*, vt suprà.

v. vlt. *spissius*] id est, crebrius. Sic infrà, *spissare officium*, id est, frequentare, densare: *Exhortabatur* Coraca, vt *spissaret officium*.

Pag. 33. v. 10. *flectit*] fort. *plectit*, id est, nequit, vt Ouid. 2. *Amor. neſcere iurgia dixit*.

Pag. 55 v. 15 *in mente est*] fort. *in mentem est*.

v. 28. *extremum lumen*] id est, minimum.

Pag. 56 v. 5. *olim dormientes*] id est, iam diu.

Pag. 64. v. 27. *Ergo viuamus*] *Amici dum viuimus, viuamus*, et τάφην marmor Narbone.

ibid. *ſſe bene*] *luxus* omnem vitam voluptuariã complectitur Plautus, Bacchid. & Captiu.

Pag. 66 v. 29. *Luxuria ritu*] Publij versus.

Pag. 70. v. 13. *cum pramio*] *pramium* pro praeda, sicut suprà loquebatur.

v. 21. *agit mimum*] sic infrà *componere mimum* dixit; *Quid ergo, inquit Eumolpus, cessamus mimum componere*.

Pag. 71. v. 22. *ne infirmitas militiam perdat*] fortè, *malitiam*.

Pag. 72. v. 9. *Tantalus infelix, quem sua*] hoc sic in theſi accipiendum monuit Marth. Bergius;

Tantalus (infelix quem sua vota premunt)

Dinitis hac facies, &c.

vers. 23. *Semper hac in re qui vincitur, vincit. Rectè nam*

Si iurgiu pronocet te, da manus:

In iurgiu est victor u, qui vincitur.

Pag. 74. v. 4. *inſpicere*] fort. *inſistere*.

v. 12. *Nescio quomodo bona mentis soror*] vide Aristot. Probl. 4. sect. 29.

v. 23. *Quotiescumque enim in conuiuio, &c.*] Sic fit, teste Victore in Augusto; (úmque esset luxuria seruans, erat tamen ocij & vitij ſeuiciſſimus ultor; more hominũ, qui in ulciſcẽdu vitia, quib. ipsi vehementer indulgẽs, acres sunt.

Pag.

Pag. 77. v. 20. *Eudoxus quidem*] Eudoxus is, qui Græcis annum constituit.

Pag. 78. vers. 9. *Capitolio*] fort. *Capitolino*, scilicet Ioui.

v. 26. *ingens antrum*] al. *castrum*. fort. *claustrum*.

Pag. 79. v. 6. *ictusq;*] al. *latusq;*, vnde Scoph. *lususq;*, *malim, lususq;*.

Pag. 80. v. 32. *hac me aduentitia*] Leg. *hac me aduentitia*, scilicet cœna.

v. 34. *habeam rixandum*] phrasis Pliniana. vide libr. 1. epistol. 7.

Pag. 82. v. 13. *grabatum reiecit*] Scoph. *deiecit*. Higin. *molli demissa grabato*.

v. ult. *inguinum pondus*] vide Lexicon Iuris in *Pondus*.

Pag. 83. v. 19. *Afra volucres*] Horat. *Non Afra avis descendit in ventrem meum*.

Pag. 87. v. 18. *puer in balneo*] forma præconij.

Pag. 94. v. 33. *incretæ faciès*] *incretare faciès*, est creta illinere vel pingere.

Pag. 95. v. 16. *tementi*] fort. *dementi*.

ibid. *praligemus vestibus*] Sic Damasippus Horatianus 2-Satyr. 3.

— (*um vellem mittere aperto Me capite in flumen*. De velationibus capitis vide Iac. Scheckhium.

v. 26. *punili*] fort. *puncti*.

Pag. 101. v. 14. *quæ sola Salamandra*] *ne sola* videtur abundare Salamandra crines excutit. vide Serenum.

ibid. *exussit*] fort. *exussit*.

Pag. 104. v. 19. *stigmofosq;*] fort. *erginososq;*, *Ergini* caræ prouerbio quoque noti. vel fort. *Silanosq;*, vt Plaut. *Rudent. Recalum ac Silanum senem*, Giphân.

v. 23. *Quod solum forma*] v. c. *summum*.

Pag. 105. v. 4. *Corymbicq;*] *Corymbium* est ornamentum capitis muliebre, deminutum à *corymba*, vt *ῥαπτέων*, à *ῥαπτέω*, &c.

v. 6. *iaitura lineamenta*] fort. *natura* vel *saitura*, vt apud Agellium.

v. 30. *si vellemus audire*] sollempnis etiam nostris amiculis præfatio fabulæ. *Narrabo vobis fabulam si vultis audire* *Icke vveet ein meercken, vvil gy se hœren, ick vvil se seggen*.

v. 32. *Matrona quadam*] lepidissima fabula de leuitate muliebri.

Pag. 106. v. 1. *funus passu*] al. *funeris officium*. vide Seruium in Virgil.

v. 4. *Conditorium*] Seneca epist. 61. & 83. *conditium* vocat, id est sepulchrum, monumentum, *μνημείον*.

v. 14. *Commendabas lugenti*] fort. *commodabas*. Giphart. legit, *commundabat lugenti*, ut Columella loquitur, & Vlpian. l. 14. D. de sumpt. funer. ubi vulgo male, *commendandum*.

v. 16. *monumento lumen*] de huiusmodi luminibus Lucianus, Dio, Persius, &c.

v. 23. *proxima ergo*] v. c. *autem*.

v. 26. *notasset sibi*] fort. ibi. al. ibi sibi.

v. 28. *audisset*] v. c. *audiret*.

Ibid. *vitio gentis humana*] id est, curiositate.

v. 32. *substitit*] al. *substitit*.

Pag. 107. v. 5. *gemitu pectus diduceret*] sic dicimus *ilia ducere*, & *ilia suspendere*. Lucanus lib. 4.

Pectora rauca gemit, qua creber anhelitus urget.

Et defecta grauis longè trahit ilia pulsus.

Statius;

— *Nec tam integer illis*

Impotus, & longi suspendunt ilia fletus.

v. 8. *illa ignota*] fort. *inopinata*.

v. 21. *Id cinerem*] Virgil. 4. Aeneid.

Pag. 108. v. 3. *Placitòs*] Virgil. 4. Aeneid.

v. 10. *ut quisque*] id est, quisquis vel quicumque.

vers. 19. *supremoque mandauerunt officio*] id est, sepelierunt.

v. 28. *Nec istud, inquit, Dii sinant*] *Ne istuc Dii sinant*, *Das vuolt Gott nicht, da sey Gott fur*.

v. 34. *ex arca*] id est, loculo. Græcis *οσφός*.

Pag. 111 v. 1. *prope iam*] l. G. *properam*, id est, properè, & protinam & protinus, promiscuam & promiscuè.

Pag. 116. v. 14. *quod bene fliciterq; eueniret*] Cicero pro Muræna.

v. 31. *Multos, ô inuenes*] vide Horatium.

Pag. 117. v. 5. *Ceterum neque generosus*] quid requiratur in Poëta.

v. 19. *versum timuerunt*] for. *visam tim* Coler.

Pag. 128. v. 19. *Dij Deaq; quàm male*] NB. mala conscientia.

Pag. 129. v. 21. *in equestribus sedco*] *Equestria*, locus in scena Equitibus destinatus. vide Senecam.

v. 32.

v.12. simulacris emendatorem nulla vox est qua formam] Forma emendatior etiam à N. zario dicitur in Panegyric. Nullam matronarum, cui forma emendatior fuerit, boni sui piguit.

Pag. 130. v. 28. *fororem*] Frater & soror amatoris.

Pag. 131. v. 14. *Cursum detinuit*] ut scilicet mater Herculis Alcmena.

Pag. 132. v. 8. *veneficio contactus sum*] id est, frigidus & maleficiatus.

v. 15. *perluit ora*] al. proluit artus.

Pag. 133 v. 22. *licet ad tubicines mittas*] id est, perierint totus tubicines arcescebantur ad exequias.

Pag. 134. v. 5. *verbaq; codicillu*] N. B. (codicilli.

v. 6. *Pelienos*] al. Olienos.

v. 17. *paratus miles arma*] fort. parata.

v. 30. *mox cibo validissimu*] cibi libidinem irritantes.

Pag. 135. v. 7. *hesterno die*] id est, pridie.

v. 8. *Comitem anicula*] al. comitem profelenon aniculā, id est, antelunarem.

Pag. 136. v. 25. *quasillarias*] Turn. quasitarias. fort. quasituaras.

Pag. 137. v. 33. *ad cognitionem*] fort. cogitationem.

Pag. 139. v. 13. *Et quandoque*] id est, quodocunque.

Pag. 141. v. 7. *Inhorrui ego*] al. ergo.

v. 34. *calcato*] v. c. falcato.

Pag. 142. v. 3. *actu*] v. c. astu.

v. 14. *Hecates*] al. Hecale. & mox pro Bacchineas, Battiade. Hecales anus Atticæ cœnam terrestrem Theseo appositam Battiades, id est, Callimachus, celebrat. vide Plinium.

v. 15. *Excitato sinere*] fort. cinere vel pulvere.

v. 32. *diaria exigere*] Horatius; Servi diaria possunt.

Pag. 145 v. 6. *Quisquis habet nummos*] Horat. l. b. 2. Sermon. Sityr. 3.

— *Divina humanaq; pulchru divitijs parent.*

v. 13. *paret, non parei*] verba desumpta ex formolis Iuriconsultorum. vide Festum.

Pag. 148. vers. 18. *pericli abatur euertere*] Græcismutis, ἐκινδυνεύειν, id est, parū aberat, quin evert. esset.

v. 30. *oscillatione*] Oscillatio quid sit, vide Auson. l. 2. Sc. lig.

Pag. 149. v. 5. *Mercurium qui animas ducere*] ἐψυχῶν ψυχῶν.

v. 4. *Socrates Deorum hominumq[ue]*] scilicet testimoniū vel iudicio sapientissimus habitus, gloriari, &c.

v. 22. unde plani] id est, deceptores verbum Plinianum & Horatianum.

v. ult. omnes qui in testamento] exemplum conditionis turpis legato adscriptæ.

IANI DOVSÆ FILII IN PETRONII ARBITRI SATYRICON, Spicilegium.

Pag. 41. v. 9. *nunc & rerum tumore*] alij, verborum tumore. Simile in Seneca libr. 2. de Benef. quamvis dissimili notione : *Quid opus arrogantia vultus, quid tumore verborum?*

v. 10. *& sententiarum vanissimo strepitu*] Quid si inanissimo legis? sic postea : *Lenibus enim atque inanibus sonatibus quidam excitando.* Augustus Cæsar apud Suetonium : an potius Asiaticorum oratorum inanibus sententijs verborum volubilitas in nostrum sermonem transferenda.

Pag. 42. v. 14. *Et ne Poëtas quidem ad testimonium citom*] Macrob. Saturn. 1. c. 4. Et ut ipsos quoque Grammaticos in testimonium citem.

Pag. 45. v. 24. *Occurrit mihi aque lapsus ac moriens Ascyrtos*] fortè, lassus.

Pag. 46. v. 25. *cuius nec spiritus purus est*] Cicero v. in Verrem: *Apronium hominem vix liberum, contaminatum, perditum, flagitiosum, qui non modo animum integrum, sed ne animam quidem puram conservare voluisset.* Vbi licet notes hallucinationem viri magni, qui animæ facultatem hic innui existimat animi appellatione. Quod in Tusculana clarius dixerat : *Animus anima continetur.* Etenim longe aliud & flagitiosum quiddam atque æstivum intelligitur per animæ impuritatem.

Pag. 51. v. 23. *Qua mille vix homines noverunt*] alij: *que vix nulli homines noverunt, malim, vix ulli.*

Pag. 53. v. 16. *Omnia nimio risu exsonuerant*] Apuleius Metam.

Metam. 10. *Interim convivium summo visu personabat.*

Pag. 55 v. 27. *Lucerna quoque humore defecta*] Paulus Silentarius Anthol. 7.

— ὅτε τρεῖς ἀρχεῖ ἵδν

λύχνος ὑποκλίσθηκα μαρτυροῦν.

Pag. 64 v. 17. *Superbus ille sustulit vultum*] quid si legas: *superbum*? sic supra dixerat, *retextit superbum pallio caput.*

* Pag. 65 v. 6. *Super capricornum, locustam marinam*] Locustam marinam capricorno ideo videtur assignare, quod id genus aduersis cornibus inter se dimicet arietum modo. Plin. lib. ix cap. 30. *Locusta reptantium modo stuitant: si nullus ingruat metus, recto meatu, cornibus, quae sunt propria rotunditate prapilata ad latera porrectu iisdem erectis in pavore oblique in latera procedunt. Cornibus inter se dimiscant.*

Pag. 68 v. 30. *Et transfudimus hinc & hinc labellis Errantes animas*] Similis affectus quamvis à diuersa causa apud Manil lib. v.

Pernoctesq; patres cupiant extrema suorum

Oscula, & in proprias animas transferre medullas.

P. 72 v. 31. *Protagemis rudimenta cum ipsius natura veritate certantia*] Cicero in Bruto. *Quis enim eorum qui hac minora animadueriunt, non intelligit Canachi signa rigidiora esse, quam ut imitentur veritatem? Calamitis dura illa quidem, sed tamen molliora quam Canachi. Nondum Myronis sasa ad veritatem adducta, tam tamen quam non dubites pulchra dicere.*

Pag. 77 v. 2. *ter elleboro animum deterfit*] Quod hic de Chrysippo Petronius, idem de Carneade Academi eo scripturo aduersus Zenonis Stoici libros tradunt Gellius lib. xvii. cap. xv. & Valerius Maximus lib. iix. cap. vi.

v 32. *Vbi est dialectica? ubi astronomia? ubi sapientia consultissima via*] Primum ad Chrysippum, secundum ad Eudexum, tertium ad Democritum refertur, quem magni in philosophia nominis fuisse constat, quemque aliis omnibus etiam Platoni ipsi in opinione quadam praefert Aristoteles lib. i. cap. 2. de Ortu & Interitu.

Pag. 79 v. 23. *Consentiunt lumimbus, fulminum iubar*] Elisio hæc consonantium davior illius sæculi auribus atque insolentior facit ut legendum potius credam: *igneum iubar.* sic Virgil. de iisdem;

Pag. 104. v. 4. *Exsonat cantibus totum navigium.*] Sic supra dixerat: *Omnia nimio risu exsonuerant.*

Pag. 130. v. 3. *Supercilia usque ad malarum scripturam currentia, & rursus confinis luminum pene permixta.*] Anacreon:

Τὸ μετόφρυον δὲ μὴ μὲν
Διδοῦναι, μὲντε μίση.
Ἐχέτω δὲ ὅπως ἐμείνη
Τὸ λαλιδότως Σιῶφρυον
Βλεφάρων ἵτον κελευθῶ.

Aristenæus: Τὸ δὲ μετόφρυον ἐμμέτρως τὰς ὀφρῦς
διηκίζει.

Pag. 131. vers. 7. *Ut putares inter auras canere Sirenium concordiam.*] Idem in Fragmentis: *Sirenium cantus & dulcia plectra Thalia Ad vocem tacuisse reor.* Agathias Anthol. 7. ἡματι γὰρ σίῳ φέγγει ὁμιλεῖν. ἀλλὰ τὸ μὴ πρὸς ἄφθογγον. σὺ δὲ μοι ἐπὶ τὸ λαλῆμα φέγγεις. καίνο τὸ σφρῦων γλυκερότερον.

id est

*Quippe tuo iubare exaquas, diem, at ille soni expert
Innixa est clarior, blanda loquela tuo.*

Sirenium illa sua superans dulcedine necitat.

Aristenæus: ὡς ἡμεῖς φέγγει. καὶ τῷ, ὅταν τὸ σφρῦν αὐτῆς αἰσφρῶν. Cæterum ad Agathias versus alludit & illud quod sequitur: Itaque miranti & toto mihi celo clarior nescio quid relucens.

v. 25. *Ideo quales fudit de vertice flores*] Philostratus in Epittolis: καὶ τῷ δὲ ὅταν ἐκείνη αὐτὸ ἐν τῷ ἰδρὶ τῷ ὄφρ. ἀνδρὶ γὰρ ἀνῆκεν λωτόν & ὑάκινθον & κρόνον.

v. 31. *Mille oscululustinus quarentes voluptatem robustam.*] Tacitus Annal. 14. Jamq; lasciva oscula, præsumptuæ flagitij blanditias amantibus proximi.

Pag. 133. v. 29. *Nec speculum mihi nec fama mentitur.*] Lucilius: φευδὲς ἑσπέρην ἐχὼ Διμωδὸν ἴσ.

Pag. 177. v. 20. *Hoc de te merni, ut me in celo positum ad inferos traheres.*] Pallades Anthol. 7. τίς τυχλῶ. ἴες δὲ δὸς ὅτι νεφελῶν εἰς αἰδῶ κατὰ γῆ.

Pag. 138 v. 2. *Si dolorem mentis natæ a tali conuitio exoneravi.*] Aristenæus: ἀπας γὰρ δὲ ἐν τῷ ἀχθόει & τῷ ψυχλῶ τὸ λαπὼν ἐκκαλῶν, ὅταν φέγγει τῇ διανοίᾳ τὸ βῆρ & ut Seneca ait; *Omni adversa fortuna habet in querela lenamentum.*

vers. 21. *Et hanc vitam dixit habere telos.*] Athenæus.

etiam illustrando Petronio fecerint, si legatur in ultimo versu: *linor atque luffus, non luxus*. Alia quædam ad hunc locum diximus in Notis ad Tibullum.

Pag. 156. v. 24. *cernuntque iacentem.*] Forte: *cadentem*.

Manilius: *Quæq; cadit Phæbus.*

Pag. 157. v. 3. *Fallant nos oculi*] Sextus Empiricus in libro contra Mathematicos scribens ex opinione Epicuri: Οὗτως ἐν δὲ εἰπομὶ ψεύδεται πῶς ἔστι, ὅτι ἐκ μακρῆς διαστήμας μὲν ἰσὶν ὅτι αὐτὸν ἐστὶν ὁ ἥλιος, ἐκ δὲ ἤδη ζωήσας μέγιστα καὶ τετραγώνων, ἀλλὰ μᾶλλον ἀληθεύειν ἔστι ἐν τοῖς φαίνεσθαι μὲν αὐτῷ τὸ ἀσθῆλον ἐστὶν ὁ ἥλιος, ὅνως. (for. interponendum δὲ) μὲν ἐστὶν ὁ ἥλιος, τῇ δὲ διαστήματι φορεῖται ὁ ἥλιος, ὅνως. (for. interponendum δὲ) μὲν ἐστὶν ὁ ἥλιος, τῇ δὲ διαστήματι φορεῖται ὁ ἥλιος, ὅνως. Tertullianus de Anima cap. 17. Item ut turri habitus eludat, intervalli conditio compellit in aperto, aequalitas enim circumfusi aeris pari luce vestiens angulos, obliterat lineas. Similis ferè ratio & à Lucretio redditur lib. 5. Meminit verò huius rei idem Empiricus Pyrrhon. Hypothes. lib. 1. cap. 13. Notandum etiam in Petronio rotatur poni pro rotundatur.

Pag. 159. v. 6. *Pugnantis stomachi composuere famem*] lego: *Pungentis*.

Pag. 160. v. 13. *Cerberus forensis erat Confidicus.*] Lucill. Anth. 2.

Οὐδέχεται μέγιστον τὸν ῥήτορα νικῶν ἢ ἀλέτων εἰπὼν, ἀρκέτω κέρκερ' ὅδε κύων.

Varro Atacinus: *latrant fora, c' assica turbant*. Tertullianus de Pallio: *lura non conturbo, caussas non elatro*. Hinc *canina facundia* Appio & Prudentio, *caninum studium* Columellæ lib. 1. *canina contentio* Firmico lib. 4. dicitur hoc forense litigium. Similia quædam habes apud Marcellinum libro 30.

IOANNIS A WOVWEREN
HAMABURGIIIN
PETRONII ARBITRI
SATYRICON
ANIMADVERSIONES.In quibus leuia quæque, aliis inuisa
aut contempta.VIRO ILLUSTRIS
IOSEPHO SCALIGERO IVL.
CÆSARIS FIL. IOAN.
à WouWeren,
S. D.

FAMA sublimis, eruditione nobilis, nobilitate Illustris Iosephe Scaliger, Aristippum saltare coactū in purpurā dixisse scribit Laërtius: καὶ γὰρ ἐν βασιλεύματι τοῦ ἑκατομάρτυρος διαφθάρει. Putabat nimirū probum & virtuti addictum nullis lenociniis delectari, aut corrūpi posse. Quam vellem hanc vocē presens advertissent tristiores isti, qui hunc scriptorem, quē damus, non tantum infamem fecerāt, sed perpetuis tenebris æternæque oblivioni damnarant, præpostero mehercules pietatis obtutu. Atqui utinam ille ignis intepuisset! nunc gravius est incendium per omnes regiones sparsum diffusumque, ut nec mare huic extinguendo: sunt enim severioris notæ homines, quibus satis nō est, ne quidem ad cognitionem hunc scriptorē admittere; sed renatum ex parte, nonnulli monstrum clamare, more maiorum comburendum aut diis sacrandum. alij porro proferibere, vindictam in ergastulum & carnificinā dare, imò quem euiarant, prius occidere, adeo ut plura parata supplicia, quàm membra perisisti, miser perisisti, vel indicio tuo, vel illorum prauidicio, iacet præterea atq; occisa libertas. Quis enim quæso tantis cervicibus qui contra tendat? Quis tantis humeris Atlas, qui tot malorum montes sustineat, ut saltem tralatitiam humanitate languentem erigat? Quam præclari viri, postquam convertissent mentem ad Arbitrum

Arbitrum omnis elegantiz, nullum recusarunt periculum, quod salutis spem ostenderet. itaque in carcerem & ergastulum datum vindice dextrâ veræ libertati asseruerunt, confossum togatorum spiculis, velut ex inferis reduxerunt. equidem, denuo audere facinus dignû Censurû notâ, imò tunicâ molestâ meritò est: nûquam enim inauditum & indefensum Petronium dirissimâ tristiorum conspiratione damnari patiar. Itaque vt decretoriis armis pugnem, quid in eo accusent dicant quæso clariûs. Opus nouæ simplicitatis, seu, vt illi malunt, nequitias & accuratam spurcitien? Velim sanè tam candidè ad mentem admittant, quàm simpliciter ab eo scriptum sit, magisque accusent libidinem principis, cuius flagitia sub nominibus exoletorum sceminarumque perscripsit. Demodocus apud Phæacæ Martis & Veneris collusiones cantabat, non quòd vitiis adularetur, sed vt cauteriû adhiberet libidini, similia eorum moribus ingerebat. credo vel solo recogitatu improbos mores erubuisse. Atqui quid causæ cur Iuvenalem, diligentissimum luxuriæ interpretem nò accusent, qui eadem & sæpe grauius persecutus? Quid dicam? hunc non solùm legi, sed in sinu gestari, ne irascuntur quidem. Aristophanem, Anacreontem, Catullum, Martialem, totamque illam cohortem publicè prostituui, tum pueris in ipsis Minervæ sacrariis præcantari patiuntur. Quæ ergo dementia est huic salutem negare, cum iis vitam concedamus? Sanè nescio quis fatalis morbus veteres tenuerit, vt pudicitiz sacramultoties profanare ipsis suaue: taceo quàm frequentes seopuli in Poëtarum scriptis, quos castæ mentes facile declinant, improbae minimè; taceo quàm obuiæ cantiones, haud dissimiles illis, quas Vlysses nisi alligatus præteruehi noluit, ad quas iam olim proborum aures occaluerunt; improbi verò non facile sonum istum excutiunt, imò prosequitur & diutius hæret; haud aliter affecti, quàm ij qui symphoniam audierunt, in quorum animis durat illa modulatio, atque ex intervallo recurrit. Solonem petulantes versus scripsisse, Platonem amatorie luisse, D. Hadrianum versu lasciuum fuisse refert Madurensis Philosophus, qui. cum eiusdem criminis insimulatus, aiebat se in vita philosophum, in epigrammatis amatorem. At argunt & urgent iudiciorum spiculis reum Petronium, eius nequitia palam proflare quidam. facinus mehercles dignum proscriptiōe.

Sed crimen excuso, vt ille olim Platonis versus poetarum
 lantiores, scilicet tantò pudicitius composuisse, quantò
 apertius; *Namque id genus omnia occultare peccantis, promul-
 gare ludentis est.* Quanquam quid attinet veritatem
 per interpretem quærere? Si verum amamus, multa in
 his scriptis, quæ menti impudicæ proluuiū ad omne ge-
 nus nefandæ libidinis. Sed vt apes ex omnium arborum
 fatorumq; floribus liquamen confingunt dulcissimum,
 araneæ venenum: ita probis, in quorum animis ne mini-
 mum quidem sui vestigium relinquit hæc scriptio, mel;
 improbis, quibus inhæret, venenū. Quid utilitatis ex hu-
 iusmodi scriptoribus capiendū. viri sancti iam olim mo-
 nuerunt. Viderit si fortè qui hæc omnino nudas ineptias
 putabat, quas proprias poetarum affirmat philosophia,
 qui solas aurium delicias profitentur, & dulcesnectere
 fabulas anne frustra sit. Sane in scurrilibus his iocis præ-
 cepta sapientiz, nō solū in vita vtilia, sed necessaria. Iam
 vero quis tam superciliosus, quæ tot amabiles lusus, ioci,
 & vrbannitas tota non flectat? *Magna pars,* ait Plinius,
studiorū amœnitates quærimus. Suadeo deduce oculos at-
 que huc diuerte, peream nō si omnia tam venuste docta,
 vt, non tantū ingenium alant, sed infinitā voluptatem
 & iucundissimam adferant oblectamentum. Denique
 quem non capiet oratio ista pudica, non maculosa: non
 rurgida, sed naturali pulchritudine exurgens, ornata
 hoc ipso, quod ornamenta neglexerit, quam tam facilem,
 tam probe temperatam in toto Latio frustra quæras, is
 mihi omnino mortuus, aut elephantī corio circumte-
 ctus videtur. Dicam, ne eius manes obmutescant. Quam
 alti sublimisque spiritus poeta, specimen reliquit, cu-
 piens probare posteritati, se nouisse viam qua reter ad
 carmen, imo se in Heliconem venisse ingenti flumine li-
 terarum inundatum. Sed vt in gemmis & lapidibus sepe
 nauis, nec proinde omnino viles: ita in hoc scriptore la-
 bes haud parua, quæ tamen totum minimè deturpant.
 Bene olim Naso, qui aiebat decentiorem esse faciem, in
 qua aliquis nauus. Cæterum dic mihi quis tam improbe
 mentis, qui spurcitiam istam non palam damnet? ego
 sane hoc aio, hæc testor, id potius animi cum aliis fuisse,
 elegantiæ & omnis lepōris, nō Neronis nequitiz Arbitrū
 edere, tantū vt omnes religiosè caueant, ne quod deli-
 quiū morū integritas ex frequēti huius tractatione pa-
 tiatur. *Pro* hortor. Sed profectū nimis multa oratio est.

Neo.

Neoptolemus Ennianus malebat paucis philosophari. Quidquid ergo est, tibi Vir Ill. Iosephe Scaliger, cuius incomparabilem eruditionem, ingenium supra mortales prius defessi sunt homines laudando (vsurpabo illud Salustij ad Cæsarem) quam ipse gloria digna faciundo, Petronium Arbitrum à me recognitum, & animadversionibus illustratum dicare libuit. Pompeius, cui ex virtute cognomen Magni accesserat, cum theatrum, arcem turpitudinum extruxisset, veritus memoriz sue censoriam animadversionem, Veneris ædem superposuit: ita ego illustri nominis tui titulo damnatum hoc opus prætexui; atque haud fallit augurium. viuat viuat diutius per æternum hoc nomen. Tu verò Vir Ill. patere exiles quasdam stricturas tui splendoris Petron. illuminare: nam & sol radios suos in loca deformia desert, nec inquinatur. Te quidem in excelsa fastigio generis & eruditionis positum, rélligiosè adiri debere scio. Verùm & dis laetæ sit, nec putè vili vitio fuisse eos colere, quoquo modo possit. Itaque ne roties ad hoc tēplum gratis accedam, laborem tenuem & exiguum obfero veri legitimi que muneris obsidem, quod meæ quidem temeritati haud recuso accedere; tamen si non prorsus fastidias votariam hanc tabellam nominis tui templo dicatam, in cælum abire videor. Vale vir Illustr. Lugduni Batavorum c10 10 xcv.

AD LECTOREM.

CVranti mihi novam Petronij editionem, animus principio fuit haud pauca adicere, quo nova luce hunc auctorem suffunderem, nescio qua leui ductus insania; cum iam laboraret in fine opus, contenderemque quid alij ante me (nā Parisiensis edit. ferò nimis in manus meas venerat) nihil mihi residui, præter exiles quasdam ineptias, quæ vel cuius in facili congerere cōtinuo fœnera obiurgatione me reprehendens cœpi velle refragari, consilium mutare, imò prorsus abnecre; tum demum illam vocem oraculi existimans, quam toties alij infussurassent; æquum me scilicet acturum, commentaturus in scriptorem traductum tot tantorumque ingeniis. Equidè fatebor tibi simpliciter, seridè pœnituit stultitiz meæ, tandem nonnulli instantiâ vrgere, exolvere quod inconsulta pollicitatione promissum; compulsus denuo

adgredi, quod ex desperatione deserueram. Itaque *quid*
Apu adsolet apud prudentes viros esse, in operibus elaborati in-
tey ver dicatio restrictior, in subitaneis vena prolixior: idē hīc spe-
ba ini- ro, totum enim hoc proxima & repētina fortuna natum,
sio de quod vereor, monstrum. Tethys ipsa iurabit haud ab-
Deo lui posse omnibus vndis. Ceterum nullius hortamina
sent. tantum apud me potuissent, ut auderem hoc facinus, ni-
Simili- si dulce cum plerisque qui ante me in hoc campo diffi-
ter lo- ciles habere nugae, dicam quod sentio, in quibusdam il-
quitur lorum vix risum, in quibusdam vix somnum teneo: satis
Melle- non fuit illis nihil dicere, sed etiam lacera pleraque &
rus spi- disrupta religare pro nefas infeliciſſima & fallaci manus;
cileg. adtexere praeterea nescio quas carminum quiesquilias, ne
io. pra- ineptissimis dignas, pro quis me hercules, si in auctione
fat. venirent, neque Afranius nunci daret; ea Petronij adse-
 uerare, quid aliud quis dixerit. quā insaniam? tamen
 parum abest, quin audeant pallidi isti & ieiuni concin-
 natores. Credite, hoc artificium vobis periit. Lector,
 ignosce ridenti. Atqui utinam verē errarent, qui calu-
 mniantur hoc scriptionis genus. Pace quorūdam liceat
 dixisse, studij huius dignitatem perdiderunt; miris enim
 artibus suis effecerunt, ut totum eneruaretur & cade-
 ret. Primum genus illorum, qui circa literarum apices
 digladiantur, quibus literulae immutatio triumphus, fa-
 stidiosa natio. si quid tale etiam aliis in mente, clamant
 furta, plagia, & tot nomina criminum grauiorū. si quid
 fortē imprudentius exciderit (ut maximē lubricum hoc
 scribendi genus, nec scio an quis vnquam sine lapsu e-
 uaserit.) conqueruntur ut de vi publica, delictum vsque
 ad mortem, si quid in medio relinquant, ne vel hac via
 offensā incurras, quod omnia praeripueris, protinus pa-
 ratum illud Velleij. *Quid aliud quam nimum occupatum*
dicam, quoniam vel mendacium vocem fecit, aut hoc vel illo loco
somnus obrepit? Iam tot ambitus sermonum per sentē-
 tiam tormenta, verba ipsa calamistrata tam apte posita,
 ut iurares de singulis illos iuisse in consilium. Dic mihi,
 ane sanctus iste medicus, qui dum vrit & secat lentis
 ductibus agit? simplex illa munditia, quae sine cerussa &
 fuso, cum constricta breuitas propria huius materię, ubi
 res contenta doceri. Si qua nota melior, quanto praes-
 mine illa exprimitur, parturunt quod peperere, habent
artificium quo prius persuadeant, quam doceant, primo
cum audieris, haud ante gnarus quid nascatur, grande
 aliquis

aliquid animo veluas: at cum offenderis, deus bone, ridebis illico fastum. literulæ mutatio est, aut syllabæ transpositio. Sunt qui diaria textû actuum, qui eloquentiam ostentant in alienis laudibus. Porro in profligandis aduersariis vsque ad fastidium & inuidiam nimij, non tantum constitit Pompeio victoria. de subatrestitutione alienæ scienciæ, ut ait Plinius, famam sibi aucupantur; quibus instar mortis si videant alibi clarum oriri sidus, plerosq; figuratis perstringunt laudibus: nouum malitiæ genus, laudare quod accuses, haud ostendunt vulnera, sed insigunt scriptorem, cui manus commodabunt, si alius tangat, iniuriam suam putant, cum ipsi vix decem annis abortum faciant: miramur, quod horum libri lectorem inueniant nam legentium contumelia sunt, quos putat optimi cuiusq; comitiis gaudere. Reliqua sino præterfluite, ne in fastidium adducta videantur; satiusq; mea togere, quam aliorum vitia indagare. *Accusamus sæpe quod faciamus, & contra nos deserti in vitia nostra inuehimur*, ait D. Hieronymus. Sanè his moribus medicinas dicere, cum ventis litigare arbitror: Hippocratis potius fomentis, quam monitis aliorum indigent. Nos exequemur reliqua propositi. Plerisque is morbus familiaris, ut tanta in operibus suis promittant, propter quæ merito vadimonium deferri posses. At cum intraueris, dii deaq; quam nihil in medio inuenies. Non est quod te ante rem suspensum teneam, aut vana spe ductem: nihil damus nisi friuola quæque & leuia alius contempta potius quam non vilis: ita sanè oportuit post tam curiosæ diligentie viros, qui vberem messem ex hoc agro collegerunt. idem nos voluisse, licet non adsecuti, abundè pulchrum atq; magnificum, omnis hic triumphus illorum, nos armillis & hasta donari ferò recusamus. Itaque legendi modum hic ponas licet, aut huic

— *exarationi* —

Districte bonus applicare theta.

Vulnera coacta prorsus, quæ ut scopuli aliorum quoque scumina fregerunt, rescindere non libuit, ne nouas plagas incuterem. Quæ ordini obstreperent, lectorisq; intentionem dispargerent malui differre, dum plenius in hunc scriptorem, melius nactus exemplar. Itaque fraudi non erit, si intacta multa relinquam. e quidem si bonus est Lector, quæ omisi non oblita nobis, sed præterita existimet. At mihi nunc aggressuro verpiæ opus erit (sæua enim

enim & infesta virtutibus tempora) quam ut benignè indulgeas obrestor. Indubie sæpius peccaturus, quippe qui homo & adhuc iuuenis. Cæterum placebo tibi, si me culpam emendare permiseris. Hoc te rogo lector.

Pag 41. vers. 1. *Declamationes*] *Declamatio iudiciorum imago.* Quintil. libro I. cap. x. *Forensium actionum meditatio.* libro IV. cap. II. Eumius Rhetor: *Neque enim tantum me aut negligentia aut confidentia tenet, ut nesciam, quanta sit inter hanc aciem fori & nostra illa secreta studiorum exercitia diuersitas. Ibrarmantur ingenia, hic praliuntur, ibi pralufo, hic pugna committitur.* Seneca. *Ita arbitratum est scholam quasi ludum, forum quasi arenam esse.* Accessere ad hoc exercitationis genus personæ principes. Suetonius Nerone Cap. x. Spartian. Seuerio, Capitolinus Gordiano: *In Athenæo controuersias declamauit: Cicero i. Tufculan. Quæst. Declamitabam causas,* libro IX. *Epistol. ad Pætum: Hirtium & Dolabellam discendi discipulos habeo, cœnandi magistros. Puto te audisse illos apud me declamare, me apud illos cœnare.* hos innuit Seneca *Controuerf. proæm.* *Potuissem audisse (Ciceronem) in illo atrio, in quo duos grandes prætectatos ait secum declamare solitos.* cuius iudicium fecit Sueton. libr. de *Claris Rhetor.* Cicero Bruto: *Commentabar declamans cum M. Pifone, aut cum aliquo quotidie. hinc quotidiana declamatio.* lib. XVI. ep. XXI. *& quotidiana, commentarii puerorum in quos ea, quæ aliis declamantibus laudata erant, regerebant, ut ait Quintil. libro II. Colloquiis priscis: ἡμετέριον ἔργον, ἡμετέριον καὶ ἡμετέριον.* Sero declamandi exercitatio ad Romanos, prorsus diuersum iter ad eloquætiæ antiquitus. Auctor dialogi de *Oratorib.* Quintil. libro III. ca. IV. *Fictas ad imitationem fori materias apud Græcos dicere circa Demetrium Phalerea institutum.* Latinos discendi præceptores extremi L. Crassi temporibus cœpisse cœtero auctor. Quem vide lib. III. de *Orat.* Sueton. de L. Plotio. Cicero refert, *Memoria teneo pueris nobis primum Latine docere cœpisse L. Plotum.* Ergo quæ circa Demetrii Phalerei tempora in scholis frequentari cœperunt exercitationes, postea Romanis Cicerone puero vsurpatæ, Causæ seu *Controuersia dictæ.* Seneca *Controuerf. Declamabat Cicero non quales nunc controuersias dicimus, nec tales quidem quales ante Ciceronem, quas Theses vocabant. Hoc autem genus materia, quo nos exercemur: adeo nouum est, ut nomen quoque nouum sit. Controuersias nos dicimus,*
Cicero

Cicero causas vocabat. Nam veteres ex morali parte materias petebant, ut virtutum vitiorumque laudes & vituperia. Sueton. de claris Rhet. interdum Gracorum scripta convertere, ac viros illustres laudare ac vituperare. Quadam ad usum communis vita instituta, dum utilia & necessaria, dum perniosa & supernacanea ostendere. Quod genus Σίγαις & ἀποκρυφαῖς, ἢ νολιανευαῖς Græci vocant, donec sensim ad Controuersiam ventum est. Dialogo de Oratorib. Ad hæc efficienda veteres intelligebant opus esse, non ut fictis controuersis linguam modò & vocem exercerent, sed ut his artibus pectus implerent in quibus de bonis & malis, de honesto, de turpi disputatur. Seneca libro 11. Controuers. 111. Declamabat Naso controuersias ethicæ. Itaque aut ex morali parte, veteres controuersia aut ex historiis traherantur, ex veritate aut ex re, si qua fortè recēs accidissent, eas Græci Κωιδάσεις vocabant. Sueton. de claris Rhetor. Post ingenia fastidire consueta, diuersa à forensibus causis tractare, imò ad mera nugamenta deflecti; quò pertinet hæc Petronij indignatio. Ridet eandem insaniam Quintil. multis locis. Synesi⁹ αἰεὶ ἐκτυννῶν, & eius Scholiastes. Huius generis verò controuersiarum Senecæ, Quintilianiani Declamationes, & passim apud Rhetores Græcos. Et quamuis recta declamandi ratio ita celebrata, ut plerisque ad formandam eloquentiam videretur vel sola sufficere. Quintil. lib. 11. c. x. tamen L. Crasso & Domitio Censoribus ludum impudentiæ claudere iussi sunt. Auctor Dialogi de Oratoribus S. C. forma apud Gellium li. xv. cap. xi. Sueton. de claris Rhetor. Atque hæc illustrando huic loco, non rei.

v. 31. *Hæc vulnera pro libertate publ. excepi*] Quintil. li. 7. cap. 1.

v. 9. *nunc & sententiarum vanissimo strepitu*] alibi, *audirem sententias*, id est, vitrea fracta & somniorum interpretamenta. Quintil. lib. ix. cap. v. *Lumina præcipuè in clausulis posita sententias vocamus. Quæ minis crebra apud antiquos, nostris temporibus modo carent.* Hieronymus ad Pammach. *More puerorū argutæ sententiolæ in clausulis struis.* Idem ad Nepotianum: *Ne a me quaras pueriles declamationes, sententiarum flosculos, & per fines capitulorum acuta quedam breuiorque conclusa.* Sueton. August. cap. lxxxvi.

v. 11. *Ut cum in forum venerint, putent se in alium terrarum orbem delatos*] Seneca libro 11. Controu. *Agedum producit*

produc istos declama: ores à schola in forum, oùm loco mutabuntur, velut in assuetà l. sse, & dilectà umbra, corpora sub dio stare non possunt. Non enim imbrem ferre, non solē sciūt, vix se inueniunt. Affueverunt enim suo arbitrio diserti esse, cum in forum ventum, aut deficiunt, aut labant.

verl. 15 Quia nihil ex tu qua in usu habemus aut aud. a. vid.] vide Dialogum de Corrupta eloquentia.

v. 16. Sed pias cum car. in lit. stantes, & tyrannos edicta scribentes] Huius thematis Controu. iv. apud Senec. lib. ix. alludit Suidonius ep. vii. ad Lupum.

Nunc flamman Satyra & tyrannicorum

Declamatio controuersiarum. —

v. 19. responsa in pestilentia data] Illust. Scaliger L. ref. in pestilentia d. Quint. lib. ii. cap. x. Sint ergo & ipsa materiae quae finguntur, quam simillima veritati. Nam magos, & in pestilentia responsa, aliaque magis adhuc fabulosa frustra inter sponsones & interdicta quaeremus. Ita potius scribo; non ut vulgo: & pestilentiam & responsa.

v. 20. Ut virgines tres à pl. immolantur] Quint. Decl. cccxiii. In pestilentia responsum est, virginem immolandam, sorte ductam pater virginem negamit, magistratus immolauit, non finiebatur pestilentia iterum sortis sunt, altera immolata est. vide Declam. cccxxvi.

v. 21. sed meliores] v. & mel.

v. 22. sesamo sparsa] recte. Quidam codices sansuco, id est, samphycho Scal.

Pag. 42. v. 2. primi omnem eloquentiam perdidisti] Quint. lib. ii. cap. x. Eo quidem res ista culpa docentium recidit, ut inter precipuas quae corrumpere eloquentiam causas, licentia atque inscitia de tamatiis facit. Ill. Scal. ex V. L. Primi omnium.

v. 3. Leuibz enim atque inan. sonu.] Omnino allusum ad Prouerbiū: Fluctus in simpulo excitare. Scaliger.

v. 7. caderet] Seneca Controuers. ix. Præmium pulcherrima rei cecidit. Lactant. lib. iv. cap. i. in totum sapientia ceciderat.

v. 8. Cum Sophoc. aut Eurip. innemi verba] vide Cic. de Orat.

v. 10. umbraticus doctoz] scholasticus. videntur enim in umbris erudiri, cum nunquam in forum procedant. apud Senecam, In exercitationibus scholasticis ingenia tam delicata enutrientur, ut cælum pati nesciant. Plin. lib. ix. Epist. i. Volumus scholasticas atque umbraticas litteras mittere

ANIMADVERSIONES. 619

mittere. Iuuenalis Satyr. VII. *Ad pagnam qui Rhetorica descendit ab umbra.* Seneca apud Tacit. Annal. lib. XIV. *Ego quid aliud adhibere potui, quam studia, ut sic dixerim, in umbra educata?*

V. 12. *Novemq, Lyrici*] Senec. ep. XXVII. in Hygini Mytholog. nudum lemma. *Septem Lyrici: quod falsum est.* Aufonius gripho ternarij numeri:

Et Lyrici vases numero sunt Mnemosynarum.

V. 18. *naturali pulchritudine exsurgit*] Seneca libro 12. *Controu. omnia usque ad ultimum tumorem perducta, ut non extra sanitatem, sed extra naturam essent.*

V. 19. *Nuper ventosa istac & enorm. loq. Arhen. ex Asia comm.*] Cicero passim lib. Orator. Quintil. lib. X. cap. X. *Emporius, aliique. Iulius Seuerianus. An sequenda Atticorum actio, qui breues astrictiq, sunt & acres? An imitanda nobis Asianorum licentia, qui vagi ac fusi? Hieron. ad Rusticum. Asianum tumorem Attico siccabans sale.*

vers. 22. *pestilenti quodam sidere afflavit*] Nonnunquam quasi ex ipsis stellis ignes defluunt, qui subminum modo animalia ferire solent, & arbuta, videntur ipse stelle decidere aut transilire, quod tamen putidum existimare, nã infra istas hæc nascuntur. huc sane respexit Petron. *Apuleius Met. V. 11. Velut graui tonitru procellaq, sideris, vel ipso Dialis fulmine percussa.* Martialis libro VII. epigr. XCIII.

Hoc opus est subito fiat ut sidere mutus.

Libro II. epistola 86. *Sidere percussa est subito tibi,*

Zoile lingua. Hi autem, qui perculsi, siderosi. Glossæ *Siderosus ἀστυράξ, ἀστυράξ* In arboribus sideratio: Plin. lib. VII. cap. XXV *Auctor ἀστυράξ* lib. X. *ἀστυράξ ἀστυράξ ἀστυράξ ἀστυράξ ἀστυράξ*. Quanquam sideratio etiam τὸ δίδμα τὸ ἀστυράξ. Firmicus lib. IV cap. X. II. lib. VI. cap. XXIX.

V. 23. *afflavit*] de fulminibus proprie. Spartian. Adriano: *Fulmen decidens hostiam & victimarium afflavit.*

ibid. *semelq, cort. e. o. q. reg.*] *L. semelq, cor. e. o. q. stetit & obstituit, seu simulq,* quod rectum insequentia probat. Ad Senecæ Controvers. I. I. proæm. eloquentia regula. ut Martialis lib. VI. ep. regula morum.

V. 28. *Usque ad senectutem*] ad iustam senectutem perdurare. apud Cicero. lib. I. de Leg. *Canescet scilicet innumera bilibus.*

V. 31. *Compendiarium*] Gloss. *Compendiaria, Cuvvupia*
Varro

Varro: Hoc dico, compendiarie sine ulla sollicitudine ac molestia dicendi ad eandem voluptatem perveniri posse. Seneca ex xiv. Hanc compendiariam invenit.

v. 34. Quam ipse in schola] L. Quam ipse.

P. 43. v. 1. amas bonam mentem] Seneca ep. xvii. proce. lib. 3. Natural Qæst.

v. 16. parentes obiurgatione digni] Tacitus de orator. multis.

v. 19. cum ad vota properant] Vide Sueton. Orbilio Pupillo, Pers. Saty. 2.

ibid. cruda adhuc studia in forum propellunt] Theon Sophista: οἱ δὲ παλαιῶν ἢ ἤλικον, ἐκ αὐτοῦ δὲ ἐκίκεται ἱρίων ἵνα ἢ ἡλικίας, πρὶν ἀμωσγένως ἀφαισθαι φιλοσοφίας. καὶ δὲ οἱ παλαιοὶ ἰσοῦς δέουσι ἢ ἰσοῦσαν ἐπαίειν. ὥστε καὶ ἢ ἐγκυκλίων μαθημάτων ἐκείνῳ μετὰ λαμβάνοντες ἀποκρίνῃ ὅτι τοῦ λέγειν. καὶ τοῦ πάντων ἀρχαϊκώτατον, ὅτι καὶ οἱ ἀπορρήκων ἐστὶν ἐξυμνασάμενοι, ὅτι τὰς δυνατάς καὶ δημηγόρικὰς ἱερὰς ἐπαίειν.

v. 24. Ut studiosi iuvenes lectiōne seu mitigarentur] Severianus: Veteres Ora: ores legendi sunt, & presentes audiendi. Super hac frequenter scribendum, agendum & declamandum. Vide Tacitum de Orator.

v. 31. Quod quisquis perperam discit, in senect. confitetur non vult.] Claudianus Mamertus lib. 1. de statu animæ: Tenellus adhuc infantia quondam sua persuasionibus in senectute putrescunt.

Pag. 44. v. 4. Frugalitatis lege p. e.] Iul. Severianus. Oratoris artibus nemo instrui potest, nisi cui ingenium, & frequens studium. Primum animi sit quoddam naturalis potentia. Tum vox, latus, decor, frugalitas, laboris patientia.

v. 9. Sedeat redemptus histrio. add.] Tacitus de Orat. Jam verò propria & peculiaris huius urbis vitia pene in ipso utero matris. mihi concipi videntur. histrionalis furor, & gladiatorum equorumque studia, quibus occupatus animus quantum loci bonis artibus relinquit.

vers. 12. dei primos versibus annos] Lucianus Lexiph. ἀρχαῖα. & δὲ ἀπὸ τῶν ἀρχαίων ἀποκρίνῃ, καὶ ἀπὸ διδασκαλίας αὐτοῦ, ἀναγνῶς, μέτρεθι ὅτι ἡλικίῳ, καὶ τῇ σκευῇ φωνῇ. (ὡς ὁρατοῖς, ὅτι τὰ θυμολογία, καὶ Πλάτωνος ἐν ἡλικίῳ μετρίῃ. Severianus: Necessaria orationum frequens lectio, & Historiarum & Carminum.

vers. 32. scholasticorum turba] Pag. 47. tanquam scholastici ad certam promissimus. Scholastici sunt declamato-

res qui & *sophista*. Antonius Imperator lib. de vita sua: *οὐτὶς μὴτε ἀντίπαλειν, μὴτε ὅτι σοφιστὴς, μὴτε ὅτι εὐκλείης ἐκπαλῆς* & *Rhetores*. Lucianus Rhetor. præcept. *ἐροῖαι, ὅπως δὴ ῥήτορ γένηται, ὅτ' ὁ πᾶν δὴ μὲν ὄνομα σοφιστὴς εἶναι δοξῇ*. Tacitus de orator. *Adolescentuli nostri deducuntur in scholas scholasticorum, quos rhetoras vocant*. Ideo coniungit Terullus de pallio: *Primus informator literarum, Grammaticus, & rhetor & sophista*. Marius Victorinus Cōment. ad lib. i. Ciceronis de Inuent. ita definit: *Rhetor est, qui docet literas, atque artes tradit eloquentiæ. Sophista est, apud quē discendi exercitium discitur*. Aduocati etiam scholastici. L. ii. Cod. Theod. de concus. aduoc. L. Prætor. Cod. de lucr. aduocat. Scholasticis verò omnis virtus in sola sententiarum verborumque cultura; quod stringit Petronius pagina prima: *sed mellitos verborum globulos, & omnia dicta facta q̃, &c.* adeò vt communi conuicio scholastici, quibus omnis oratio sola verborum virtute staret. Sueton. de Alburio: *Declamauit modò, splendide atque ornate, tum ne vsquequaque scholasticus existimaretur, circumcisē & serdidē, ac tantum non trivialis verbis*. Saluianus lib. i. *Non id facere adnisi, vt salubres & saluiferi; sed vt scholastici ac disertī haberentur*. Hieron. ad Nepotian. *Calentibus adhuc rhetorum doctrinis, quæ tam scholastico flore depinximus*. Vegetius de re veterinaria lib. 3. *Collegi, pedestrique sermone in libellum contuli: cuius eris præcipua felicitas, si eum nec scholasticus fastidiat*.

v. 33. in porticum venit vt appareb. ab extemporalī declamatione] Quia porticus loco vbi recitabant adiuncta Plinius lib. xxxvi. cap. v. apertum ex his Martialis libro iii. Epig. xi.

An ociosus in schola Poëtarum

Lepore tinctos Attico sales narrat,

Hinc si recessit porticum terit templi.

Colloquiis puerilibus: *παιδικῶν καλῶν καὶ ἐνὶ ἀκλουθῶν ἐς μὲς παιδαγωγῶν ὁρῶν διατῆς σκῆς ἢ περὶ ἡλίου τῆς σχολῆς*. Tertul. aduersus Hermogenem cap. ii. Petron. pag. 80.

v. ult. *suasoriam*] Auctor Dialogi de Oratorib. Duo genera materiarum apud Rhetoras tractantur. *suasoria & controuersia. ex his suasoria pueris delegantur, controuersia robustioribus assignantur*.

Pag. 45. v. 5. *nec quo loco stabulum esset*] *quo loco stabulum reli*

reliquissim. est cauponium, seu diuerforium. Apul. Miles.
 1. Quod ingressu primum fuerit stabulum. Cyprian. ad Cre-
 phanū stabula in itinere appetunt tutiora. eā notione Ter-
 tul. Apolog. cap. xlii. August lib 21. de ciuitate Dei. apud
 D. Lucam cap. 10. ἵνα ἴδωσιν αὐτὸν eis ἀνδραγῆον. recte ver-
 tit Euseb. Emissenus: Duxit eum in stabulum. hinc stabu-
 larius. caupo ἀνδραγῆς. in Glossis. Stabularij qui cauponā
 & stabulum exercent, aut Vlp. D. Nautz caup. stab. Seneca
 de beneficiis lib. 1. cap. xiv. Nemo se stabularij hospitium
 indicat. Apul. Miles. Mansioni pretio stabulario persoluto.
 hoc est, locario soluto. Varro iv. de lingua Latina: Loca-
 rium quod datur in stabulo & taberna ubi consistant. apud
 D. Lucam: δύο δηνάρια δέδωκε τῷ ἀνδραγῆι. Interpr. Duos
 denarios dedit stabulario. Stabulum ἀνδραγῆον exponunt
 Glossæ, quæ vox cauponis & meretricis domum notat.
 ergo non ciues aut stabuli tantum, sed lupanar. ita vsur-
 pat Plautus Pœnulo: Quæ tibi colant stabulum. nam in
 hospitij etiam meritoria. Glossa Isidori: Meritoria, loca
 tabernarum ubi adulteria committuntur. nec perperam
 stabularij lenones dicuntur. hinc prostibulum. Nonius.
 Prostibulum, quod ante stabulum flet questus diurni ac no-
 cturnigratia Scholiastes Aristoph. in Equitib. Κασα-
 κάτες ἐπὶ ἀνδραγῆον, αἱ δὲ τῶν ἱπποδρόμων ἐστῶται, ὅτι
 μισθὸς ἀνδραγῆος βασιλευσίν. Stabulum ergo, vt Varro,
 quod inibi consistant, vti & statio, & stare recte de lupis.
 Horat. — nullam nisi olenti in fornice stantem. apud Se-
 necam Controu. Meretrix vocata es, in communi loco ste-
 tisti. stetisti puella in lupanari, stetisti cum meretricibus.
 Tertull. Lupanar, consistorium libidinum. 111. ad uxorem:
 Proceat de ianua laureata & lucernata, vt de nouo confi-
 storio libidinum publicarum. Tamen etsi non semper ste-
 terint meretrices; interdum enim sellis insidebant. vnde
 Plautus Pœnulo:

*Prosedas, seruilicolas, sordidas,
 Quæ tibi olent stabulum, statum, sellam & sefbu-
 lum merum.*

Vbi utrumq; notari vides: in V. C. leg. cellam, haud mal.
 Iuuen. lis Stry. 111.

Et dubitas alta Chionem deducere sella.

Comment. Inde sellaria dicuntur, unam meretricum à
 sella sua abducere constitari, cum alij adulteri ement. Vide
 Fectum.

v. 10. *Rogo, inquam, mater*] solemne videtur compeli-
 lant

Iantibus matres salutare, Apuleius Milesi. Plautus Rudent alij.

v. 13. *Divinam ego putab.*] Fatidicam Martialis. *Non sum diuinus, sed scio quid facias.* Seneca de vita beata, ca. xxvii. *Cum aliqua per viam genibus repens ululat, laurumq; lin-teatus senex praestrens clamat iratum aliquem decorum, con-curritis et diuinum esse affirmatis.* Apuleius lib. 1. *parce in-fœmenam diuinam.*

v. 15. *centanem annos urbana reiecit*] Aliniecit, quasi velit Eucolpium induere legitimum habitum eorum, qui in Iupanari, scilicet ut intelligat se in fornicem deductum. Nam mœchi, & ij qui lustrabantur, obnupto capite esse ex Sueton. & Caligul. notum. Capitolinus in Vero: *In tantum vitiorem (aianorum et Neronianorum) fuisse emu-lum, ut vagaretur nocte per tabernas et lupanaria obrecto capite cucullo vulgari.* C. Fortunatianus lib. 1. Rhetor. *In-uenit filius, adulterum obuoluto capite, nec eum occidit.* Ex hoc ritu fortè Nzuius, apud Gellium libro vi. cap. ix. *— eum suus pater cum pallio ab amica abduxit.* Vide Isidor. lib. xix. cap. xxvi. huc respexit Seneca de vita bea-ta cap. xlii. *Non timide nec obscure luxuriatur etiam in-operto capite.* Imò & meretrices obnuptæ. Iuuenal. Sa-tyr. vi.

*Sumere nocturnos meretrix Augusta cucullos:
Sed nigrum flauo crinem abscondente galero,
Intrauit calidum veteri centone Iupanar.*

Tertul. de cultu foeminarum cap. xii. *Thamar illa, quia se expinxerat, idcirco Iuda suspitione visa est questui sedere; adeo quia sub velamento latebat, habitus qualitate questua-riam mentiente, &c. multa Petronij ex hoc ritu exaudiē-da, quæ tamen interpretes ad alia trahunt.*

v. 18. *nudasq; meretrices*] Tacitus Annal. lib. xv. *Scorta viscebantur nudu corporibus.* Cyprianus de spect. cap. vi. *Per proffitu arum nuda corpora.* Artemidorus Libro ii. *ἡ δὲ οὐ γυνὴ, (ἀπογόνῳ) ἑταίρας κ' ἡγοῦσ' ἀγαθὴ, & ἐπ' ἡγίας (ἡμετέρας). Philemou;*

*ἐνταὶ ἀρετῇ δὲ γυναικας, καὶ τὸν
νοῦς ἀπὸς, κ' κατὰ νεανίσκους
ἐστὶν γυναι —*

Pag. 46. v. 3. *cella*] *οἶκμα*, in cuius aditu scorta prosta-bant titulis inscriptam. ideo Martialis *inscripta limina celle.* In Senecæ Controu. lib. i. *Superpositus est cella tui titulus.* Tertul. de Pudic. lib. i. *Sub ipse libidinum risulis.*

Iuvena

Iuuenalis Satyr. 6. *Intrauit*——cellam. Interpret: non sel-
lam. quoniam in cella nomina meretricū suprascripta erant.
vnde apparet, quid tituli appellatione notent, nimirum
stupri precium, & nomen meretricis. Seneca lib. 1. *Con-*
trouers. *Nomen tuum pendit in fronte, stetit cum mere-*
trix. Inscriptionum insignie exemplum in Historia
Apollonij Tyrij: *Puella prostermit se ad pedes: Misere-*
re virginis meae, ne prostituas hoc corpus sub tam turpi ti-
tulo. Leno vocauit villicum puellarum, & ait: *Ancilla ex-*
ornetur, scribatur ei titulus: Quicumque Tarsiam deflo-
uerit, mediam libram dabit, postea populo patebit ad singu-
los solidos. Vide Senecam libro 1. *Controuers.* 11. Πορνεῖα,
seu vt Plautus, *lustrales cellae arcuatae* erant. Isidorus li-
bro x. *Fornicatrix est cuius corpus publicum. Ha subar-*
cuatis prosternebantur, quae loca fornices dicuntur. Glos-
sa: *Fornicaria, αἰὲν δὲ καὶ πόρνη ἵσταται.* Hinc Martialis.
menumenta, quod adinstar hypogaeorum libro 1. epigr.
xxxv.

A Chione saltem vel Laide disce pudorem:

Abcondunt turpes haec monumenta lupas.

Quinquam loca adilem metuentia remota & aditus ob-
scuri. Petron. supra, ac subinde vt in locum secretiorem ve-
nimus, supra item, per anfractus obscurissimos in hunc lo-
cum perduxit. Isidorus lib. x. *Ganeo, luxuriosus, & tāquam*
in oculis degens, quae ganea Graeci vocant.

Ead. pag. 46 versu 3. affem exegerat] Iuuenalis Saty-
ra vi.

Excepit blanda intranteis, atque ara poposcit.

Seneca lib. 1. *Controu.* *pretia stupri accepisti.* Notandum
illud Tertull. *Ipsa etiam prostituta publicae libidinis hosti-*
ae in scena proferuntur, locus, stipēs, elogium etiam quibus opus
non est predicatur.

vers. [6. *Satyrion*] Hesychius: *Καὶ τοῦ αἵματος τοῦ αἵματος*
καὶ τὰς ἀποδοσίας ἐπιδόσ. Caelius Aurelianus li. i. *Sa-*
tyriasis est vehemens Veneris appetentia. Vocatur autem ab
herba virtute, quam satyrion vocant. Hanc enim accipientes
in Venerem provocantur, cum tentigine genitalium partium.
Sed antecedentis istius passionis sunt epota medicamina ob
usum Venerem excitandum, quae satyrica vocant, quae sunt
acria atque incentina, & nervis improba.

v. 9. *Quasi per caliginem*] V. C. habet interiectum no-
men ENCOLPIVS. quasi quae sequuntur sint ex
persona Encolpij. Scal.

v.23. *Intentant in oculos Ascyli manus*] Sueton. Cæsare cap.14. *Strictos gladios usque eo intentans.* Virgil. iii. Aeneid. *Præsentemq; viri intentant omnia mortem.* Paucius Atalanta: *Mortem intentant, regno expellunt, con sanguineam ne esse abdicant.* Ita L. apud Nonium *Abdicare.*

v.20. *Cum ego proclamarem*] Apul. *Poteras saltem proclamare suppeliatum.* Vlp. l.4. §. Idem Divus. ad L. Corneliam. de sicar. *Planè si ipsi, qui hanc iniuriam passi sunt, proclamauerint, audire eos præses Provincia debet.* Atque ita proclamare *Quiritare* dicitur, hoc est, Quiritium fidem inuocare, vt Petron. pag.54. v.27. Tertull. aduersus Valentin. cap. xiv. *Ut etiam inclamaris, quasi porro Quirites aut fidem Caesaris.* Lucianus: *ἐπὶ δὲ πρὸς αὐτοὺς αὐτὸς καὶ ἀποδοῦναι ἐπὶ τὸν νόμον, ἢ ἀρχαίῳ, & τὸ πᾶσι ἐξῆς, τὸ δὲ καὶ ἐκ ἐπὶ τοῦ νόμου.* Sed hæc vulgatissima. Inde *proquiritare legem*, promulgare, verbum decemuirale. Sidonius lib. viii. epist. vi.

v.24. *muliebris patientia scortum*] Vide Aufonij epig. cxxiii. Firmicus Astr. lib. 3. c. 7. *Patiantur quæ mulieres pati consueverunt, præposteris libidinum ardoribus.*

v.25. *Cuius ne spiritus purus*] propter fellationem, aut oris stuprum, vt loquitur Arnob. l. ii. Minut. Oct. *Quæ medios viros lambunt, libidinoso ore, inguinib. inhærescunt.* Seneca de ira l. ii. cap. 8. *Raptus ad supra, & ne os quidem libidini exceptum.* Petron. pag. 46. v. 30. *Quine tum quidem conformiter facces, cum pura muliere pugasti. Non pura mulier, est fellatrix.* Catull. — *pura et impura puella* *Sauia comminxit spurca salina tua.* Iuuenalis Satyr. x. — *quot longa viros absorbeat uno Maura die.* Comm. Hanc ostendit ore fuisse impuram. eandem innui puto à Firm lib. 3. cap. 7. *Erit impure libidinosæ.* Adde Martial. lib. vii. ep. 66.

v.31. *fortiter facere*] *Fortiter facere, pugnare*, frequens apud Rhetores. Senec. lib. i. Declam. 8. *Qui ter fortiter fecit, militia vacet.* probè verò, vt multa à re militari. Apul. *præliabor fortiter & ex animo.* ego, *fortiter facere, seu fortiter præliari.* ἀποδοῦναι τὸν πόλεμον.

v.32. *viridario*] *Viridaria, ἄλσος, loca graninibus arbutisq; consita.* Pl. l. x. ep. vi. Macr. Saturn. l. i. c. iv. in Pandect. Florent. L. 13. §. 4. D. de usufruct. *viridia.* L. 79. §. ult. D. de verb. sign. *viridia.*

P. 47. v. 17. *tanquam scholastici ad cœnam promissimus.* J
D d Decla

Declamatores, vt auditorum laudibus & probationum signis disertissimi haberentur, cœnas exhibebant, aut sportulas aut nummos dabant. v. i. cum fame morerer, an videlicet audirem sententias. Plinius ep. xiv. lib. ii. Sequuntur auditores actoribus similes, conducti & redempti mancipēs, conuenitur in media basilica, ubi tam palam sportulae, quàm in triclinio dantur. Ex iudicio in iudicium pari mercede transitur. Inde iam non inurbanè σοφοκλείς vocantur: iisdem Latinum nomen impostum est laudicani: Hæri duo nomenclatores mei ternis denarijs ad laudandum traherentur: tanti constat, vt sis disertissimus. vnde integrum locum. Hunc modum etiam poetas tenuisse ex Horat. Mart. aliisque notum: quod respexit Petronius pagina 145. v. 6.

Quisquis habet nummos, secuta nauiget aura,

Fortunamq; suo temperet arbitrio.

Carmina componat, declamet, concrepet, omneis

Et peragat causas. —

Vide Iuuen. Satyr. vii. eò ventum, vt auditores, & locum conduxerint. Tacitus dial. de Orator.

Pag. 48. v. 4. adiectu petulantibus dictis: Sic diuidere] Petulantia dicta, verba ad omne genus nequitiae accommodata, quale illud diuidere, quod inter iurgia & obscœna. Pla. Aul.

S T. edixit mihi

Vt dispartirem absonium hic bisariam.

Cog. Me tu quidem hercle, dicam palam, non diuides.

S T. Beckum & pudicum verò prostibulum popli.

Post si quis vellet te, haud non velles diuidi.

Atque ego istuc Antrax aliorum sum dixeram.

Non istuc quod tu insimulas.

v. 14. laciniam extremam] Lacinia extrema, est extimū seu extrema ora vestimenti. Glossæ: Lacinia νογιστρον. Idem Glossarium: Ἰνstita ἀποζών, nō Instita. Fimbria, limbus, instita νεγίτρον. ergo hæc eadem certè nihil aliud, quàm fasciæ vestimentis adsutæ ad ornatum. at instita licet adsuta vesti non sit, rectè fasciola quæuis appellatur, non autem lacinia aut limbus. itaque pag. 54. v. 2. latus institas protulit de sinu, alteraq; pedes alligauit. in V. Gloss. protulit de sura. quod indubiè rectiùs interpretor fascias crurales; vt est apud Vlp. L. 25. §. 4. D. de aur. & arg. leg. Horat. Quarum subsuta talos tegat instita veste. Acro. Ἰνstita dicitur ἀετνόδω, quod stola subsuebatur, qua

matrona

matrona utebantur, erat enim tenuissima fasciola, qua pre-
texta adyiciebatur. Sed & Gloss. Limbus, *Σειρόδιον*, insui-
tū enim ea parte quæ pedes tangit. vnde Ouid. de arte
amandi l. i. *Quæq; tegit medios insita longa pedes*. Isido-
rus. Limbus est, quam nos ornaturam dicimus: fasciola con-
texta aut ex filis, aut auro, adfutaq; extrinsecus in extrema
parte vestimenti. Vlp. l. Vestis. §. 2. D. de auro & arg. leg.
Insita, pictura clausiq; que vesti insuntur pictura, Isido-
ro ornatura, hoc est, limbi. Sanè Lutacius ad illa Statij lib.
vi. Theb. — *picto discingit pectora limbo*, Limbus, in-
quit, fascia picta dicitur. in Isidori Gloss. Limbus, clauus
in veste regia. adeò ut limbus, non tantum quod oræ ve-
stis, sed quod ornatus causa asluitur notet.

v. 17. *Familiaris oculus meus*] in vet. exemplari erat, *ocu-
li temni* puto: oculis teneris, ut *μολοντα* intelligat, & luscio-
sum; qui propterea oculos propius admovebat ad in-
spiciendum pallium. Scalig.

Pag. 49. v. 4. *Intactu aureus*] Horat. libr. 3. od. xxiv. *Inta-
ctus opulentior thesaurus Arabum*.

v. 10. *Iure civili*] *Interdicta* non sunt iuris ciuilibus, sed
iuris prætorij. At Petronius prætorium ciuile ius facit,
opponens ei scilicet ius naturale vel gentium.

v. 11. *Ad interdictum veniret*] pag. 73. v. 13. *Si venturum
ad interdictum Herculem credidisset*. *Ad interdictum veni-
re*, est iure ordinario agere. Frontinus de limitibus agro-
rum: *De possessione controuersia est, de qua ad interdictum,
hoc est, iure ordinario litigatur*.

v. 15. *traducunt tempora æterna*] v. c. *sera*, fortasse, *scelta*.
quod valde placet. Scalig.

v. 16. *vendere verba solent*] Mart. libr. 5. c. 17. *Sollicitisq;
velim vendere verba rei*. Seneca, Herc. Furente:

Hic clamosi rabiosa fori

Iurgia vendent, improbus iras

Et verba locat.

Strabo lib. 3. Diosc. l. 2. c. 31. Artemidor. libr. i. εἰς γὰρ ὁ γάρ
ἀπο ὁ γὰρ, ἢ σπινθὴρ. probè verò Manil. lib. v.

Hinc sanies pretiosa fluit, floremq. cruoris

Euomit, & misto gustum sale temperat oris.

Seneca ep. xevi. Garum, preciosam malorum piscium sa-
niem. Cur preciosam saniem vocarint, Plinius docet li-
bro xxxi. c. iiii. hinc Martialis, nobile garum & fastosum.
garum autem piperatum; quia condiri solitum aromatis
aliisque pro ratione cibi videtur, nam in Glossario legi-
tur εὐγάρου Oleum & liquamen.

v. 23. super pisces] Garo pisces conditi. Lucian. Asin.
ἀποπιδας, ἰχθῦς τῶν πρὸ γάρου ἢ ἐλαίου κατακειµένους, Horat.
Sat. 8. l. 2.

Affertur squillas inter murana natantes,

Hu mistum ius est oleo, quod prima Venastri

Presit cella, garo de succu piscis Iberi.

addo & oua Martial.

— Sombri temperet oua liquor.

ibid. in Euripo] de Euripo & eius fluxu Plin. Strabo,
alii. ab eo quemuis riuum Euripum vocat. Plin. ep. nam
& lacus seu fossæ, quibus ad munimētum arena circum-
data Euripi. Suet. Cæsar. c. 39. Tertull. aduersus Hermog. Ci-
uitas extraxit theatrum, scena erat talis, & statua super Eu-
ripum &c. ita festiuè Petr. Euripum appellauit, latiore
repositorij seu patinæ fundum.

v. 25. res electissimas] Apul. Partes electiores surripuit.
Idem partes electibiles comparere nusquam. Plau. Mostel.

Vino & victu probo, pisciatu electili.

In eadem fabula Sc Exi. Neque tam facetu quàm tu vi-
uis victibus, repono ex V. C. Florentino. Neque tam se-
lectis.

v.27. *eiusmodi methodio*] L. *metodio*. μεταθείω, id est, interiecto cantico.

v.28. *proccssit statim scissor*] Clemens Pæd. libr. III. c.2. φεύγοντες γὰρ αὐτοκτονίαν, καὶ αὐτοδιακονίαν, ὅτι τὸς θεοφρον-
τας καταφύγουσιν, ὁμοιοῦν δὲ περὶ ζῶντων, δὲ τῶ ἐν τέχνῳ
εἰς μίαν κατατεμνόντων τὰ κρῖα. Lucianus πάλιν τῶ δὲ
μίσθῳ σωόντι τεμνομένῳ ἢ γὰρ ἐν τῷ μέσῳ σὺς ὑπεργασίῃ
χρὴ ἐκ παντὸς τὸ διατέμνοντα ἵλιον ἔχειν. Vbi perperam
vertunt, *struētozem*.

Pag.66.v.2. *Carpus*] Iuven. Sat. 9. — *archimagiri*,
Carpitores. Comm. *Inferiores*, qui *inlata carpunt*.

v.10. *Nummos modio metitur*] Prouerb. ἀργύρου μέδι-
μνῳ δοπομετρεῖν. Lucian. ἐπεὶ διαλ. τὸ ἢ γὰρ ἀργύρου μὴ δὲ
ἀρίθμῳ ἀρεῖν, ἀλλὰ μέδιμνῳ. Horatius libro I. Satyra v.
--- *diues* Vt *metiretur nummos*. quod Plaut. *aris acernus*
ruit. imitatur Horat. l.2. Sat.5. Tu *protinus unde Dinitias*,
aris, ruam dic *augur acernus*.

v.14. *Topanta*] Quintil. *Principes in Caesaris amicitia*
agnus fueruntque cuncta. Lucian. πάλιν τὸ Περικλῆος τελευτῆς.
Περικλῆος, δὲ ξυμπαγωγῆς, δὲ πῶτα μόνῳ αὐτὸς ὢν. ἐπεὶ
διαλ. ἀνδρ. δεσπότης, πάντ' ὡς ἐγώ.

v.22. *poëtarum capis esse mentio*] Vide Pers. Sat. 11.

v.25. *Rogo, inquit, Magister*] Alloquitur Grammati-
cum, aut censorem quendam poëtarum. nam & Eu-
molpuni compellat ita Eucolp. pag.90. *Omnem scabitu-*
dinem animo, tanquam bonarum artium magister, deleret
sine cicatrice. Aut βασιλῆα *Συμποσίαρχον*. qui Varr. *mod-*
imperator. nam & is *magister*. Lamprid. Eliagab. *Pre-*
fectum urbi ad bibendum vocabat, adhibitis & praefectis prae-
torio, ut si recusarent, *Magistri* eos cogerent. Martial lib. XII.
magister cœna.

v.31. *Plumato am. aur. Babylonico*] Tertull. de pallio.
Pauca pluma vestis, & quidem cataclitis, imò omni conchylio
depressior, qua colla florent, & omni patagio inauratior, qua
terga fulgent. propriè igitur cum de aue. At delicatiori-
bus etiam vestes, ex variis plumis contextæ. Seneca epist.
xci. *Non animum pluma in usum vestis conseruantur.* & gra-
phicè Prudent. Hamartig.

— hunc videas lasciuas prapeto cursu

Venantem tunicas, animum quoque versicolorum

Indumenta nouis textentem plumæ pennis

hinc ipsi textores Plumarij. Varro de liber. educ. Nulla,
qua non didicit pingere, potest indicare, quid sit bene pictum

à plumatio. Firm. lib. 3. Astron. Lintheones aut Plumarij.
vel cororum inventores. cap. 13. Lintheones, vel tunicarum
textores, sum plumarios. & Constant. Imp. in L. 1. de ex-
cus. artif. Quamquam aliter Glossæ: Plumarius πλω-
δαφ.

ibid. Babylonico] Glossæ: Babulonicum. βαβυλωνίος
Martial. Babylonica picta superbe texta. Nobiles enim
hoc artificio Babylonij. Tertull. de habitu mulier. Phry-
ges insuerent, & Babylonij intexerent. Clem. Alex. Pæd lib.
12. cap. x. aureo Babyl. quia auro picta varie ea opera. Hie-
rom. ad Latam: in quibus non auri & pellic Babylonica ver-
oniculata pictura. Hipparchus Comicus: ——— Δαπιδίον
ἐστὶ ἀγαστήρ καὶ αὐκίλον Πέρσαι ἔχον, & χρῦτας ———
vnde Plaut.

——— Alexandrina belluata confutaq; tapetia.

v. 32. Gallina Numid.] Mart. lib. 3. epig. 58.

ibid. Gallus spado] capo. Mart. ibid. & dist. 63.

v. 33. Ciconia etiam] Plin. lib. x. cap. xxiii. Horat. libr. ii.
Satyr. ii.

ibid. hospita] ita Varro apud Arnob. lib. vi. hirundines
hospitas vocat.

v. 34. pietati cultrix] Plin. Cicero, aliique complures.
multis Philo πρεὶ τοῦ δέου λόγον. Arist. de histor. Anim.
lib. 6. cap. 13.

v. vlt. Anis exul hyem] Plin. lib. x. c. xiii. Arist. de hist.
Anim. lib. 8. cap. 15.

Pag 67. v. 1. Nequitia] Luxuria.

ibid. cacabo] Gloss. (cacabum, χύτρον. Vas quod igni appo-
situm. hoc ex multis Scribonij Lari locis colligere est.
hinc lucet, vnde Tertul. de ieiuniis. Apud te agape in ca-
cabis fruet, fides in culinis calet. Paul. L. 18. D. de instruct.
vel instrum. leg Nec multum refert inter cacabos & ænium
quod supra focum pendet: his aqua ad potandum calefit, in
illis pulmentarium coquitur. ex quib. verum eius vsum
haurimus. Isid. Enulium, caldarium. Gloss. Ænium λέγεται
L. Ænium. Ad eandem rem miliario vsti: Athen. το μιλιά-
ριον καλεῖται τὸ ἐκ τοῦ ρωμαίου τοῦ εἰς δεξιὰ ὑδῶτος κατεργα-
σίου κατασκευαζόμενον. Gloss. Miliarium δεξιμεγέ. & alibi
τμήμετρον. L. δέξιμετρον. Comm. Iuuen. (cacabum patinam
interpretatur, & Satyr. xi. bascaudas vasa ubi calices lava-
bantur, & cacabos. minus rectè.

v. 2. tribacca Indica] L. cara tibi, bacca Indica. Scalig.
Basca, vnio. Horat. lib. 2. Sat. 3. diluit insignem baccam.

v. 4.

v.4. Tollas pedes] Mart.lib.ii.epist.72.

Protinus accedunt medici, medicæq; recedunt,

Tollunturq; pedes:ô medicina gravis!

v.7. ignes lapideos] Manil. -- *Phœbeis certantia lumina flammis, Gemmarumq; illi radiantes lucibus ignes.* Claud. paneg.in iv. Non. Conf.

Quis iunxit lapides ostro? quis miscuit ignes

Sidonij rubriq; maris? —

Hieronym. ad Demetriad.

Ardentes gemma redduntur scrinijs.

v.8. probitas est carbunculus] vt Theogonetus: *Ῥοβία δὲ ἀπὸς αὐτοῦ.* & ipse Publius: *Frugalitas est inserta fama bona. nam inserta, ἐμδλμα. emblemata verò quæ ex auro & gemmis argento infixæ. vt apud Xiphilinum Tiberio. τὰ ἀργυρεὰ χρυσοῦν τι ἐμδλμα ἔχοντα.* Paul.lib.7.Sententia. titul.6.

v.9. *Æquum est induere nupt. uent. text.*] Quia id metreticum. Horat.lib.i.Satyr.2. *Altera nil obstat; Cois tibi penè videre est, Vt nudam---* Propert.lib.4.eleg.2.

Indue me Cois. siam non dura puella.

Ventum verò pro tenui veste, etiam Tibull. libro tertio, Eleg.2.

Post hac carbasieis humorem tollere velis.

v.10. *nudam in neb. lin.]* Plinius lib.ii. de Coa: *Vt denudet faminas vestis.* Hieron. ad Latam: *Vestimenta parer, quibus pellatur frigus, non quibus vestita corpora nudentur.* ad Heluid. *Ingressuntur expolita libidinum victima, & tenuitate vestium nude oculis ingeruntur.* meminit etiam in Marcellæ vid. epitaph. Seneca 2. controu.6. *Vestem nihil in matrona testuram concupivit. controu.8. Vt tenui veste perspicua sit.* Philemon. apud Clement. Alex. *ἰματὶα διαφανέστα.* Tibul. Senec. *pellucida.* Tertul. Pal. *Textu pellucido tegendo nudauit.*

ibid. in nebula linea] Fulgentius Mythol. lib. i. *Astiterant itaque syrmate nebuloso lucida terna viragines.*

Pag 68. v.11. *per omnes scriptos gastrarumq;]* L. *per omnes scrupos gastrorumq; eminent frag. Gaster vas fictile rotundum.* Aristoph. *gasterium.*

v.31. - *valete cura Mortalis.]* ita distingue.

P.69. v.6. *Si qua est amantibus fides, dubitavi an v.q.r.]* Arel. Fuscus apud Senec. vii. Controu. *Cum traditus essee mihi frater, imperatumq; vt sumerem supplicium, si qua est fides, tentari me putavi, an facerem parricidium.*

v. 14. locum] Putant innui partem inhonestiorem. Cels. Aurel. acut. passionum lib. 3. Indecenter ipsa in loca manus mittunt, prurientibus verendis. Tertul. de Anima: Factus in locu matris tumultuatur.

v. 23. intorto circa brachium pallio] Linius lib. xiv. Palliamento circum lauum brachium intorto in hostes impetum fecit.

ibid. compos. ad praliandum gradum] pagin. 42. statum praliantis componit. Pugnaturi ita se constituebant, ne aduersarius statum conturbare posset. Senec. Cons. ad Polyb. Utrumne percussu arma submisseris, an in statu & gradu steteris. allusit Hiero. ad Demetr. Quasi in procinctu & acie stemus semper ad pugnam. Vult nos loco mouere hostis, & de gradu decedere, sed solitanda sunt vestigia. Lucifer. Caralit. Hoc tu putasti de gradu pelleri, hoc prosternere. Idem. Viximus Christiani nec prosperis nec aduersis de gradu dimoueri. vt Liber. mouere potuit de statu. Senec. lib. 2. de tranq. vitz, cap. 9. Sanè tanta cura fuit in gradu constare, ut contenderint casu eundem obtinere locum. Plaut. Amphitru.

Quisque uti steterat iacet obtinetq; ordinem.

Sal. coniur. Catil. Quem quisque viuus pugnandi locum ceperat, eum amissa anima corpore tegebat.

Pag. 70. v. 9. Fulminatus hac prouum.] Heliodorus lib. vi. ἀσφὸς βέλτε τοῦ πῦρος βλάβη.

v. 23. ridendas inclus. pag. p.] In fine fabularum mimisum mouebant salibus & facetiis, eaque dicteria, exodia dicebantur; scurra qui intrabat, vt ridiculus foret exodiarius. Iuuen.

Vrbis exodia risum mollet Attellang.

Apul. Florid lib. 11. Si mimus est, riseris; si comedia faueris, ergo ridendas partes, extremas. Glossa Isidori: Exodium, cantio in theatris ludicra & scurrilis. at in aliis Gloss. Exodium, officium Exodiarius, impositor officij. de quibz hercle impræsentiarum ampliandum censeo.

ibid. pagina] S eni. Rufinus de metris Terent. Est in Eunuch, Terentij statim in prima pagina hic versus trimetrus: Exclusi, reuocat, redeamne? &c.

v. eod. partes.] Alconius ad illa Cic. in Ver. Sape illum, qui est secundarum, & tertiarum partium. Comædia quinque actus habet. Est ergo persona primarum partium, quæ sapius de actis regreditur, & quæ subnestit. Varro de Re rust. lib. 2. Cum accepissem conditionē, ut mea partes essent prima.

Horatius:

Horatius: partes minimum tractare secundas. Iuuenalis Satyra IV. est mihi saepe vocandus ad partes. Commentatur. Metaphora à Comœdia, quia scenici ad partes suas solent reuocari.

Pag. 71. v. 3. Graca urbis] Iuuen. non possum ferre Quirites Gracam urbem.

v. 10. die qui tanqu. toga virilis stolam sumpsit] Qui eo die, quo adolescentes prætextam ponunt, pro toga stolā induit, ut naturam concuteret, & cum sexu luctaretur.

v. 11. qui ne vir esset à matre persuasus] Allusit ad fabulam Achil. Notum Achil. suasu & sollicitudine matris in virginem mutasse.

v. 12. Qui opus muliebre in ergast. fecit] ut Hercules captus amore Omphales quò allusit.

v. 13. Postquam conturbanis] Conturbare, decoquere. Serui, qui dominorum pecunias interuertunt, conturbare dicuntur. L. 5. §. Idem Labeo. D. de institor. L. 16. D. de in rem verso. Et apud Mart. Conturbator Aper. hinc ducta locutio.

vers. 17. Iacent.] Propert. Nunc iacet alterius felici nixa lacerto.

v. 20. Nam aut vir ego] Apul. lib. 5. Metamor. Nec sum mulier ego, nec omnino spiro, nisi eam pessum de tantis opibus deiecero.

vers. 29. siue ille planus, siue nocturn. glossator] Planus, qui discurret sine noxa aliorum. Grassator, qui eadem molitur vel ex lubricine vel propter præmia. unde propriè, prædones nocturni, premiatores: Nonius. de his Manil. lib. 4.

Sed pecorum membris media grassentur in urbe,

Et laceros artus suspendant fronte taberna,

Luxuriaq; parent eadem, mortesq; lucentur.

Vide Plautum Amphitr. Sc. 1. Arnob. libr. 2. Apul. Mil. libro 2.

Pag. 72. v. 17. sic vita traditur] Inscriptio;

VIXI. VT. VIVIS.

MORIERIS. VT. SVM. MORTVVS.

SIC VITA. TRVDITVR.

v. 26. Non oportet consil. cred.] Sallust ad Cæs. Sape praesentia magis, quam bona consilia prosperè eueniunt, quia plerumq; res fortuna ex consilio suo agitat.

v. 28. In Pinacothecam] Pinacotheca, seu tablinam, locus ubi tabulae pictae posita. Varro de Re rust. libro 1.

Be 5. c. 2.

c.2. *Cum spectatum veniunt villas, ut videant pinacothecas.*
vide Fest.

vers. 29. *Nam & Zeuxidos manus vidi*] Synesius epist. cliv. *Ἐπαρθεῖν κινῶτατι τῇ ἀρχαίᾳ χειρὶ, ὥστε τὸ ἀνδρῶν αὐτῶν λέγειν εἰσθαυῖ,*

v. 31. *cum natura veritate*] Plin. lib. 33. *Accessit ars pictura. Didicit homo naturam provocare.* Cicero libro 11. *de Inuent.* *Præbete ex istis formosissimas, dum pingo quod pollicitus sum vobis, ut mutum in simulacrum ex animalis exemplo veritas transferatur.*

v. 33. *Quam Græci monocremson*] L. monocremson. *Ut intelligatur pictura Apellis, in qua ἀνδρῶν & μονόκρημον, id est, pictura λίσση. Ita longè corruptiss. locum, rectè emendat Scaliger.*

pag. 73. v. 18. *cum ventu litigo.*] Haud absimile apud Paulum ad Corinth. cap. 14. *εἰς ἀίετα λαλῶντες.* Lucret. lib. 4. — *na ventu verba profundam.* Propert. li. 1. Eleg. 16. *At mea nocturno verba cadunt Zephyro.*

v. 20. *exercitati vultus*] Vide comm. Iuven. Sat. vii. v. 9 *dignus venias hederu & imagine macra.*

v. 21. *promittere*] *ᾠεσδονίας παρὰ τῶν ποταμῶν.* Iuven. Sat. vi. — *dura per brachia sæta promittunt atrocem animum.* ibid. *cultu*] vestitu. Plaut. *Exerce vocem, per quam visus, & colu.* Lucanus x. Pharf.

Disinitas Cleopatra gerit, cultuq, laborat.

Tertull. de pallio: *Scytalofagitti pelliger ille, qui totam opitheti sui sortem cum muliebri cultu compensavit.*

v. 23 *quos odisse diuites solent*] Horatius lib. 1. Sat. iv.

vers. 26. *si quid coronis credendum*] Sueton. Nero. Cap. x. 1. *Instituit & quinquennale certamen primus omnium Roma more Græco triplex, Musicum, Gymnicum, Equestre. In iis certaminibus oratores, poëtæ, & omne genus artificum de coronis contendebant, vti & in agonibus Capitolinis, qui exemplo ludorum Olympiorum à Domitiano instituti.* Sueton. cap. iv. *Vetus Inscripção: L. VALERIO. PVDENT. HIC. CVM. ESSET ANNORVM. XIII. ROMÆ. CERTAMINE. IOVIS. CAPITOLINI. LVSTRO. SEXTO. CLARITATE. INGENII. CORONATVS. ESSE. INTER. POETAS. LATINOS. OMNIBVS SENTENTIIS. IVDICVM.* Tacitus Annal. xvi. *Senatus, propinquo iam lustrali certamine, ut dedecus auerteret, prefuit Imperatori victoriam cantus, adijcis facundia coronam.*

nam, qua ludicra deformitas velaretur. Idem refert Sueton. Neron. cap. xii. Quò fortè ille morsus : *Quas nonnumquam ad imperitos gratia deferre solet.*

v. 34. *Vilis adulator*] Lucianus de Parasito: ο μὲν βίβηται ἀναγκασίτε καὶ πτωχὸν ὅτι τῷ πτωχῷ φιλοσοφῶν.

Pag. 74. v. 4. *rectum iter vita*] Firmic. lib. 3. c. 1. *ut rectum iter vita mortalitas ingressa.*

ibid. inspicere] Legendum, *insistere.*

Pag. 75. v. 2. *timidissimo murmure votum feci*] Superstitio veterum, qua semper taciti aut murmurantes vota faciebant. Iuven. Sat. x.

Formam optat modico pueris, maiore puellis

Murmure, cum Veneris sanum videt anxia mater:

Perf. Satyra 2.

*Haud cuius promptum est murmur, humilesq; susurros
Tollere de templis, & aperto vivere voto.*

vid. Senec. ep. x.

v. 3. *Domina Venus*] apud Lucia. Amoribus δέσπονα Ἀφροδίτη. Ouid. lib. 1. de Arte amandi.

v. 6. *Audito volupt. precio*] Confer. Iuven. Satyra v.

v. 14. *Gallos pugnacissimos*] Varro de Re rust. In certamine pertinaces, & ad pugnandum maxime idonei. Philo-
σοφία τῶν ἀνθρώπων σπουδαῖον ἐστὶν εὐθυμεῖν. Οἱ γὰρ ἀλεκτηρίνες
ἔστωσι εὐθυστασι φιλοκινδυνώσας ἀγωνίζεσθαι, ὥστε ὑπὲρ τῶν μὴ
εἰσὶν ἐπαρκαλοῦνται, καὶ ἡττωμένων ταῖς θλιβάσεσιν, ἐκ ἡτ-
των τῆς ὀδολογίας ἀχρεῖ γὰρ θανάτου παρκαλοῦσιν.
quem si lubet vide. Plin. lib. x c. xxi. Aelian. Variar. hist.
libro 11.

v. 26. *Asturconem*] Mart. distich. Plin. l. 8. c. 42. Suet.
Ner. c. 46.

v. 29. *primum impl. lact. papillis manus*] Ineptiz aman-
tium. Ouid. 1. Amor. *Forma papillarum qua fuit apta
pr. mi.* Lucian. ἐταῖρ-δὲ καὶ ἐπερίβαλλον ἐ τῆς μαστὸς ἐθ-
λίζον, ἐ ἔδακνε μεταξὺ καὶ φιλοῦσα. eadem Plaut. coniun-
git Pseud:

Teneris labellis molles morfiuncula,

Pupillarem horridularum oppressiuncula.

v. 30. *Lactentibus papillis*] Catull. lactantes vineta pa-
pillae.

Pag. 76. v. 14. *libido distenta*] tumens. nam *tumere* Ti-
bull. ὄργαν & tumor. in Priap. Et inquietus inguina ad-
rigit tumor. Horat. l. 11. Sat. 11. *tument tibi cum inguina.*
Interpr. libidine inflammantur. apud eundem, *polis ten-*

igine rumpi. Interpr. sentigine, id est, distentione membrum virilis.

v. 29. Plena maturitatis] ἐν ἀκμῇ.

v. 30. annis ad patiend. gestientibus] ὀρεγασθαι. Gestire ad patiendum, παροχρᾶν, Latinis subare. Horat. x. 1. Epod. subando Tenta cubilia, testāq; rumpit. Hieron. lib. 2. aduersus Iouinian. Subantem in hortulis inter adolescentulos. Ipsi verò ἐφθῆς hoc est, παίδες ἐν τῇ ἀκμῇ, Hirquitalis, seu Irques, vt auctor Gloss. rij, & quod Aristoteles τῆς ἀγῆς, antiqui hirquirallire. Censorinus de die Natali cap. xiv. Fest Hirquitalis.

ibid ad patiendum] Infra Accessi tentaturus an pateretur iniuriam. Firmicus l. b. 3. Patiuntur, qua mulieres pati consueverunt. Seneca Natur. libro 1. cap. 16. Toto corpore patiente spectabat nefanda. Idem: Obscœnitas mea patientiam suam miratur. omnino frequens in hac re scriptoribus.

Pag. 77. v. 2. Quare non facimus] Iuuenal. Satyra vi. Et lacrimis parere. Commentator: Si parum feceris, non irascitur ut uxor.

v. 17. Itaque hercule Democritus] Lucian. Philopseu. Laërtius eius vitâ.

v. 20. Eudoxus in cacumine excelsi montis] Strabo Geograph. lib. xvii. δεινύτατον ὄρος οὐκ ἔστι τῆς ἡλίας ἀβύσσος, καὶ ἀπὸ τοῦ ὄρους τῆς Κυίδος, καὶ ἂν ἐσημειῖτο Εὐδοξὸς τῶν ἀστρονόμων τινὰς καὶ οὐρανοῦ.

v. 27. Myron] Cicero. Bruto. Lucianus Hermoti. Strabo lib. xiv.

v. 29. At nos vino scortisq; demersi] Sen. Nat. Quæst. lib. 7. c. 32 Plin. lib. 25. c. 1.

Pag. 78. v. 1. Ac ne bonam quidem mentem] Omnino sententia Persij Sat. 2.

Haud cuius promptum est murmur, humilesq; susurret
Tollere de templis, & aperto viuere voto.

Mens bona, fama, fides, hac clare, & ut audiat hospes:

Illa sibi introrsum, & sub lingua immurmurat. ô si

Ebullit patrii praelarum funus: & ô si

Sub rastra crepet argenti mihi seria dextro,

Hercule! pupillumve utinam, quem proximus hares

Impello, expungam.

Iuuen. Saty. x. Prima ferè vota ——— Diuitia crescant
& opes.

v. 9. Mille pondo auri. Capitolio promittere solet] Vide
Lips.

Lipsad Tacit. Annal. lib. xv.

v. 20. *Iam decuma mæstos*] Virgil. --- tot iam labentibus annis Instat montis equum. --- Edificant. ---

v. 23. *casti vertices Ida*] Statius. --- vertice sacro Dindymon, & castis decrevit frondibus Ida.

v. 26. *Aperitur ingens antrum*] Ingens omnino moles fuit equi Duratei, unde, *Qui castra caperent*. nam Scholiast. Lycophr. εἰς τὸ Διόρειον ἔκρον ἀνενήκοντα, ἢ τρεῖς χίλιοι, ἢ κατ' ἐμὰ κ' αὐδραὶ ἐλθόντες ἐνὰ βλωτο. Petron. *Roborea moles*. Homer. μέγαν ἵππον. Virgil. *Et molem mirantur equi* --- immensam attollere molem. Seneca, *dona molis immensa*.

v. 28. *Irata virtus*] Ipsi Achiui, fortè, vt Horat. *Virtus Catonis*. *Virtus Scipiadæ* & mitis sapientia Lali. Virgilius: *Huc delata virum sortiti corpora furtim* Includunt caceri. --- Homerus:

Διοτρεὺς μέγαν ἵππον, ὃν εἴατο ἀντὶς ἀγέου
Ἀργείων.

ibid. *stipant graues equi recessus*] h. e. grauidos. Virgil. *staudis fatalis machina muros Fata armis*. --- Ovidius iii. *Fastorum*: *lacet ipsa grauis*, *Gratius*: *utroque grauis succedere Tygrī Ausa canis*, *maiore tulit de sanguine fatum*.

v. 31. *fero*] Manil. *Quadrupedum medicas artes in membra ferorum* Nouerit --- innuit mulomedicum. Arnobius libro ii. *Saturnus in adulterio comprehensus induit formam feri*.

v. 34. *Iam turba portis libera*] Virg. *Nos abiisse rati* --- Ergo omnis soluit se Tencria luitu. *Panduntur porta: immitte*. ---

Pag. 97. v. 2. *Neptuno sacer*] Virg. *Laocoon ductus Neptuno sorte sacerdos*.

v. 11. *inuentus capta*] Horat. *Grecia capta ferum victorem cepit*.

v. 14. *Dorso repellit*] Stat. *Isthmos*, & à terris maria inclinata repellit.

versu 18. *Pulsumque marmor*] Mare. Virgil. i. *Georgicon*, *Et quando infidum remis impellere marmor Conueniat*.

v. 19. *angues orbibus geminis*] Virg. *immensis orbibus angues*.

v. 22. *libera pontem iuba*] L. *Libera mento iuba*. Scalig.

v. 25. *insulis stab: sacre*] vide Festum.

v.26. *Phrygione cultu*] Tutulati. Fulg. de prisco ferm^o
ibid. *gemina nati pignora*] Statius: *gemino natorum pi-*
gnore fultus.

v.33. *Infirmus auxiliator*] Virg. *Post ipsum auxilio sub-*
euntem, ac tela ferentem, Corripiunt. —

Pag.80. v.3. *Iam plena Phabe*] Senec. Agam. *Vidimus*
patriam ruentem nocte funesta. Virgil. *Versitur interea cœ-*
lum, ruit Oceano nox, &c.

v.5. *sepultos nocte & mero*] Virgil. *Innadunt urbem so-*
mno, vinoq, sepultam.

v.6. *relaxant claustra*] Virg. *Laxat claustra Sinon.*

v.7. *Tenant in armu se duces*] *περὶ δὲ δὲ ἱκας &c.*

v.8. *Nudo remissus*] V. *Duro r.*

v.15. *Ex hu qui in porticib. spatia b.*] Vide, si tanti, quæ
prius adduximus.

ibid. *lapides in Eumolp. recitant. coniecerunt*] An id mo-
ris obtinuit recitantes insectari lapidibus, si quid pa-
rum probè, aut ad mentem audientium? apud Senecam
III. *Controuersi. Pueri scholas frequentant; hi Ciceroni Cæ-*
sium præferrent, nisi lapides timerent. An ceritos lapidi-
bus obruebant, vt hunc poetam, quem à se exiisse pu-
tabant?

vers. 27. *Vt quotiesc. cap. à te exire sang. à cap. mittam*] *Quia*
furentibus vena incidi solet, vt docet Celsus, &
Iuuenal. Satyr. v.

v.32. *aduentitia*] Sueton. Vitell. *Famossissima super cate-*
ras cœna ei data aduentitia à fratre. }

Pag.81. v.1. *Unà cœnabimus*] Martial. *Ostauam poteris*
seruare: cœnabimus unà.

v.4. *Strigilibus*] His vsi ad fricandum veteres, vnde
nata vox *distringendi*. Seneca ep.88. *Marcel. de medicam.*
Cum locum perunxeris, citò distingas. Comment. Iuuenal.
Sat.111. *Strigil est, quem Xystra docuit, quo oleum deteritur.*
ita hunc locum legimus. Strigilem graphicè describit
Apul. Floridorum. lib.11. seu potius libro 1. Nam, vt in
transcursu moneam, in horù librorum distinctione pec-
catum, sanè initium lib.1. annectendum libro 1. in fa-
cili cognoscere vel ex ipsa orationis *ἀναλογία*. itaque
scribo, & distingo: *Plura enim extant mea in (amanti,*
quàm Hippia in opificiis (operibus) induco, vt spurcum.
Quid istud sit animo attendatis, diligentius & accuratius
disputabo. Hippias è numero sophistarum. & quæ sequun-
tur. Exordium lib.11. Sol qui micantem candido curru.
Strigi

ANIMADVERSIONES. 663

— Strigileculam, recta fastigatione clausula, flexa subulatione ligula, ut & in manu capulo moraretur, & sudor ex ea rinulo laberetur. Strigiles autem, & reliqua vtenilia, serui aliptæ ad balneas deferabant, quod ex Luci. Lexiph. aliisque claret. Spartianus Hadriano: Publicè & cum omnibus lauit, cum verò veteranum quendam dorsum, & cateram corporis partem vidisset sibi atterere, percontans cur se marmoribus distringendum daret, ubi hoc idcirco audiuit fieri quod seruum non haberet, & seruum cum denauit, & sumtibus. Sciendum huic ministerio addictum Gytona. hinc Artemid. lib. 1. Στραγγίδας, κ' ἐν τῷ, κ' κατωμάγεια. διὰ τὸν πύλας (μαλίσσι).

vers. 27. Postquā amari se sensit, superc. sustulit] Lucian. ἐπὶ τῷ διαλ. πλὴν αὐτὸν εἶχε καὶ τὰ λυθὲς εἰπεῖν. (ὃ δὲ ὀφείρας αὐτὸν ὑπερσφάτῃσα, κ' τὸ τοῦ ἐμφανέστα ἐχρῆν δὲ μὴ αὐτὸν αὐτὸν ζηλῶν. ὑπερσφάτῃ γὰρ αἰσθανομένη γίγνεται).

v. 28. supercilium sustulit] Pollux libro 2. ἐφ' ὧς αἰετοὺς ὁ ὑπερσφάτον.

Pag. 82. v. 21. siccatoq. anidè poculo] Ita loquitur Martialis lib 6. ep. 92. lib. 7. ep. 70.

v. 31. Et me quidem pueri imit. petulantiss. deriserunt] Artemidorus lib. 111. Μαίνομαι ἀλλὰ δὲν τοῖς παῖσι ἐνὶ βουλομένοις. ἐπὶ δὲ κ' παῖδες τοῖς μαίνομένοις ἀνολέδῃσι.)

Pag. 83. v. 9. ab officio] Malim ex Paul. 1. 3. D. de præf. Vig. §. ultim. caplarium interpretari. quàm ex Seneca impudicum. sanè quemuis ministrum officiosum indigitari posse nihil prohibet. Interp. historiz Apollonij: Accepto ceromate doctâ manu circumleuit ei, deinde in folio fuit, & exeunte rege ab officio discussit. Rex verò respiciens ad famulum ait: Iuueni ille qui mihi officium fecit, vide quis sit.

vers. 15. cœna ordinem explicui] Dominus conuiuij prænunciare solebat ordinem cœnæ, hoc est, quæ ordine, & quid vltimum coquus missurus. Hac propter domino exhibitum scedium, quod descripta ordine obsonia habere. apud Athen. legimus. Cum itaque ordinem cœnæ explicuisset, respondet Eumolp.

v. 18. Ales Phasiacu] Manilius:

Quomodo milisia Numidarum pascimur oris,

Phasidos & damni, arcesitur inde macellum,

Unde aurata nouo conuicta est aquore pellis.

Clemens Prædag. lib. 2. cap. 1. ὅπως ἐπὶ τούτοις (ὡφρῶνται τὲς ἐν τῷ φασίδῳ, ἐν τῷ φασίδῳ, αἰγυπῆας. Hierony. ad Sal-

manam

uinam: Procul sint à conuiuio tuis Phasidos aues, Attagen
Ionicus. Martial. lib. 7. ep. 57.

v. 19. *Afra volucres*] Horat. Epod. Carm. 2.

Non Afra auis descendat in ventrem meum,

Non Attagen Ionicus.

Acro: *Afra auis*: gallina Numidica.

v. 22. *ultimus ab oris Attractus Scarus, atque arata Syrtis.*] Horat.

Non me Lucrinis iuuerint conchylia,

Magiue Rhombus, aut Scari,

Si quos Eous intonata fluitibus,

Hyems ad hoc vehat mare.

Arata Syrtis, vt Virgil. Aeneid. 3. --- *nullum maris aequor arandum.*

v. 27. *Quicquid queritur*] Lucian. Cynico: πᾶσι χρεῖται ἀξιώτες, καὶ τοῖς ἀπαλλαγῆ με τοῖς πρὶ ὑμῖν μένει, ἔ γὰρ οὐκ ἐδάλασαν τίω καὶ αὐτὲς αὐτάρχει νομίζοντες, ἀλλ' ὅπου πωρῶτων γῆς ἐμπορευόμενοι τὰς ἡδονὰς, καὶ τὰ ξυμὰ τ' ὀνηχῶρων αἰεὶ προσμενόντες, καὶ τὰ πολυτελῆ καὶ ὀνυμῶν, καὶ τὰ δὲ πύργια καὶ ὀνυμῶν. Seneca ep. cxi.

v. 33. *sub eadem caussa*] Elogio, seu titulo.

Pag. 84. v. 12. *Ego paedag. & custos, etiam quò non inferis, sequar*] Paedagogi sequebantur pueros. Horat. Saty. lib. 1.

— *vestem, seruosq, sequentes*

In magno populo si quis vidisset, amita

Ex re preberi sumtus mihi crederet illos.

Ipse mihi custos incorruptissimus omnes

Circum doctores aderat. —

Manilius --- *teneros etiam qui nutries annos,*

Et dominum dominus prae-texta lege sequatur.

vide Vlpian. li. 15. §. Comitem. D. de iniuriis. Colloquiis pueril. μὴ δὲ ταῦτα γοηφείω ἐπὶ ζῴντι. Ca. & Cyprianus, καὶ ταῦτα παρέδωκα ἐμῷ παιδί. Εὐμαρθεὶς ἐν εἰς πᾶσι πρὸς ἡλθον ἀποκλένεις μετὰ πᾶσι ἀρχοῦν. πάλιν δὲ dicit *casparium*, qui eunti ad scholam libros portabat. Iuuen.

Quem sequitur custos angusta uernula capsa.

v. 16. *Put a igitur me furiosum esse, cede infania*] dixerat: ego iracundus sum. Seneca vsquequaque iram insaniam esse disputat. Horat. *Ira furor brevis est.* Senec. lib. 1. de Ira, c. 1. *Hic totus concisatus, & in impetu est doloris, armorum, sanguinis, suppliciorum minime humana fruens cupiditate.* L. ex V. C. *furans cupid.* Furit, inquit, minime hu-

mana

mina cupiditate. idem Seneca adserit, iram speciem esse furoris minimi. Philetio: *μαίνεσθαι πάντες ἐπὶ ὅταν ἴπ' ἰδέμεθα*. Apollonius Macedo τ' *ἐξιδυμίας τὸ ἀχθῆναι*. vide Cic. lib. III. Tusc. Quæst.

v. ultim. *femincinto stanti*] Locus desperatus, quales complures in hoc scriptore, adeò vt in singulis trepidamus, nec magis certi ponere pedem, quàm ij qui in tenebris. Fateor multa intacta nobis abuisse, quorum tamen tam ardua difficultas, vt aliorum quoque acumina hebetarint.

Pag. 85. vers. 27. *disersitor*] *παρδ' ἔχουσιν* Dinorforianus. Glossar,

v. 33. *ne mercedem cella*] *ἐνοίκιον*, seu *στράτιον*. Poll. libro I.

Pag. 86. v. 8. *lignæum candelabrum*] Cæcilius: *Memini ibi candelabrum lignæum ardentem*. Mart. Apophor.

v. 15. *Insularij*] L. 203 L. 166. D. de Verb. signif.

vers. 18. *carnario*] *Carnarium* *κρεμαστήριον*. Vide Non. Dolia.

v. 20. *soleis lignæis*] Autor Rhet. ad Heren. *Pedibus solea lignæa inducuntur sunt*. Gloss. *Solea* *Καρδάλιον*. Item: *Καρδάλιον* *Gallicula*, quæ vox etiam in Gloss. Isidori: *Calces gallica militum*. Idem Glossarium: *Gallicula* *τερχαῖς*. He sych. *τερχαῖς αἱ Καρδάλια καὶ αἱ γαῖς σέρμαται*. ita L. hunc locum. Soleæ igitur lignæe sunt, Gallicæ, aut sculponæ. nam & ita rectè appellantur, licet aliter Fulgentius exponat, vtrumque vocabulum retinent Vascones. à gallicula, *gallicularius*. Glossæ Isidori: *Gallicularius*, *cerdo*. et si minus proprium hoc interpretamentum.

v. 31. *stricto acutoq; articulo percussis*] *Κονδυλίχα*. Hoc est *κονδυλίου πλῆγαι*. Suidas. Mart. Capella lib. I. *Isidemq; quibus fuerat oblandita iustibus crebris verticem complicatisq; in condylis digitis vulnerabat*.

v. 34. *iniuriamq; Eumolpi aduocation. comm.*] Locus sine dubio corruptus. Fortasse: *Iniuriæq; Eumolpi aduocationem commodabam*. Id est, fauebam. Sequentia declarant. Scalig.

Pag. 87. v. 11. *Contubernalis*] Quippe Bargates seruus. inter seruos autem matrimonium non est, sed contubernium. L. Quæsitam §. 33. D. de instr. vel instrum. leg. *Contubernales quoque seruorum, id est, vxores*. Vlpia. L. 14. §. *Seruiles*, D. de ritu nupt. & frag. titu. de Tutel.

ibid.

peribus proceres civitatis in agris morabantur, & cum consilium publicum desiderabatur, à villis arcessebantur in Senatum. Ex quo qui eos vocabant viatores nominati sunt. Sunt ferè iidem cum lictoribus. Lat. Pacatus: Nec ociosa viatoris manus plebem verberare submonebat. Sane submo- uendi munus lictorum notum. Lego in V. inscrip. etiam Viatrices fuisse.

v. 5. Publius verò servus insertans comm.] Notanda sunt illa in gestis Collat. Curat. Reip. Boni seruo publico dixit. Intra, quare, ne plus habent. Servus publicus dixit, Quæsitus & non inveni.

v. 12. Quo enim secures attul. Seneca lib. 4. Controv. 7. Tulit secum gladium, sic enim occisuri veniunt.

v. 26. scymphe] Ea vox Exodi viii. Origenes muscas minutas, sed acerbissimo terebrantes stimulo ait, uti & Eucherius lib. 2. Instruct. culicum genus aculeis permolestum. Fortè Petr. nomen animalis effigiati in lecto. Quid si L. ipsos scimpodes. Hesych. *Σκίμπος, κρόκαλος*. Schol. Aristot. τὸν κρόκατον *Σκίμποδα*, λέγουσι αἱ ἑλληνες. Quanquam alij *Σκίμποδον*, lectum tricliniarem, ut apud Gell. libro 19. cap. 10. & Hesych. *Σκίμποδον ἀπὸ τῆς κλινίδος*. alij *λε- βέκα*.

Pagina 89. vers. 17. araneis oleo madentibus] Serena Sammon.

Si verò caput infestus colliserit ictus,
Ex oleo necti vestis debet Arachnez,
Nesciet hac illic nisi cum sanavit abire.

Quod exscripsit Marcellus de Medicam. cap. 1. Fracto ca- piti tela aranæ ex olea & aceto imposita non recedit, nisi sanaverit.

Pag. 90. v. 21. in altum compono] V. scd. m. S. ad altum composito.

v. 12. adoratis sideribus intro navigium] Puto Casto- rem & Pollucem. Propertius navigaturus deos maris invocat lib. 3. Eleg. 19.

Ergo ego nunc rudis Adriaci vehar aquoris hospes, :
Cogar & undisonos nunc prece adire deos.

Plaut. Trin. Sc. Scalfipotenti, apud Apol. Argon. lib. 1. in- gressuri mare Apollini Embasio faciunt. vide Schol. Imò & fluctibus ipsis faciebant. Cic. iii. de Natur. deorum. Nostri duces mare ingredientiæ immolare fluctibus hostiam consueverunt.

v. 25. Sol omnibus lucet] Ouid. vi. Metam. ——— usus
communis

*communis aquarum est; Nec solem proprium natura nec æ-
ra fecit, Nec tenues undas.-----*

v. 33. *sumere*] inter verba nequitiae. Martial. lib. x. epigr.
LXXI.

*Cum duo venissent ad Phyllida mane fututum,
Et nudam cuperet sumere uterque prior.*

Nemef. sic gaudia sumet.

Pag. 91. v. 3. *constratum navis*] *σῆχῃ*, Fulgent. de prisco
sermone. hinc Cicer. in Verr. *navis constrata*, quæ Cæsa-
ri *testa*, in Gloss. (*ασάνα* *σῆχῃ* *πλοῖον*).

v. 25. *post hoc fulmen attonitus*] Florus lib. 2. c. 12. *Regē
attonitum* tanquam subito malo stupentem. Celsus lib. 111.
c. xxv. *Attonitus* quoque videmus, quorum corpus & mens
stupet. Fit interdum ictu fulminis, interdum morbo. vide
Senecam Natur. Quest. libro 2. cap. 27. Glossæ: *Attonitus*
ἐμβροχῆσι & *ἐμβροχῆσι* *δεῖς*. *Attonitus* *ἐμβροχῆσι* *δεῖς*, *ἐμ-
βροχῆσι*. locus corruptus. *egregiaris* fortè *ἀγλαῆχης*.
Glossa: *ἀγλαῆχης*, *armentarius*, *gregarius*, *dux gregis*.
transposita vox, nam verbum *attonitus*, minime inter-
pretatur. Xenophon *ἐν Λωκῶν* vi. *αἰῶλες κερῶν* & *εἰς
τὸ σφραγισμένον*. & οἱ μὲν τινες *πληγῆτες*, οἱ μὲν *ἐμβροχῆσι*
τε *ἀπὸ δαῖτον*.

Pag. 92. v. 12. *vesturam*] Varro libro 1v. de lingua Lat.
Hinc *vestura*, quas soluebant ij, qui ratibus transibant:
Plaut. Mostel. Sc. Melius: *Tris minas pro illis duobus præter
vesturam dedi*.

v. 27. *in ultimis esse*] Seneca lib. 2. controuer. 5. *Cum su-
bito nunciatum est in ultimis esse filium*. Saluianus ad Ec-
clesiam: *Vel moriens & in ultimis situs*.

v. 32. *portibus se grauatim insin.*] Seneca epist. lrv.

Pag. 93. v. 20. *Utique gubernator, qui pernixil.*] Saluian.
lib. 1. *Gubernator & auras captans, & saxa vitans, & astra
suspiciens*. Theon. *κυβερνήτης δὲ ἢ τῶν αἰχῶν βλέπων ἐπα-
ναγκάζει πρὸς τὰ ἄσπερα*. Idem de gubernatore: *ὁ μματὰ
ἐν ἑαυτῷ ἀναγκάζει πρὸς τὰ ἄσπερα*.

v. 25. *funis, qui scapha custod. gerit*] Maioribus nauigiis
scaphæ & id genus minora alligata, quæ hinc *ἐφέλκεια*.
Hesych. *ἐφέλκεια*, *μικρὰ καράβια*, *πρὸς τὸ ἐλκεῖν* *ὑπὸ τῆς
μεγάλων πλοίων*. Idem tradit Scholiast Aristoph.

v. 31. *interrog. audaciam*] Seneca Controu. 8. lib. 2. *An
exhaustis viribus perierit, interrogate ruitorem*.

v. 32. *nam quod ad mentem conitatum*] Fortas. *conatum*.
Scal.

v. ult. *spiritum impendere*] Seneca lib. xi. *Controuers.*
Facilius potes carere eo qui spiritum debet, quàm eo qui im-
pendit.

Pag. 94. v. 12. *solidos*] id est, *πασούς.* Plinius *concretos*
diceret. contrarium vacuo. Scal.

ibid. *quibus non sol. venter iniur. f.*] v. c. *soleat ventus. rē-*
atē Scal.

v. 15 *semel mea*] *τὴ Mea*, redundat. Scal.

v. 22. *statuorum ritu pannos patiem. & vim.*] Velimi-
nibus & pannis simulachra induta. Laetant lib. 2. cap. 4.
His peplos & indumenta preciosa, quib. usus velaminis nul-
lus est. Comment. ad Iuuen. Sat. x. *Tunicam Iouis togam*
palmatam dixit auro confectam. hinc in Firm. Astron. lib.
 3. c. 12. *Prophetas & vestitores diuinorum simulachrorum.*
Verùm quod Artemid. libro iv. ὁ ἐν μαχρῇ σιτῇ δ' ὄψας χαλ-
κῇ ἰουδία ἀνείχετο, ὅρ' ὅς αἰτεθῆεν. καὶ γὰρ αὐτὸν τὰ πε-
ρὶ χιτῶνα ἀκίνητα, οἷα τοῖς ἀγάλμασι θεοῦ εἰδέναι. Quis saepe
aurea, aut argentea, vel ærea auro induta hæc amicula.
Lætant. Cum Ioui Olympio aureum amiculum detraxisset,
laneum iussit imponi. Iuuen. l. Sat. xi. ----- *nullo violatus*
Iuppiter auro. Interp. *Cum nec dum auro tectus esset, sed to-*
ta fictilis Iouis compago.

v. 33. *pertunde aures*] Arnob. *laminas pertunderēt auris.*
hoc est, perforarēt. Familiare Iudæis, Pœnis, aliisque qui
Romanis barbari, aures perforare; vnde Plautus Pœnu-
lo: incedunt cum annulatis auribus. Cæterùm hoc pro-
rium insigne Arabum fuisse quis veterum tradat ad-
huc quæro: nam quod apud Isidor. legitur ex Petr. de-
scriptum.

ibid. *increta fac.*] Amm. Marcel. lib. xvi. *Candidi penē*
Galli sunt omnes. D. Eucher. Instru. lib. 2. cap. 4. *Galli à*
candore corporis primum Galata appellati,

Pag. 95. v. 8 *nunquid & labra*] Auctor Moreti:

Astra genus tota patriam testante figura,
Torta comam, lauroq; tumens, & fusca colore,
Pectore latè iacens mammis, compressior aluo,
Cruribus exilis, spaciola prodigia planta.

v. 9. *crines calam. inuerr.*] Quippe Aethiopes sunt cris-
pi capilli. Vel vt Martial. retorto crine. Aristot. de histor.
Animal. lib. v. c. 3. Αἰθίοπες οἱ ἐν τοῖς θερμοῖς, ἐλάτρευτες, ἐν-
εργὶ γὰρ οἱ ἐγκέφαλοι, καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ ἐλάττειν.

vers. 12. *crura in ortem pandere*] Aristoteles Problem.
 Sect. 14. Quæst. 4. *διὰ τὴ Αἰθίοπες καὶ οἱ Αἰγυπτῖοι, βλαστῶ-*
εῖσιν,

εἰσιν, ἢ δι' αὐτὸς ὑπὸ θέρμης, ὡς παρὰ τὰ ξύλα διασρέφεται, ἔλαττον ἔστω καὶ τὰ τῆς ζώων σώματα. δηλοῦσι δὲ αἱ στείχες, ἐλαττότερες γὰρ ἔχουσιν ἢ δι' ἐκλύτης εἶναι, ὡς παρὰ βλαστῶ-
της τῆς τριχῶν.

v. 16. *præligemus vestibus capita*] Horatius libro ii.
Saty. iii.

*Nam mala re gesta, cum vellem mittere operto
Me capite in flumen.*

Capitibus velaeis mori consueuisse videtur, si morte violenta aut voluntaria, Lucanus de Pompeio:

——ubi vidit cominus enses,

Inmoluit vultus, atque indignatus apertum

Fortuna praeberet caput.—

Quod etiam Plutarch. Pompeio. Vide Suetonium Iulio
c. xxiii.

4.23. *radat utrinque non solum capita*] Viliores seruos per ignominiam semirafos habebant. Apul. lib.9. de iis qui in pistrinis: *Frontes literati, & capillum semirasi, & pedes anulati*. ex hoc ritu capio Iuuenal. licet interpret. aliter visum, Satyr. v. — *pulsandum vertice raso prebebis quandoque caput, nec durat timebis flagra pati*. — Noui equidem ex Plauti Amphitr. seruos dum manumitterentur capita rasos fuisse, imò & mento raso. Lucia. dial. qui Timon: *ἡ κατὰ πύλον εἰκίτης ἐν παιδικῶν τέρμει* & *ἐπεξεδυκὲς ἐστὶ πλὴν γυμνάσιον*. & loquitur de seruo cui libertas testamento data. Tonderi certè & radi apud plebasque gentes ignominiosum. Philostratus de vita Apol. Tyam. lib. vii. *ἀρχεται τὸ ἐν δένδρῳ τὸ ἐς τὸ ἀνδρῶν ὕβρεως, ζῶειαν τε δοποκείρας αὐτὸν, καὶ χαίτης, ἐν τε τοῖς κακουργήμασι δύσας*. adeo vt *καρὰ* seu *δοποκαρως* poena nomine adhibita; potissimum in iis, quæ ad ignominiam. Nicolaus Damascenus: *τὸ δὲ μέγιστον ἀδικήματα, ὁ βασιλεὺς καλεῖται κείρεσθαι, ὡς ἐσχατὴς ὅτης ἀτιμίας*. Harmenopulus lib. 6. tit. 6. §. 18. *τυπλιόμενος καὶ κερυόμενος ἐξουζέδωται*. tit. 5. §. 8. tit. 7. §. 10. tit. 8. §. 7. & passim. Hæc poena etiam adulterij. Harmenop. lib. 6. tit. 2. §. 20. *οἱ μοιχὰ τυπλιόμενοι, καὶ κερυόμενοι ἐξουζέδωται*. §. 25. *τυπλιόμενος καὶ κερυόμενος, &c.* Hec etiam in Taciti German. Cedreno, LL. Langobard. aliisque lectum.

verf. 24. *sed etiam supercilia*] Non tantum caput vult radi, contentus vulgari ignominia, sed etiam supercilia, vt viderentur grauius puniti. nam & hoc cum primis ignominiofum. Herodianus libro vii. γυμνὸς ἐξέλασθαι,

ANIMADVERSIONES. 671

ἄλιοντες ἐ δὲ σκοπῶντες. ἡλείων τε κ; ὁ φρύων σπαρταίμυς,
 ἐ πάσαις τῆς ἑλῶματ' ἁλῶμας ἐμπροσθεντες. Supercil-
 lia in luctu rufi. Artemidorus auctor, lib. 1. 1. 7. ὁ παλαιὸν
 ὅτι πρὸς τὰς ὀφρύας ψιλοῖται.

ibid. Frontes notas inscript.] Juvenal. --- inscripta ergastula.
 Plinius lib. 18. cap. 3. inscripti vultus. rectè autem, notans:
 nam nota, seu vt Caius I C. indicia sunt εἰγμῶα. Auson.
 Epist. xv. Ergo notas scripto tolerasti Pergame vultu. notare
 igitur inscriptione, ἡ δὲ εἰγμῶα.

v. 31. Implevit frontes inq. literu] Val. Max. lib. 6. c. 8. Cer-
 uinus ab eo vinculorum pœna coercitus, inexpiabilisq. literarū
 nota per summam oris contumeliam iniustus. Scribon. Lar-
 gus: Ponemus quo stigmata tolluntur. In ergastulo deprehensum,
 & literas habentem. Quid autem illæ literæ continerent,
 docet ipse Petr. notum fugitiuorum epigramma per totam
 faciem liberali manu duxit. verè, totam faciem: inscriptæ
 enim literæ & verba toti vultui. I. Lipsius amor & deli-
 cium generis humani, cuius feliciter curiosa doctrina, &
 politè accurata diligentia nihil nobis residui in hac re
 fecit, ex Zonaræ Annal. 111. docet Elect 1. Theophilum fa-
 cies Monachorum compunxisse, & Iambicos versus atra-
 mento infuso expressisse. Non falsò igitur epigramma li-
 berali manu duxisse ait, quamvis Suidas: πάντα τὰ ὅτι
 γραφῶνται τῇ, καὶ μὴ ἐν μέτρῳ εἰρημῶα, ὅτι γραμμάτια λῆ-
 γει. Solenni itaque ritu inscriptæ litteræ, imò verba,
 quæ causam criminisq. ostenderent compunctionis. Co-
 lumel. Hortulo: Deletura diu fronti data signa fugarum.
 Signa fugarum, h. e. fugitiuorum epigramma et si vir ma-
 gnus L. f. eorum, doctiss. sanè interpretatione. Plato de
 LL. libro 8. εἰ δὲ ἡ ἱερουλοῦν ληθῇ, ἐν τῇ πρὸς ὁπῶ κ; τῶς
 χειρὶ γραφεῖς τῶν Συμφερῶν, ἐμας ἐγγραφῆς, &c.

Pag. 96. v. 15. quod Baister asylo notum] Puto: quòd Baister
 cestro ac stylo notaueram. Scaliger.

vers. 17. Epicurum hominem diuinum] Tertull. de ani-
 ma cap. xvi. Vana in totum somnia Epicurus indicauit.
 liberans à negotiū diuinitatem. Vide Lucian. Pseudom.
 Propertius:

Ibat & hinc casta narratum somnia Vesta,

Non sibi, ne ue mihi, quæ nocitura forent.

v. 26. Quicquid luce fuit, tenebru agit] ἀφύκασι γὼ πῶς
 εἰ καὶ ὕπνον φαντασίαις τὰ πολλὰ ἀπὸ χιμῶα ἐν ἡμῶν
 θυμῶν φρενίδαν ὅπῳα γὼ δὲ ἢ τὰ κ; ἢ βίον ἡμῶν ὅτι
 πρὸς ὁμῶα, τῶν αὐτὰ δὲ ἀγῶν ἐν τὰ σέπνια.

Pag.

Pag. 97. v. 5. *Triphane somnium expiuit*] Varia superstitio expiandi somnia. Rem diuinam faciebant. Tibullus:

*Ipsæ procuravi ne possent sama nocere
Somina ter sancta deueneranda mola.*

— *omina noctis Farre pio placant.*

Aqua lauabant. Pers. Sat. 2. — *Et noctem flumine purgas.* Propert. l. 4.

Sæpe illa immerita caussata est omina luna,

Et sibi tingendas dixit in amne comas.

Plutarch. idem tradit *καὶ δεισιδαιμονίας*. Non autem omnia tantum aqua expiabant, sed omni lustrationi adhibebant. Dion. l. 39. *ὡς τε ὕδαρ ἀφαινοῦσιν, καθαρμὸν καὶ ταῦτα τινὰ ἱερὰν ποιῶσιν*. Seru. in editus Aen. l. xi. i. *Tura vestis, quæ vii consueuerant ad sacrificandum. Et autem purpurea. Purpura enim maris vicem ad piandū præbet.* Sanè quæuis scelera aqua expiabant. Varro Rer. humanar. lib. x. *Iuxta Rhegium fluuij sunt continui septem, in his à matris nece dicitur purgatus Orestes.* Idem Cato refert Orig. iii. apud Prob. ad Virg. Vide Tertull. de Baptis. cap. 5. Virg. Aeneid. vi. & inibi Seru. Laet. l. v. cap. 20. Senec. Herc. Furent. Apul. Mil. lib. vi. Dion. li. 48 Eurip. Taur. Sed & lustratio quæ per aquam, varia forma modoque peracta; aut enim parte aliqua immersi aut aspersi tantum. Cum parte aliqua, aut caput, aut manus abluebant. Quod caput Pers. Sat. 2. luv. S. 6. Apul. lib. x. Mil. Fulg. libro 2. Mythol. Theop. Char. *καὶ δεισιδαιμονίας*. Quod manus, Scholia st. Soph. *ἔσθ' ὡς τοῖς παλαιαῖς, ἔτε ἢ φόνον ἀνθρώπου, ἢ ἄλλας σφαγὰς ποιοῖν, ὁπνίωσιν τὰς χεῖρας εἰς καθαρὰν τὴν μιάσματι*. M. t. h. c. 27. *καὶ ὡς ὕδαρ ὁπνίωσιν τὰς χεῖρας, λέγων, ἀθάλας εἰμι ὑπὸ τοῦ αἵματος τὸ δικαίον*. Quò fortè illud quod Hesychius, *χερσὶν τὸ ἀγνιδιῶσαι, δὲ ὑὸ αἵματι κῆρας ἢ ἄλλας*. Notà dignum quod farris & salis iniectione aquam piatricem pararint. Menander: *ὕδαλις ὡς ἴσθ' ἄντα, ἐμὲ καὶ ἄλλας, φάσκει*. vide Clement. Alexandr. Stromat. lib. o. 7. Cur salem adiecerint ratio in proclui; nam Proclus in Platon. auctor, aquam marinam purificare propter igneam portionem; tantò igitur magis ignis, quod verum est, idcirco veterib. frequens in omni lustratione. Varro apud Charis. *Fax adhibetur propter purificationem.* Vide eundem apud interp. Persij Sat. 1. Diphil. apud Clem. Alex. lib. 7. Strom. Et quia sacra nisi castè tractari non poterant,

laure

Lauabant manus antequam facerent. Tibul.

Casta placent superis, pura cum veste venite,

Et manibus puris, sumite fontis aquam.

Ita hic locus disting. Plaut. Amph. *Inuocat deos.*

Manibus puris. Pol. 1. Sed de his Latinus alibi. Pompon. Haruspice; *Fac puriter bucco vel pectore rustico. Vis tractas laui iamdudum manus. Emendo:*

Fac puriter vacca, vel pecore rustico

Intacto laui iamdudum manus.

Haruspex hortatur ut faciat, se iamdudum paratum. *Facere vacca.* Virgil. Eccl. 3. *Cum faciam vitula pro fugibus.* Vacca autem Proserpinæ sacra fiebant. Virg. Aeneid. vi. *sterilemq; tibi Proserpina vaccam.* Atqui ut hic perperam pectore pro pecore, ita quoque apud Varro. *pecora pro pectora.* Non Pull. Varro sesquiuulysse. *Vbi nixida Phæbi veste pulchra candidi modestè amictus pascunt pectore.* L. Vbin. Ph. v. p. c. *Modestè amicti pascunt pecora.* Intacto pecore, puto, impolluto. Quare huiusmodi victimas postularint, abundè Philo. *ἅτε ζῴων τῶν εἰς θυσιάς, ἔτινα τῶν θυσιῶν εἶδη.* Virg. vi. Aen. *Nunc grege de intacto septem pactare iuuenos Præstiteris.* Sine potius: *intactum pecus,* quod iugum non sensi. Fulgent. *Minerva iniuges bonas sacrificari,* id est, iugum nunquam ferentes qui causam addit. vide Fest. hinc lucem do Senec. Agamem. *ad tua coniux Candida tauri delubra cadit,* Nescia aratri nullo collum subacta iugo. Silius lib. 13. *Caditur Aetnae casta ceruice Minervæ. Casta ceruice, iniugi, intacta.* Virg. Georg. iv. *intacta totidem ceruice iuuenca.* Nisi potius im Pompon L. *fac. rustico vii mactes.* Denique quod nonnunquam sola aspergine vsi. Cicero ii. de LL. *Incestum atque aspersione tolli.*

Iustinus martyr Apol 11. *Καὶ τὸ ἀσπερὸν διὰ τοῦτο ἀκρίβως οἱ ἱερεῖς διὰ τῆς καθαριότητος κεκρηγυῖαι ἐνέργησαν. ἔναντιζεν ἐλκὺς τὰς εἰς τὰ ἱερὰ αὐτῶν ἐπιβαίνοντας, καὶ πορπίδα αὐτοῖς μέλλοντας λοιπὰς ἔκτισας λοιποτελῆντας, τίλειν δὲ ἔτι δὲ ἀπὸντας πρὶν εἰσεῖν ἐπὶ τὰ ἱερὰ ἐνθα ἰδρῶν ἐργάζετο.* Quæ quidem expiatio ad victimas iofas. Dionys. Halicarn. 1. 8. *καὶ τῶν ἀνθρώπων τε καὶ αὐτῶν, ἔτι τὰ ἱερὰ καθαρίαντες ὕδατι.* Aspergeb. autem potissimum caput, quod fusè Ouidius Fastor. libr. v. Sed hæc plenè tractanda suo iam nouimus titulo, pauca quidam tanquam in gustum data occasione, interspersi, licet hoc votiuum nobis non fuerat. Plutarchus verò de morte ex-

F f piandi

piandi somnia, καὶ δεισιδαιμονίας. Horribilibus spectris turbati postquā surrexerint, inquit, ὑπερξάπατο ὁ σὺν ἐαυτοῖς καὶ διαπαντός, καὶ ταράττουσιν εἰς ἀγύρτας ὑμπίστοντες, λέγοντας: Ἀλλ' εἴτ' ἐνυπνιον φάτασμα φοβή, χθονίας δ' Ἐκάτης καὶ μοῖ ἐδέξω, τὴν περὶ μακροῖαν καλεῖ χραῖν, καὶ βράπτιον Ἰεῖαυτὸν εἰς θάλασσαν, καὶ καθίσαι ἐν τῇ γῇ διημέρευσιν. De reliqua superstitione expiandi somnia clariss. Ista. Casaubonus, immortale sæculi nostri decus, Commentar. ad Theoph. Char. καὶ δεισιδαιμ.

V. 12. Non licere in navi neque ungues.] Ad vitandum videlicet omen, nā salugo maris ungues consumit, quod ex Sokino colligere est, Polyhist. c. 4. Cum saliores escas edit grandida, unguiculus caret partus.

V. 13. neque capillos, nisi cum ventus mari irascitur] p. 96. naufragorum ultimum votum. quod verum esse Lucian. καὶ τῆς ὅτι μισθὸς σιωπῶντων. καθάπερ ναυαγίας πινά, καὶ Ἰωτηρίαν διηγεμῆσαν. οἷον εἰσὶν οἱ πορὶ τοῖς ἱεροῖς ἐξυμνήσοι πάρε κεφαλῆς. Hermotimo: δοκῶ δὲ μοι ἐκ ἀλγύως δὴ καὶ ἐξυμνήσασθαι τὴν κεφαλῇ, ὥσπερ ἐκ τῆς ναυαγίας ἀποσπέντε. Radebant autem caput, non ut mortem effugerent, sed naufragiū. ἐξυμνήσασθαι δὲ δοκεῖν τὴν κεφαλῇ, πλέεσι ναυαγίᾳ σημεῖον, ὡς ἐκ ἀποθανεῖν. ναυαγήσαντες μὲ γὰρ, ἢ ἐκ μεγάλης σωθέντες νόσῳ, ἐξυμνήσῃ).

V. 22. horridos nocentesq, capillos] Sordidus & passus capillus reorum. Plin. lib. 7. ep. 27. Reus moris est submittere capillum. Idem Panegyric. Iuven. Comm. Cum rei tenemur, capillos demittimus. Gell. l. 3. cap. 4. Prudent. 1. aduers. Symmach. Nec tantum rei fordidi, h. e. solito cultu reorum, capillo nimirum promisso & veste obsoleta. Cicer. pro Cluent. sed etiam eorum propinqui. Martial. libro 1.

Si det iniqua tibi tristem fortuna reatum,

Squalidus hęrebo pallidiorq, reo.

Quint. lib. 8. Imò ipsi accusatores fordidati, ne rei habitu invidiam facerent, & facilius iudices flecterentur. Cicer. in Verrem. Aspicite squallorem sociorum. sæpe inspersus crinis, quo miserabiliores. Apul. libro 7. Ambabus manibus trahens cinerosam caniciem. Miles. l. x. & ix. Virg. Aeneid. x. obuium in S. scriptura. Tertull. de ieiuniis cap. 16. Cum stupet cælum & aret annus, ritu anno sacculi velati & cinere confersi idoli invidiam supplicem obijciunt. Apol. cap. lx.

V. 32. tutela navis] Nauium proris effigiata aut picta decorum,

ANIMADVERSIONES. 675

deorum, quibus se mancipabant signa imposita, idque tutela Latinis Gloss. *τὴν προστασίαν τῆς πλοῦς*. rectè nam & nauigio nomen imponeb. nt. Lucian Nauig. *τὴν ἐπι- τυμὴν τῆς νεὸς θεῶν ἔχουσα*. τὴν Ἰσλὴν. Statius Theba- dos 8.

—*solus stat puppe magister*

Pernigil; in scripta q, deus qui nauigat aluo.

Lutacius: Tutelam nauis intelligimus cū gubernatore nauigare. habent enim pictos præsules, quorum nominibus nuncian- tur & naues. hos intellexit Artemid. cui hinc facem præfero, lib. 2. *οἱ δ' αὖ τὰ ναυκλῦρον, ὅς ἐδοξε τὰς ἐν τῷ πλοῖον θεῖς ἰδρυμένους δεσπολεύειν* Persius Sæy. vi. — *iacet ipse in litore, & una Ingentes de puppe dei*: Gloss. *nauium tu- telam dicit, quam in puppibus habent vel pingunt*. Proco- pius in Esaie cap. 12. *ὁπλίσαι τὴν φησὶν Παῦλον ἡ Λακὰς ἐν πλοῖον Ἀλεξανδρου τῆς προστασίας διωσκόρου*. τὰς γὰρ προστασίας αἱ θεῶν εἰκόνες ἐν γραφῶν αἰς τὸν ἀγίαν μαρτυροῦν. Lucæ verba in Actis Apost. c. 28. vide Fest. in Europa. Obseruo non semper deorum signa imposita, sed etiam animalium. Lactant. lib. 1. c. xi. *Ναυὶν ἢ ἡν ἰμpositus tutelam habuit in aquila figuratam de anseris effigie*. Lucian. Virg. Aen. x. *arata princeps secat aquora Tygri*. Seruius: Cuius rostrum erat in similitudinem tygridis; namq, solent naues nomina accipere a tutelarum pictura. quæ verba valde corrupta leguntur. Licet naus tutelam fortè habuit effigiem Pal- ladis manu ramum oleæ tenentis, quod ex sequent p. 53. claret. nam *ἐλαία φυτὸν τῆς Ἀθίνης ἀντικειμένην*. Artemid. libro v.

v. 33. *quadragenas utrisque plagas imponi*] Nota quod plagas numerarint. Paulus 2. ad Corinthios cap. 11. *ἐν κόποις καὶ βασανιστέροις, ἐν πληγαῖς ὑπερβαλόντως, ὑπὸ ἰσχυροῦ πνεύματος τεσσάρων καὶ πενήντα μίαν πάλαν*. Zonaras Tom. 3. *τοῖς δὲ λοιποῖς ἐκπέρας τὰ ὀνόματα τῶν πενήντα ὅς ἐστιν ἐνθα καθ' ἐκαστὴν καὶ μίαν ἐκαστὴν βουλήν ἐκαστον*. *ἴαπε in LL Georg. tit. καὶ φόντον ζῶον λαμβανέτω μάστιγας*. ibid. *λαμβανέτω μάστιγας*. ib. verbatim LL. Boioariorum tit. 18. *si qui mulieri portio- nem dederit, ut abortum faceret, si ancilla est, CC. flagella suscipiat*.

Pag. 98. v. 1. *viliissimo sanguine*] Seruili. ita capio apud Senec. de Clem. lib. 1. c. 1.

v. 2. *tres plagas Spartana nobilit. concoxi.*] Cur Sparta- na nobilitate? Tertull. ad Martyras cap. 4. *Nam quæ ho-*

die apud Lacedamonas sollemnitas est maxima, διαμασίγω-
σις, id est, flagellatio, non latet. In quo sacro ante oram nobiles
adolescentes flagelli adstringuntur. Quod illud sacrum, quæ
sollemnitas? Plutarchus οἱ παῖδες παρὰ αὐταῖς (Licedæ.)
ζυνουδμοὶ μάστιγι δι' ἑλκὸς τῆς ἡμέρας ὅτι τῷ βασιλεὺς ἱερίας Ἀρτε-
μιδ Θ, μετὰ τὸ θανάτῳ πολλὰς διαμαστίζουσι, ἰατρὶς δ' ἔγω-
γε, & καλεῖται δὲ ἡ ἀμολα διαμασίγισις. Vide eundem
Lycurgo. Lucian. Icaromenip. Arrian. Diff. Epi&. l. i. cap.
2: Cuius instituti originem rationemque apud Philostr.
libro v. ubi Apollon. τὸ δὲ μασίγων ἐστὶ, τῇ ἀρτέμιδι
τῇ ὑπὸ σκυθῶν δεξαμένη, χρησμοὶ φασὶν ἐξηγεῖσθαι, ταῦτα ἔ-
σοφες ἐφητὸς τῷ ἑλλώσων θεὸς ἐρηκας, εἰ μασίγων ἐγγίνοι-
το ζυμωτοῖς τοῖς πλὴν ἐλεθερίῳ ἀπύσιν ἡ μασίγων ἐπὶ
ἄλλα τῷ αἵματι ἀνθρώπων τῷ βασιλεὺς ῥαίνειν. ἐπεὶ δ' ἡ παρὰ
σκυθαίς, πύτων ἔχοντο. σοφισταὶ δὲ οἱ λαοδαίμονες τὸ
ἀπαράττιον τῷ θυσιᾷ, ὅτι τῷ καρτερίῳ ἀγῶνα ἡκόντων, ὡς
ἡς ὅτι μὴ τε δοσθῆναι καὶ ἀπαρχιδῶν τῇ θεῷ τῷ σφῶν αὐτῷ
αἵματι Θ.

v. 8. mirabili forma exarmau. nautas] Planè est illud ex
Helena Furipp — ἀκκωφόω] ἔϊφ. Heliodorus lib. v.
Hieron Crines disponebant ancilla. edoctæ autem certis magistris ad hoc ministerium, velut ad artificium. L. 65. §. Ornatricibus. D. de leg. 111. Dicebantur Ornatrices ab officio, uti & Græcis κομῳτρίαι. Hesyech. κομῳτρίαι κομῶσαι τὰς πεῖχας. Clement. Præd. lib. 3. cap. 2. κομῳτρίαι δὲ καὶ κομῳδίαὶ ἀπὸ τὰς ζωαῖκας αἰφρον λεύοντι αἱ δὲ τὰ κατωτέρω εἴτιχε κρυφαῖαι βαλλαὶ τοῦ πτείνας. Lucian. μισθ. αὐτῶν δὲ διαποινεῖς κομμάτων. Iuuenal. Sat. 6. — ponunt Cosmeta tunicas Interpr. Eos dicis qui ornamentu præfunt, non tamen & ornatrices. Ego propriè ornatrices, quæ crines disponebant Sueton Claud. cap. 40. *Hæc matru mea ornatrix fuit.* V. Inscript. CINERIBVS. HAMILLAE. ALPIONIAE. QVINTAE. ORNATRICI. FESTVS. M. SÉPTIMJ. GALLI. DISPEN. CONTVBERNALI. B. M. F. Iuuenal Ornatrici nomen Psece ab arte imposuit. nam ψεκῶν Græci dicunt, quando minutum siue rarum pluit. Ornatrices igitur componentes rarum ac paruum aquæ solent mittere, ac velut ψεκῶν. ut est apud Interpret. Glossæ: κομῳτρίαι ornatrix. Item: Cinistones ornatrices. A-cro ad Horat. li. 1. Sat. 2. Cinistones & cinerarij eadem significatione apud veteres dicebantur ab officio calamistrorum, qui acus & veruta flando calefaciebant, quibus matrona capillos crispabant. Varro 4. de Lingua Lat. Qui calamistros calefactos in cinere ministrabat, à cinere Cinerarius est appellatus. Glossæ: Cinerarius ἡλῶς ἐπιεργς. Charis. L. A cinere cinerarius, muliebri ministerium. Cato in Orig. Mulieres capillum cinere ungebant, ut rutilus esset crinis, ubi sanè quia diuersum eorum munus, diuersa origo. Senec. de Tranq. Vitæ cap. 14. Tertull. 2. ad vxor. Glossæ: Ciniſo, ἐμπλίκτης. Item: γυναικῶν κομῳτρίαι Cimniso. L. Cimniso, Plaut Aulul. Sc Narravi amicis: Caupones, patagiarij, industriarij. Leg omnino ut V. E. Florent. Ciniſtones, p. 1. Sciendum itaque Ornatrices puellas, quæ composuere capillum, Ciniſtones & cinerarios, qui acus calefactas subministrarunt ornatricib. quamuis Gloss. penè confundant.

V. 14. rapuit tacenti speculum] Propertius:

Delitiasq;

ANIMADVERSIONES. 699

Delitiæq; mea Latris, cui nomen ab usu est.

Nec speculum domina porrigat illa nova.

Pag. 133. v. 22. *licet ad tibicines mittat*] id est, cogites de exequiis. nam tibicines in funeribus canebant. Statius Thebaid. v. *Cum signum luctus cornu mugit adunco Tibia*—&c. vide Lutatium. Seneca de morte Claud. *Et erat omnium formosissimæ Claudij funus, ut scires deum efferri*; cornicinum, tibicinum tanta turba. X. philinus. *εἰ μὲν ἄλλος πρὸς τὴν κλήναις πρὸς βίμω, καὶ τοὺς ἐκὼς πλοῦτο. ἐτέρωθεν ἀνθίστων ἐπαυλῶντων.* Artemidor. lib. 1 *αὐλεῖν δὲ πυνθικῶς αὐλοῖς, ἀνὲθ' ὁ σημάτων* Respondebant autem plinzu præficæ abæque lugentes mulieres lamentabili tubæ clangori. Lucian. *ἀπὸ τοῦ τὸ δὲ μετὰ πικρῶν ὁμοῦς ὁμοῦς, καὶ πρὸς τὴν αὐλὴν αὐτῇ στρογγυλῇ, ὅτι τῶν γυναικῶν ἀπὸ τῆς ὁρμῆς ἀμορτία.* Non. Præfica. Dicuntur autem θυμωδῶλαι. qui Apul. Florent. *monumentarij ceramula propriè sticines, quod apud sticos canere soliti, h. e. vitæ sanctos & sepultos.* Gellius libro 20. cap. 2. D. Matth. cap. 7.

v. 29. *nec speculum mentitur*] Tertul. de habitu mul. c. 1. *Iam & speculo tantum mentiri liceret.*

Pag. 134. v. 10 *Habes confit. reum*] Ambros. lib. 5. epist. 28. ad Theod. *Quid mandas in absentes indicium? Habes presentem, habes confitentem reum.*

v. 17. *arma*] Propert. *Osculaq; admota sumere & arma manu.*

v. 24. *te habere potui*] Lucian. ἐπὶ τῷ διαλ. Κορκύλων δὲ τὸ πάλαινα αἰτίματα εἰ βέλομαι μὲν ὅτι ἔχην αὐτὴν. Terentius Adeiph. Scena Disperij. *et hoc an domi est habiturus.* Donat. *Hab. ri uxor* (L. habere uxorem) & vir dicitur & haberi mulier cum cōis. Aristot λέγει δὲ καὶ ὁ ἀνὴρ γυναικὰ ἔχην καὶ ἡ γυνὴ ἀνδρα. Idem Donatus: *Habere stuprare intendit.*

v. 31. *bu'bis*] Alexis: — βελβύς, κοχλίας, ὡς. Τροῦτα τῶν ἀνδρῶν εὐροφάρμακα ἐροῦνται, — apud Aith. l. 1. *εἰ βελβὺς δὲ ὁ σπένδιος μὲν εἰσι, διεργητικὸν τ' ἀφροδισιαν ἢ δὲ παρορμία φησὶν ἔστιν ὁ ἐνὶ σφύρα βελβύς ἀνὴρ μὲν τοῦ ἔχου.* Mart. l. 3. ep. 74. & passim apud eundem.

v. 32. *hausit parcius merum*] Sammon. *Languidus antiquo curatur penis Iaccho.*

Pag. 135. v. 8. *comi: em amiculam trahens*] Sic Græci Herod. lib. 1. *σωσιφειλκετο τὸ νεανίκαν.*

v. 10. *Ille de fœne proculit lucium*] Lucian. ἐπὶ τῷ διαλ. εἰ τα G. g 2 εν τ

ἐν τῇ κόλπῃ περινομίσταται ῥύμῳ ὅπως ῥέφειν ἐπὶ αὐτῷ τῷ α.
 λέγεται ὅτι ἔχει τὴν γλῆσσαν βαμβακικὰ ὀνόματα.

v. 11. *Licium var. col. filu intortum*] *Liciorum* vsus ad
 magica nobilis poëtarum locis.

Virgil. Pharm. Ceiri. Nemesian.

Hac eadem nobis, quæ versicoloria fila

Es mille ignotas Mycale circumtulit herbas.

Quonquam inguinum morbos ligaturis curarint. Plin.
 l. 18. cap. 4.

v. 13. *turbatum sputo pulu. &c.*] Proper. *Aut nomas ar-*
vanas tollas versuta salinas. Plin. l. 28. c. 11. c. 4.

v. 15. *Ter me iussit expuere*] Tib *Ter cane, ter dictis despuere*
earminibus. Sanè latissimi vsus hæc superstitio. terna de-
 spuere deprecatione in omni medicina mos est, ait Plin. Mar-
 cell. de medicam. *Varulus remedium tale facies. Annulos*
digitis eximes, & digitis tribus oculum circumtenebu, & *ter*
despues. Idem: *Quum hac dixeris, tribus digitis terram tan-*
ges, & despues, idq; ter. Ad cædēs expiandas ter despu-
 ebant. Apollon Argon. iv.

ἡ ἔρως δὲ αἰτογίδης ἐξαρμυλία τὰ μὲν θανόντων.

τοῖς δὲ ἀτέλειζι φόνος τοῖς δὲ ἑξ ἀγῶν ἐπὶ τοῖς ἐδόντων

ἢ θείας αὐτὴν τροπῆς, ἀπολαττίας λαμβάνει.

multis Scholiast. quem vide. Quod verò Iuven. interpr.
 propter fuscium verborum ter sibi in sinum spumunt. Theocr.
 Idyll. 6. eiusque Scholiast. item Idyll. vii.

γὰρ χίλι τε παρὲν Ἀτρεΐδῃ φρύσδοισι, τὰ μὲν καλὰ νοσφῶν
 ἐρύκοι, ἐνί μὲν Callim. τὴν κόλποισιν ὅτι πύουσι γυναικίαις. Hanc
 vim spaci etiam ex Aeliano haurimus, qui de columbis,
 l. i. c. 15. ἐν διαδοχῇ φασὶν ἐπὶ πᾶσι τὰς περὶ τοὺς, ἵνα τῇ
 πύουσι γυναικίαις, ὁ ἀπὸ τοῦ ἐμπύου αὐτοῖς ἀπελαίνων αὐτῶν
 τὸ φθόνον, ἵνα καὶ βαμβάκησι. Nec tantum ad fuscium
 arcendum sed etiam omnia expuere familiare, quò fortè
 allusi. Senec. Consol. ad Mart. cap. 9. *Quis non si admon-*
neatur ut de suis cogitet, tanquam dirum omen respuat, &
in capita inimicorum abire illa iubeat? Imò ad omnia quæ-
 que dira, horribilia aut aversantia, ut si rabiosum, si co-
 mitiali morbo correptum vidissent. Theophr. hist. Char.
 περὶ τῆς περὶ αἰμοσύνης. μανθάνειν τε ἰδὼν ἢ ὅτι κληῖται, φελέας
 εἰς κόλπον πύουσι Plin. l. 28. cap. 14. *Despuimus comi- ia-*
les morbos, hoc est, contagia regerimus. Plautus Capt. Scen.
 Quo illum.

v. 16. *terq; lapillos conijcere*] *Lapidum* in magicis vsus
 varius. Philost. de vita Apoll. Tyan. l. 7. *ὅτι πῶς δὲ τὴν τῆς*

τοῦ ἐρῶντος μάλιστα ἀνοσῶντες γὰρ ἀπαρχαγωγὸν ἔστω νόσον αἷς
 ἔχει αἰσῶντες ὑπὸ αὐτοῖς διαλέγεσθαι, θαύμασεν οἷμα κ' ἐν
 ἀρχῇ πρὸς ἀνοσῶντες τοῖς σφοδρῶς αἷς γάτοις, οἱ κ' ἐν τε αὐτοῖς
 φέρειν θάλασσαν, καὶ λίθους, τοῦ μὲν ἐν τῷ τ' γῆς ἀπερρήτων, τοῦ
 δὲ ἐν σελήνῃς τε ἔστι ἐρῶν.

Pag. 136. v. 3. *aurum totum*] καλόν. Vt Virgil. *aurum*
Venus.

v. 22. *ad ultionem decurrit, vocatq; cubicularios*] Lucian.
 Ἀσινὸς καλεῖ ἡδὴ δ' ὁ θὺς τοῦ οἰκέτας, καὶ καλεῖ μετὰ νότων
 μετῴχον, κομωδῶναι ἔξω τ' οἰκίας. Nam & hic turbat
 dominæ hilaritatem.

v. 23 *catrogare*] al. *catamolidiare*. L. *catamidiare*. h. e. lu-
 di. Spart. in Hadriano. possemus vel alio modo sanare.
 hanc vomitum, sed filere optimum. nam huiusmodi de-
 speratissimis locis medelam coniecturis quærere, And-
 batarum more digladiari arbitror.

v. 29. *Uerberibus sputisq; cictus sum*] Summum contu-
 meliæ genus verberari & conspui. D. Marcus c. 14. καὶ ἡρ-
 ξαντό τινες ἐμπύειν αὐτῷ καὶ καταπίζειν αὐτὸν cap. 15. ἔ-
 τυπτον αὐτὸν πλὴν κεφαλῶν, καὶ ἐνέπυσον αὐτῷ. Lucian. κατα-
 πλ. ἔκ τ' ὑβρίος ἐπαίε, καὶ καταπύσας με. Conuiui. seu La-
 pith. *προσέπυσέ το τ' Ζονόθεμον*, ἔμειλλε παύσασθαι τ' ὑβ-
 ρος Idem Asino: ἐπεὶ δὲ ἔδιδε με πρὸς τὰ δούρα πρὸς τὰ ἐχόντα,
 προσπύσας ἔμοι, &c. Seneca lib. Quod in f. p. non cadit
 iniur. lib. 3. de Ira, c. 28. Xiphil. Augusto.

Pag. 137. v. 7. *terribilem*] Columell. lib. x. *Arboris anti-*
quam ten venerare Ithyphalli Terribilis membri.
ibid. bipennem] Iuuenal. Sat. 4.

Hoc tantum refert, quod Tyndaris illa bipennem

Insulsam & fatuam dextra leuāq; tenebat.

v. 8. *coliculi*] Gloss. *Coliculus κομβία, καυλία.*

v. 15. *Ereftus igitur in cubitum*] Lucian. *πρὸς πρὸς*
δὲς δὲ ἀνέστη τὰ πάντα ἐν κερὲς ὅπως ἐρῶντες, δὲ ἀνέστη αὐτὸν
ἐπ' ἀγκῶν.

v. 24. *apodixin defunctoriam*] *δοποδείξαι*, est I. C. prote-
 stari: & *δοπολιπικὴ δοποδείξαι*, est *δοποχή* seu cautio receptæ
 pecuniæ, *Apodixis defunctoria*, libellus quo ostendit quis-
 piam se defunctum esse; quod est profiteri defuncto-
 riam.

v. 26. *Ille solo fixos*] Suprà, *illa metu fig.* Arnob. *Pria-*
pum circumferentem res illas praliorum expeditione paratas.
 Catull.

— unde foret nervosius illud.

v. 32. cum ea parte corporis] Cal. Aurel. acutor. pass. h. 3. Pasi eas partes, quarum usu congressus Venerius celebratur. Ouid. 11. de Arte amandi: Inuenient digiti quid agant in partibus illis, In quibus oculis specula tingit amor. Arnob. l. v. Partem illam corporis, per quam sexus femininus sobolem solet prodere.

v. 33. quam ne ad cogn. quidem admittere s. n. h. f.] Arnob. libro v. Propudiosa corporum monstratur obscenitas, obiectanturque partes illae, quas pudor communis absconderet: quas naturalis verecundia lex iubet: quas inter aures castus sine venia nefas est, ac sine honoribus appellare praefatis.

v. 35. Mox perficatas diu. fonte] apud Lucian. quispiam de re simili verba factururus. εἰ δὲ δέξια πὺ πορσεσπον δια-
ρεῖ-lus, nouχῆ εἰ μινεῖ ἐπισχόν, ἀρχῆ δὲ πη αἰ δλοπορσε
Αφερδῖν, &c.

Pag. 138. v. 17. gaudia] Lucret. l. 4. Denique tum membris collatis flore fruuntur Etatis, iam cum praesentis gaudia corpus. Catul. nupt. Manl. Cato. Dir. & alij.

Pag. 139 v. 17. Spumabit pateris hornus liquor] Hieron. ad Heliod. Non est tantum in eo seruitus idoli, si qui duobus digitulis thura in bustum ara iaciat, aut haustum patera poculo fundat merum. Varro 4. de Ling. Lat.

ibid. Et ter ouantem circa del. g. f. cbrja p.] Herodian. lib. v. Virg. vii. Aen Callina. εἰς ἄλλο.

v. 20. Intrauit anus laceratis crinibus, nigraq, veste deformis] Hic habitus miseriarum, ut loquitur Arnob. apud Cic. Tusc. Quæq, Scindens dolore identidem imensam comam. Apul. Mil. 2. Genialem canstem reu. ἄς fenex hoc obuium passim. Sed de veste quæ luctum & miseras vestit, haud mediocres diuidit inter scriptores, de quibus plenè l. Lipsius ille ingenij, & omnis polioris doctrinæ princeps, comm. ad Annal. Taciti l. 2. Apul. Mil. 2. Matronam subilem fusca veste contestam. Macrobi. l. 3. Mortuam atratus tanquam filiam luxur. Græcos atratos in luctu minis ambigimus. Xenophon de Atheniens. qui parentes lugeb. μέλας ἱμάτια ἔχουσιν. Euripid. in Iphig. Aulid. ubi mortitura ad matrem:

Μήτ' ἐν γὰρ τὸν πλῆξαμον ἐκτέμνω περὶ χῶς.

Μήτ' ἀμφὶ σῶμα μέλας ἀπὸ πᾶσι πᾶσι

Artemid lib. 1 πὸ δὲ μέλας ἱμάτιον σιωπηλὰν πορσεμαίνεσ.
εἰ γὰρ οἱ δλοπορσεσπον, αἰν. οἱ παρθεῖντες τῶν δλοπορσεσποντας πορ-
σεσποντας χερσῶν. At Lucian. obtendit, Philop. νεκρῶς ἐσθ' ἡτοι
μελαινῶ.

μετακινῶ. Pollux verò lib. 4. οἱ δὲ ἐν θυσιαῖς ὄντες ἢ κεκαυ-
 ῥισμένοι ἔχον μάλιστα αἰ φάγαδες, ἢ μέλανα, ἢ γλαυκῶνα.

V. 24. quod purgam calcastris in trinio] καθάρματα in tri-
 uia proiecta aut fluuenta. Suidas ἐξυθυμία ὅσα καθάρματα
 τὰς οἰκίας ἀβλυαῖα, τὴν κτερεῖθ' ἔχον ἐν τῇ περὶ δαίς τρέψαντι.
 quem vide & Hesych. Sed & ἐν τῇ περὶ δαίς Ἑκάτης δεῖπνον
 κεῖναι, vt ait Lucian. mortuorum dial. Schol. Aristoph.
 Pluto: καὶ δὲ τρυμνῶν οἱ πλεῖστοι ἐπιμύπον δεῖπνον ἐστέρως
 αἰς θυσίαις τῇ Ἑκάτῃ ἐν τῇ περὶ δαίς ἐδρῆκετο γὰρ τῷ Ἑκάτῳ
 ἐν τῇ περὶ δαίς, ὅτι ἐπὶ τῶν καθαρμάτων καὶ μαγμάτων ἡ θεὸς.
 ait Scholiast Theocr. & ὅρμηθ' παρὰ κόλποις, ἢ Ἑκάτῃ τῇ
 φαρμακίῃ, εὐρετὶς γὰρ τῇ φαρμακίῃ ἡ θεὸς, ait Scholiastes
 Apollon Huc pertinet quod Burchardus Decret. lib. 10.
 cap. 11. Perscrutandum est si aliquis subulcus, siue venator,
 vel ceteri huiusmodi dicans diabolica carmina super panem
 aut super herbas, aut super quaelibet nefaria ligamenta, &
 hac aut in arbore abscondat, aut in binio aut in trinio proy-
 ciat, vt sua animalia liberet a peste & clade, & alterius per-
 dat. Plato l. 11. de LL. vbi de veneficiis: αὐτὸς ποτε ἀρχὴν ἰδὼς
 τῶν κήρυκα μαγμάτων πεπλησμένους εἶπ' ἐπὶ θύρα, εἶπ' ἐπὶ
 φίδος. Vide Horat. libro 1. Satyr. VIII. Quod in fluuenta
 Homerus:

— εἰς ἄλλα λόμωτ' ἔβαινον.

Nemesianus:

Quid prodest quod me pagani mater Amynta
 Ter vixtis, ter fronde sacra, ter thure vaporo
 Lustravit, cineresq; effudit in amnem,
 Incendens viuis crepitantes sulphure lauros.

Claudianus:

Trans caput auresq; manibus iaculatur in altum
 Secum rapturas cantata piacula tadas.

Vide locum. Plenissime verò Theocritus Idyll. xxv.
 quem operæ inspexisse.

V. 25. aut cadaver] An δημοσίως φαρμακίῃς intelligit;
 δημοσίως δὲ ὅτ' ἐν κοινῇ φαρμακίῃ, ὅσα καθάρματα τὰς
 πόλεις τῶν ἱερῶν φῶς ἢ τῶν δημοσίων, & ὑπὸ τῇ πόλει τρε-
 φομένης. ἔτρεφον γὰρ τὰς ἀβλυαῖας λίαν ἀγλυεῖς καὶ ἀκρίβεις.
 & ἐν κοινῇ Συμφορᾷ τὰς ἐπελθόντας τῇ πόλει λοιμὴν λέγων
 ἢ τοιαῦτα τινός. ἔδυσεν αὐτὸς ἐννοεῖ τὴν καθάρσιν τῶν μαγμάτων
 καὶ τῶν ἐπιτηδεύματων καθάρματα. Scholiast. Aristopham.
 Equit. Quæ illustrent illa. Masilienses, quoties pesti-
 lentia laborabant, &c. Quanquam ominosum mortuum
 tangere, imò domum funestam ingredi, adeò vt mirum

que formidarint busta aut sepulcra. Theophr. Char. *οὐδὲ
δραιοῖσιν αὖτε ἐν τοῖς μνημασι, ὅτε ἐνὶ καὶ ἐν εἰσὶν.*
Gell. l. x. c. xv. *Locum in quo bustum est nunquam ingreditur.*
Mortuum nunquam attingit. Apul. Apolog. *omnia nocturna
accursacula, omnia bustorum formidamina, omnia sepulchro-
rum terriculamenta.* Ammian. lib. 31.

v. 29. *deos iratos extricasti.] L. exciasti.*

Page 40 v. 9. *die feriarum quo & l. r.] Plut. *οὐδὲ δ' Ὀυ-
γίας, ὅτι καὶ γὰρ ἐν αὐτῇ ἐστὶν ἡ βίη διατίλειτο**

v. 11. *male astro natus.] Isidorus libr. 10. c. 1. Astrofus ab
astro, dictus, quasi male fidere natus.*

v. 14. *torum in aqua.] Mart. lib. 1. epigr. 61. l. 7. epist. 59. l.
10. ep. 55.*

v. 21. *nisi illud tam rigidum redd. quam cornu.] C. Aurel.
Acut. pass. l. 3. Tensionem autem veretri fuisse nimiam, ut
cornu putaretur.*

v. 23. *Quicquid in orbe vides.] Prorsus tuis gemina apud
Tibul. l. 1. eleg. 2.*

vers. 30. *mihī flumina parent.] Apol. Arg. libro 3. de
Maga.*

*καὶ ποταμοὶς ἵστυσι ἀφ' ὧν ἐλθεῖν αἰετόντας,
ἀσπερ τε ἐμὴν ἱερὰς ἐπέδρασε χελύβος.*

v. 33. *Luna descendit imago Carm. d. m.] Lucian. Philo-
pseud καὶ τὴν ἑκάστῃ ἐναργῶς παρῆς αἰς, & τὴν ἑλμύλιον κα-
τασπῶν. Horat. v. Epod. Apul. Mil. 11. Stat. — Thessa-
l. videtrix Ridet anhelantes audito carmine bigas. Τῶς δὲ τὰς
ἐκλείψας ἡλίου ἐς ἑλμύλιον καθαιρέσας ἐκάλεν ἡ θεῶν, τὸ πα-
λαιὸν ὄντο αἱ φαρμακίδες τὴν ἑλμύλιον καθαρῶς. Cleo-
medes: ὁπότεν ἐκλείπει ἡ ἑλμύλιον, ὅτι φαρμακίδες εἰσὶν αἱ κα-
τασπῶσαι αὐτῇ. Ideo tinnitū aeris & clamoribus defe-
ctum lunæ adiunabant. Ovidius:*

Et quamvis aliquis Themesea remouerit ara,

Nunquam luna suis excutietur equis.

Seneca Hippol.

At nos sollicitis lumine turbido,

Traitam Thessalicis carminibus rati,

Tinnitus dedimus, tu fueras labor.

Quia multis in locis Græcorum vetustissimi aeris so-
nos tanquam rem validissimam adhibere soliti. Macro-
b. Saturn. lib. v. cap. 19. quem vide.

Page 141 v. 5. *Ideo frutices, in gurg. sist.] Nemefianus:*

Cantant quod luna timet, quo rumpitur anguis,

Quo currunt scopuli, migrant sata, veliunt arbor.

Claud.

Claud. libro 1. in Ruf. Virgil. Aeneid. Lucan. libro 6.
Manil. lib. 1.

v. 12. *mensam veterem*] ἱσχαίον Tertull.

— *festas extruct altē Cesspitibus mensas* —

Lusit Ouid. de arte amand. *Tange manu mensam, tan-
gunt quo more precantes. optimē Festus, quem vide. Ari-
stoph. Αχαρ. τὴν ἱσχαίοντος δέσφο & τὴν πεπιδά. Scholiast.
ἱσχαίον τὴν νδν καλεῖσθαι ἄβελαν. Prudent. contra Sym-
mach.*

Omnibus ante pedes posita est sua cuique vetusta

Arula —

Vocatur & altarium. Glossæ: *Altarium ὁμῶμος. Au-
son. Ephem.*

Foculamq; vini cesspit

Vanu relinquo altaribus.

Nam & foci ἱσχαίον, ut Glossæ exponunt. Ouid libro 4.
Metam. — *focos totidem de cesspite ponit. Stat. 4. Theb.
ora profunda Erigitur Cereri. Lutacius: Tria sunt in sacri-
ficii loca, per qua piationem facimus. Scrobiculo factō infer-
ri aru tribus sacrificamus, celestibus extructis focus, unde
etiam nominata sunt altaria, ad qua sacrificantes manus
porrigimus in altum. L. Scrob. f. inferu, aru terrestribus sa-
crificamus, calitibuse. f. hæc vera est lectio, quim nos
eruimus. Festus: Altaria ab altitudine dicta sunt, quod an-
tiqui diu superius in adificiis à terra exaltatis sacra faciebāt,
diu terrestribus in terra, diu infernalibus in effossa terra. Sa-
nè hoc veteres sollicitè seruasse ex Homero apparet. He-
liod. libro 9. Lucian. Netromant. Apul. Mil. libro 1. De-
votionibus sepulchralibus in scrobem procuratis. l. 12. de
Pag. sacrif. C. Theod. Redimita vitis arbore vel erecta ef-
fossis ara cesspitibus. Iuuenalis Satyra 12. Horat. Sat. li-
bro 1. Ecl. 8.*

vers. 15. *camella lignea*] Sacrificiis lignea vasa adhibita
vel hinc lucet, tum quod Festus: *Patella vasa picata sa-
crificiis apta. Frequens usus vasorum Samiorum in sa-
cris. Plaut. Capt. at ea non tantum operis siglini, sed lignea.*
Cic. ad Q. Fr.

v. 18. *quadrato pallio*] Tertull. de pall. c. 1. *Nec iam cal-
cato radiab. marm. terra. Senec. epist. 16. ut terram mār-
moribus abscondas, nec tantum habere tibi liceat, sed calca-
re diuitias.*

Pag. 142. v. 4. *Hinc molli stella latus*] Non libet memi-
niscē quid alij dixere. restituo ex vestigiis veteris scri-

G. g. s. prutæ:

pturæ: Hinc mollu stilla lacus. Varrò 4. de Ling. Lat. Lacus lacuna magna, ubi aqua contineri potest. Glossæ: λάκκος lacuna, lacus, cisterna. hinc laccarij λακκίπποι, qui in iisdē Gloss. lacunarij. Innuat Petr. prisca ætate non fossis induta fuisse maria, nec tantis impensis piscinas habuisse, sed contentos lacuna, qualem stillæ confluuiâ fecerant. Incredibile quanta luxuria piscinas habuerint, quem lantum festiuè increpat Seneca lib. 2. Controu. 1.

vers. 6. At paries circa pal. sat. inani] Vereor ne frustra sint, qui hâc subtile acumen exercent. Vitruuius leg. 2. c. 1. vbi de priscorum hominum vita: Furcis erectis, & virgultis interpositis, luto parietes texerunt. Alij luteas glâbas arefacientes, struebant parietes, materia eostegumentantes, vitandoq; imbres & æstus, tegebant arundinibus & fronde. Plin. l. 35. cap. 14. illini quidem crates parietum luto, & lateribus crudis extrui quis ignorat? Seneca epist. xcii. virgeam cratem texerunt manu, & vili obliuerunt luto.

v. 7. clauus numerabat agrestis] Si rectè aduertas proba etiam hæc lectio. In V. C. (clauis numer. agr.

v. 8. Et viridi iunco gr. p. ar.] Prisca ætate tecta arundinea aut straminea. Seneca: stipula alijsq; siluestribus, operuere fastigium, & phouis per deuexa labentibus, hiemem transire securi.

ibid. Pendebat] Seneca epist. 92. Vt lacunaria penderent.

v. 30. tres anseres sacri] pag. 84. occidisti Priapi delinias auferem omnibus matronis acceptissimum. Laudo quæ alij curiose indagant his interpr. sed fallor, aut nouam faciem præfero ex Artemid. lib. 4. γυνὴ ἐν γαστρὶ ἄχυστα, ἐδόξε χυτὰ πρὸς κύνες. ἐπεὶ δὲ, εἰ μὲν ἱερὸς εἴη ἡ γυνὴ, τὸ τεχθὲν ζῷον ἱερὸν γὰρ οἱ κύνες, & ἐν ταῖς ἀνατρεφόμεναις. εἰ δὲ μὲν θνητὴ εἴη, ζῆσθαι μὲν, ἵταρ μὲν δὲ χρῆσθαι σκυλῆσι, διὰ τὸ ἀπεικάζειν αὐτὰς κύνων.

v. ult. vincula calceamentorum] Fasciæ, quibus in calceatu utebantur. Plin. lib. 9. cap. 57. Pollux libro 2. Menander apud Theodoret. Serm. 6.

καὶ δὲ αὐτὰς τὸν ἱμῶτα τῆς δεξιᾶς
ἰμῶτας διέρρηξε. —

Plutarch. συμμω. ἀρχαῖα δὲ αὐτῶν αὐτῶν ἱμῶν τὸς ἱμῶτας.

Pag. 143. vers. 29. tribus nisi potionibus è lege siccatis.] Horatius l. 2. Sat. Siccata inaguales calices conuina, solutus legibus infans. — Plutarch. Symp. problem. lib. 3. quæ 9.

ὅτι καὶ τὸ Δάκνυσεν ἀρμυρικὴν τρεῖς καλεῖδ' ὅδ' οὐ συμφωνίας
 πρὸς ὕδωρ διὰ πέντε. καὶ διὰ τριῶν, καὶ διὰ τεσσάρων, ὅτε
 μὴ λέγοντες ἐξόντες, πέντε πικρὴν ἢ πείρα, ἢ μὴ τέσσαρα.
 &c. Hefych. τρεῖς καὶ τεσσάρων συνολλὴς νυλὴ καλεῖται.
 ἐν ταῖς σιωπαῖς ἐκπλύντο καὶ τρεῖς, ἐν ταῖς πρῶταις
 διὰς ὀλυμπίας καὶ διὼν ὀλυμπίων. ἔλαχεν τὸ δὲ δεύτερον,
 ἡρώα. τὸν δὲ τρίτον σωτήρα. ex his claret cur Ausonius
 hanc bibendi legem mysticam dixerit.

Pag. 144. v. 6. At illa complois manibus] Cōplodere ma-
 nus solent, quos ira possidet. Seneca de Ira. l. i. c. x. *Articu-
 lorum seipso torquentium sonitus, complois sapiens ma-
 nus, & pulsata humus pedibus.*

v. 32. expiare manus pret. licet, etiam si homic. feciss.] Ter-
 tull. cap. 5. de Baptismo. Penes veteres quisquis se homi-
 cidio infecerat purgatrice aqua se expiabat. Seneca Herc.
 fur. Et tota Thetis per meas currat manus, habebit altum
 facinus——

Pag. 145. v. 6. Quisquis habet nummos] Horat. libro 2.
 Satyr.——omnis enim res,

*Virtus, fama, decus, diuina humanaq; pulchris
 Diuitiis parent: quas qui construxerit, ille
 Clavus erit, fortis, iustus, sapiensue otium, & rex
 Et quicquid volet.---*

v. 28. extraxit iecur] Notissimum ex iecoris forma di-
 minasse. Iuven. Sat. v. Plin. l. x. c. 22. Apul. Mil. 2. Cicero 1.
 de diuina.

v. ult. scortum fascinum] φασκόν, Suidas: φασκοί, μέ-
 λος δερμάτινα. αἰδούει σκύτιον, ὅτερον δὲ ἐκ δερμάτων
 σπυδρον.

Pag. 146. v. 6. urtica] Iuven. Sat. xi. Irritamentum Vene-
 ris languentis, & acres Diuitis urtica -- hinc Sat. 2. Hac
 tetigit Gradine tuos urtica nepotes. id est, hæc prurigo.

vers. 28. Quod verberatus sum nescio] Ouid. 2. de
 arte amandi: Nec maledicta puta, nec verbera ferre puella
 Turpe——

v. 32. frequenti tractatione] Mart. l. xi. c. 30.

Pag. 147. v. 18. Amplexu eff. & Teneo te] Totidem pro-
 pè verbis Heliodor. ποσὸν ἐρμῆσαι πὶ τῷ Θεαχίμῃ, τὸ
 αὐχέν & ἐξήπτητο, καὶ ἢ μὴ, ἔχω σε Θεαχίμῃ. Apul. Mil.
 lib. 8. Charitem non tenebis, non frueris nuptiis lib. 2. Ne-
 quienti tenere Fatidem.

v. 20. Tu desiderium, tu voluptas] D. Hieron. ad Ne-
 potianum: Mel meum, lumen meum, meum desiderium,

G g 6 omnes

omnes delicias & lepores, & risu dignas urbanitates, & ceteras ineptias amatorum, in comodiis erubescimus, in seculi hominibus deest amur.

v. 12. anus & floris exstincti] Apul. Apol. Nona nupta flore exoleto. Philo lud. ἀπομαγευσθείσης ἀπὸ τοῦ τριῶν δι' ὅσον ἔ' ἀμύνε.

Pag. 148. v. 14.] Πυγνιστὰν.

v. 30. oscillatione ludib. Seru. ad Virg. Georg. 2. Erat autem lusus, quo impositi, transuerso tigno de arbore suspensio, alternis se mutuo submittebant. hinc Tertull. de Pall. oscillum penduli impetus. Græcis αἰμαξ. Hefych. Hyginus Mytholog. cap. c. xxx.

v. 34. sororis sua automata] Automata sunt confixa, aut confixiles machinæ, vt Apul. quæ sua sponte moventur. vel, vt Seneca, tabulati per se surgentia. Dionysius. Petron. hunc motum puellæ automata indigitat, quia dum eam mercenarius commouendo subleuat, αὐτομάτως, h. e. sua sponte & per se videtur surgere. Sanè αὐτόματα, quæcunque sponte & per se facta. vt αὐτοματῆσαντες, ἀπ' ἐαυτῶν ἀπαρτίζονται & αὐτῶν αὐτοφυῆς. Philo. Iconium libro 11. ὅτε ἐφύτυσαν, ἀλλὰ αὐτόματα ἢ γὰρ ἐφύον ἀναπύπτει τὰ δέντρα.

v. vt. tentaturus] vt in illo Tibull. Illis Innonem tentare Ixionis ausi, &c.

Pag. 149 v. 4. Diū maiores] Seru. ad illa Virg. lib. 3. Aeneas cum socio natoq; & magnis diis. Macrob. Satur. lib. 3. cap. 4. Schol. Apollon. Arg. lib. 2. Sect. 25. Sed de his alijs.

v. 5. Mercurius qui animas duc. & red. solet.] Hora. de Merc. Tu pius latet animas reponis Sedib. Hinc Græcis ἀρμπάξ. apud Eurip. Ajax, vbi se inierimere gestit: — καλῶ δ' αἶμα ἀρμπάξων, Ἐμμεῖν χθονίον δὲ μὴ κομίσσασθαι Artemid. lib. 2. νοσηνῶντας δὲ διὰ καὶ (ἐπὶ τῶν) διὰ τὸ ψυχῶ ἀρμπάξεντο μὲν δὲ τῶν. Luc. dial. mortuor. Lutacius ad Stat. Theb. 4. Phornurus lib. 4.

veif. 26. homines non caperentur spe] Tibull. libro 2. Eleg. 6.

Pag. 150. v. 4. Apud quasdam gentes] Tertul. Apolog. c. 9. Animæ apud quasdam gentiles Scytharum defunctum quemque a suis comedi. Lucian. ἀπὸ τῶν. Solin. Similis immanitas Massagetarum. Tertull. libro 1. aduersus Marcionem. Hieron. aduersus Iovinian. 2. Massageta miserrimos putant qui agrotatione moriantur, & parentes, cognatos, propinques cum ad senectam venerint, iugulatos de-

nerant.

morant. Theodoret. Sermone ix. qui est de LL. Strabo libro 2.

vers. 26. Saguntini] Seneca Controv. Neceſſitas magnum humana imbecillitati patrocinium eſt. Hac excuſat Saguntinos quod patres occiderint, Iuvenal. Satyra 15. cuiusque interpres.

Pag. 151. v. 11. ornatuſ verbenis] Harum uſus vulgatiſſ. in ſacris. Apul. Apol. Si poſueris donum aliquod, ſi ſacrificaueris, ſi verbenam ſuſceperis, Eurip. Alceſt.

ibid. veſtibus ſacris] Inſulis. nam: ex & hoſtiarum & ſacerdotum. Feſt. Gloſſæ Iſid. Inſula, ſacerdotali vitta, in iſſdem: Inſulat, propiciat. Emporius de loco communi: Inſpiciendi ſunt perſonarum habitus, ut ſacerdotis vitta & inſula. hinc Senecæ Agam. Sacrata inſula. Florus lib. 4. Qua omnia velut inſula in deſtinatam morti viſtimam congregabantur. Sueton. Calig. c. 27. Alterum qui ſe periturum pro ſalute ſua voverat, cuncta autem pueri tradidit, verbenatum inſulatumque, qui votum repoſcentes per vicos agerent quoad præcipitaretur ex aggere.

Pag. 152. v. 22. Tinctus colore noſtu] Aegyptius tibicen, qui in deliciis. Iuven. Sat. xv. ede virorum Saltatus nigro tibicine. Apul. libro 1. Florid. de Indis: in corpore colore eſt noſtu.

v. 23. Mann puer loquaci] Luc. ἀπὸ ὀρχήστρου. ἀπὸ αὐτοῦ τοῦ ὀρχήστρου, ἀπὸ τοῦ μουſici domus τοῦ χροῦστος αὐτοῦ λαλεῖν. Cyprianus de ſpect. Loqui digitis elaborat.

Pag. 153. v. 6. Non bene olet qui ſemper olet] Cic. ad Attic. Mulieres ideo bene olere, quia nihil olent ita ſæpe ludunt, ut Varro: Bellaria maxime mellita, qua mellita non ſunt.

Pag. 154. v. 9. cryptam Neapolitanam] Seneca epi. lviii. A ceromate non apte excepiſt in crypta Neapolitana. Nihil illa carcere longius, nihil iſtis faucibus obſcurius, qua nobis præſtant; non ut per tenebras videamus, ſed ut ipſas.

v. 12. Petanroque iubente modo ſuperior] Optimè interp. Manil. lib. 5.

Corpora, qua valido ſaliunt excuſſa petanro.

Alternosque cient motus, elatum & ille

Nunc iacet, atque huius caſu ſuſpenderit ille.

Pag. 155. v. 13. Romuleamque caſam] Vitruv. Item in Capitolio commune facere poteſt, & ſignificare mores vetuſtaſſi Romuli caſa in arce ſacrorum ſtramentis teſta.

Pag. 157. v. 5. Nam turris prope qua quadrata ſurgit] Luc. cret. lib. iv.

*Quadrataq; procul turres cum cernimus urbi,
Propterea sit, uti videantur saepe rotunda,
Angulus obtusus quia longè cernitur ornus.*

Isidor. Orig. lib. 15. c. 2. Turres quamvis quadrata aut lata
construantur, procul tamen videntibus rotunda existiman-
tur, ideo quia omne cuiusque anguli simulacrum per longum
aeris spatium evanescit atque consumitur, & rotundum
videtur.

¶ 18. Quicquid luce fuit, tenebris agit] ἀποφάνηται γὰρ πῶς.
ἀπὸ τοῦ ἵππου φαντασίᾳ, ὡς ἀπὸ τῆς ἀπὸ τῆς εἰσῆς τοῦ
μεθυσμένου φαντασίᾳ. ὅποια γὰρ αἱ ἡ τὰ κτ' ἢ βίον ἡμῶν
ὅτι τὸ εὐμαρτα, ποικίλτα ἀνέγχετο εἰς τὰς αἰὶναι.

EIVSDEM PRÆFATIO IN VA-

* Quas
nos o-
mines &

RIORVM IN P. ARBITRYM * OB-
servaciones ab se digestas.

singu-
las in
SYM-
BO-
LAS
nostras
consu-
mus.

* Scri-
pta hac
est epi-
stola
anno
1595.

ANni ferè * XXXV. postquam renatus Petronius,
sed pro nefas tam ruptus & multifariam truncatus,
ut potius informe pecus ex matris visceribus excisum,
quàm legitimus foetus. Itaque docti viri, publico bono
nati, continuo dilaniata & dispersa eius membra cum
cura conquisiverunt, fracta & luxata obligarunt: quorum
acumen, & feliciter curiosas manus expertus Arbiter, ut
anguis, convertit corium & zeum. Quam damus, editio
septima est, ea ut prior & amplior prodiret, imò ne
quid omnino deesset, votum & animus mihi fuit. Quid-
quid igitur emendationum & explicationum ad Petro-
nium pertinentium, apud nostri aui præclares viros
sparsum, excerptimus, digessimus, & hoc fasciculo com-
prehendimus, quo in promptu essent, & velut sub uno
oculorum ictu. Selegimus autem necessaria; nam omnia
adiicere nec libuit, nec per formam libelli licuit.

GASP.

GASP. BARTHII IN PETRONII ARBITRI

Satyricon Racemationes.

NOB. CLARISSIMO QVE MELIO-
ri Goldasto ab Heiminsfels.

S. P. D.

Petronium Arbitrum gaudeo tandem à te percensitum. VCI. & amicissime. Multa in eo olim ego disputavi, multa in aliorum Animadversiones animaduerti. Omnia nunc dispunxi vsque ad mancas has Notas, quas tibi iugulandas mitto, potius ne promisso meo desim, quam vt operæpretium in iis me fecisse arbitrer. Gratulor autem & Tibi famam & luuentuti Egregium suum, quod genuino nitori tandem abs te restitutus lepidissimus scriptor in ora virum exhibit. Ego nihil pro tempore quero, nisi vt nomen meum expungam, quod in tabulas relatū, & à claritate nominis tui splendorem adulescentiz meæ mutuor. De reliquis tu videris. Qui ab immortalī hoc Charitum pullo nunquam peritusam Famam habebis. Salue ab eo qui tibi commendatus esse cupit, teque admiratur.

GASPAR BARTHIO.

PAg. 41. v. 1. num alio genere furiarum Declamatores inquietantur] à nocturnis lemurbus & Empusis traductum. Sallustius; animus impurus, diu hominibusq; infestus neque vigiliis, neque quiesibus sedari poterat. Egesippus lib. 1. cap. 7. tanti sceleris immanitas mentē exulcerabat, non somnus oculis, non quies animo dabatur. Vide D. Hieron. in vita Ioan. Mon. Horat. Epod. v. & eius Commen. Sueton. Neron. xxxiv. Ouid. in Hbīn.

v. 10. vanissimo strepitu] Dusa Finanissimo. Ouid. lib. v.

Raucaq; garrulitas studiumq; inane loquendi.

ita M S. & malē Ciof. qui mutat.

& vers. 9. rerum timore] pessimē mutant. Focas in vit. Virg. quis tantum eloquij potuisset ferre timorem. Seneca Bat. timor ex abundantia Sermonis. Quintilian. li. ix. c. iv.

Itaque

Itaque ubi est necesse, etiam tumorem adfectamus. Minus. Felix. Sententiam non eloquentia tumore, sed rerum ipsarum soliditate libremus. Fulgentius Myth. nec immemor cuius verbosas fabulas propter scholaribus rudimentis tumidas ferulis gestauerim palmas.

v. 10. [strepitu] Horat. iv. Carm. iii. testudinis aurea strepitum dicit Virgil.

—argutos inter strepere Anser olores.

v. 19. [In pestilentiam] non corrigend. pestilentia. ut voluit vir ill. Nam & hoc genus phrasis probum bonis & idoneis imitari auctoribus. Vel in iure nostro quoties comparet? l. n. §. xxxi. de O. iur. l. ix. de Acquir. pos. l. xiv. de Probat. l. xxxv. de O. & A. l. xl. de Adopt. l. iiii. de suis, & leg.

v. 21. [verborum globulos] à genere cupediarum, quod describit Cato de RR. c. lxxix. unde ductu Chiani quod de papauere & melle hinc dicitur. Mirum hoc nemini obseruatum.

v. 22. [omnia dicta quasi papauere & sesamo sparsa] Cato eos melle unguito, papauer infra'o, ita ponito. Adde & Luciani locum, Græci Petronij. Lexiph. μὴ δὲ σε δελεῖται (an αὐ ἀνεμῶναι ἦν λόγος, ἀλλὰ καὶ τὸ ἦν ἀδελφῆς νόμον ἡ σερράσοι τεροφὴν) Cuiusdā Litē tamen de discrimine Anemone & papaueris non faciamus.

Pag. 42. v. 3. [lenibus sonis] fortè, lenibus, ut volubilitas & solutiloquētia Nzuij fiat: Sic D. Augustus ad Antonium: An potius Asiaticorum oratorum inanibus sententiis verborum volubilitas in nostrum sermonem transferenda? Exstant in Suet. cap. lxxxvi. & ipse Cæsar iungit inane & volubile serm. genus.

v. 6. [caderet] Sen. Pater. Nec diu tantum mali permittat, ut cadat Eloquentia. Priscian præf. Gram. cadentibus studiis litterarum.

v. 16. [Pudica oratio] Sic castitatem arrogantia (ut Petron. granditatem & perfiditiam) opponit Vitruv. lib. i. cap. i. de Impudicâ oratione Orator de causis Corr. Eloq. adeo melius oratorē vel hirta toga induere, quàm fucatis & meretriciis vestibus insignire. Neque enim oratorius iste, nec virilis quidem cultus est, &c. Is scriptor ex professo docet quæ Petron. aliud agens tangit.

ibid. [maculosa] contra puram dicit Cæsar apud Sueton. vita Terentij.

v. 22. [Eloquentia regula] Iuuenal. Satyr. 7. ut præceptorē verborum

verborum regula conflet. Sic morum regula. Manil. libro ix.
Iuris regula. Cic. i. de LL. recti regula. Minut. Felix. Simi-
lia & in Theognide.

v. 25. *carmen sani coloris*] forsan, coloris: nam is proxi-
mus insaniz, de qua loquitur Ouid.

Est dens in nobis, agitante calefcimus illo.

Stat. i. Thebaid.

Pierius menti calor incidit.

Nec minus tamen & illud bonum quare non sollici-
tamus.

v. 26. *eodem cibo pasta*] Eunapij similem locum nota-
uit Iunius Adagijs.

v. 28. *pictura quoque*] ea solita iungi artibus liberali-
bus. Pacatus panegy. rectè profecto germana illa Pictoris
Poëtarumq; commenta victoriam finxere pennatam. Lu-
cianus de Imaginibus: καὶ τοὶ ζωγράφοι τὸ λόγιον αἰ-
νεῖν θύουσιν εἰς τὴν πόλιν αἱ γοηφίαι. Horat. art. Poët.

[P. 4]. v. 3. *necesse habet cum insipientibus furere*] Horat.
libro ii.

— *puddor, inquit, te malus urget.*

Insanos qui inter vereare insanus haberi.

Symposius enig.

Insanos inter sanum non esse necesse est.

v. 7. *cenas captant*] Martial.

Capto tuam, pudet haec, sed capto, maxime, cenam.

v. 12. *tanquam piscator*] sic aliquoties Martial. munera
piscationibus componit. lib. v. epist. xix. *imitantur hamos*
dona. lib. vi. c. lxiii.

Munera magna tamen misit, sed misit in hamo.

Et piscatorem piscis amare potest?

v. 15. *moratur in scopulis*] Oppian. iii.

ἐνθα δὲ ἐπεὶ θ' ὁ πᾶν ἐπιμαίεται ποτὶ πέτρας.

simile quid in eiusdem Cynog. ii.

v. 18. *spes ambitione donant*] quid si domant.

v. 23. *Laborum gradus*] vt paulatim comprēdi possent,
à scutis deductum. Hilarius:

Progenies sequitur, gradibus per crimina crescens.

Paterculus lib. ii.

v. 26. *atroci filo*] inclementi. Non memini alibi ob-
servare hoc vocabulum tam clementi significatu. In
Plauto tamen, *atrox astutia*, pro insigni. Capt. Actu 3.
Scena 4.

Pag. 44. v. 2. *Artis fœnera si quis amat effectus*] Mirum
tam

tam diu hæc non probabili factum coniectura tentata.
L. artis seuera si qui ardet affectu. Vel fanè, effectus retineatur, quod pro summa scientiæ positum. Vitruv. lib. 2, c. 1. non tantum Architecti non possunt in omnibus rebus habere summum effectum. Sic saluti effectus apud Boeth. li. III. de Cons. prof. X.

v. 3. prius more] lego, prius morem.

Frugalitatis lege calleat exacta.

de Meris vocab. alibi.

v. 9. *histrionia*] alia quàm vulgò fortassis hæc *histrionia*. Sic *histrionales* modos agnoscit in Oratore auctor Dial. quem vide multis.

vers. 10. *armigera vident*] leg. *arriident*. Athenæ, αἰμάς & Rurip.

v. 14. *fontem*] omnis enim ab eo Poëtarum posteritas. nude *Pater vatum* Claudiano. Vide Manil. lib. 11. Quintil. lib. x. c. 1.

v. 15. *mixtat habenas*] *effregata* *Eloquentia* apud Fulgent. III. Myth. x.

vers. 17. *Demosthenis arma*] Sic *arma eloquentia* auct. Dial. Severus apud Senecam, de Cic.

Publica vox cuius aeternum obtrahit armis.

vers. 23. *Fortuna celeri diffineta*] omnino L. *discineta*. Libera.

v. 24. *opulas & bella*] quæ in Poëtis grandioribus totos libros faciunt.

v. 26. *minentur*] *minari* promittere. Comm. Horatij li. II. Sat. III.

v. 29. *Pierio defundes pectore verba*] & hæc hætenus malè habent. Lege, *Pierio defundes mectare verba. Defundere, diffundere, vt decernere, discernere*, apud Frontin. 2. de aqueduct. Nectar autem carmen quam suavis. Paulinus:

Referensq; paucos, de tuis scriptis logos.

Quasi labra melle sparserit.

Sic de fauorum mihi tuorum guttula

Dulcissimum gustum offerens.

Calpurn. Ecl. IV.

Tam liquidum tam dulce sanis, vt non ego malim

Quod Peligna solent examina lambere nectar.

Seneca in Epigram.

Cuius Cecropio pectore melle madent.

Germana autem verba apud Varron. Atacin.

Pierio

Pierio liquidam perfundis nectare mentem.

Qui versus de correctione Petronij vix sinit dubitare. Sic Græci sæpe. Aristinæ. Heliod. Achill. Tat. Lucian. imag. Ε τὸ γλυκύν δὸτ' ἡ γλυκύτης αὐτὴ ἀπὸ μᾶλλον ἢ αὐτῆς τῶν αὐτῶν γέγονε & αὐτῶν. ὁ Ὅμηρος δὲ εἶρηκε. Heliod. Theogon.

— ὅς' ὅλεις & ὃν τινα μοῖσαι
φιλῶν. γλυκερὴ οἱ δὸτ' εἶματ' & ῥέει αὐδὴν.

Theocritus:

μολπῶν τὸν μῦθον μοῖσαι αἶε ποδίσοντι δίδοιαι
τὸν γλυκερὸν μολπῶν —

Lucret. libro 1. & quasi Musæo dulci contingere melle. Ne-
tar autem, quia omnium suauissimum putabatur, ad
cantus dulcedinem translatum. Pindarus Olympio-
nic. vii.

Εἰ γὰρ νύκταρ χυτὸν μοῖσσαν δῖοισι ἀλαφρόεσι
Αὐδῶσι τὸν αἶματ' ὅσων γλυκύν κερτὸν φρενός.

Theocritus Thalyssus:

ἔνεκα εἰ γλυκύν μοῖσαι διὰ σέματ' & χέει νύκταρ.

Schol. αἱ μῦσαι αὐτὴν γλυκύντατον παραδὸν ἐποίησαν. διη-
λοι δὲ διὰ τῶν νύκταρ & ἡσυχίας τὴν μελεχρότητα, ἢ τὴν
γλυκυφάνειαν, &c. Sic è Latinis alij non pauci. Capella
libr. xi. de Musica: Post hos honoratior fontigenarum virgi-
num chorus Pegasæa vocis nectare distillas. Licentius ad
Augustin.

*Scripta salutiferi sermonis, & illa priorum
Equiparanda favi, repens qua pectore in alto
Conceptum in lucem vomuisti nectarum mel.*

Sic transfertur & ad odorem, ut notavit Gifan. & addo
locum Marij Victoris, lib. i.

Unum ex diuerso nectar permiscet odore.

Pag. 45. v. i. dum ergo iuvenes sententias vident.] Scribo.
iuuenis. Etenim de illo declamatore sermo est.

v. 2. infamant] conuiciantur, explodunt, Vincentius
Lyrinenfis: Quæ silentio sepeliri oportebat rediuiua opinione
diffamant. Hieron. Hilarionis vita: Aduersarius hoc ipsum
irridens diffamauerat.

v. 13. diuinam] vatem, diuinatricem. Iuuenal. Sat. x.

Extæ & candiduli diuina tomacula porci.

Querol. Secreta queroli ac familiaria tamquam diuinus
loquitur. Arnob. lib. vi. Apollo diuinus. Idem lib. v. res di-
uina. Claud. diuinum pectus, &c.

vers. 16. reiecit] eum scilicet centonem quo amictus
erat

erat Eucolpius. Itaque postea refugiens ait , *operui caput.*

Pag. 46. v. 20. *capis velle pudorem extorquere*] Hygin. cap. iv. *apis velle filios eius necare.*

v. 31. *fortiter faceres*] à militari disciplina, vbi audens aliquid magnanimum, **F O R T I T E R** facit. Martialis libro xi.

Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

Seruius ad illud 4. Georg. *Cesar ad altum Fulmina 7 Euphraten bello fortiter facit.* Quintil. Declam. clxxxvii. ccxciii. ccxciv. ccciii. Rufinus Hist. Eccle. lib. xi. c. xxxi. Ammianus libro xxxi.

v. 33. *qua nunc in diuersorio puer est*] fugit hanc Scripturam ratio. Non enim tam humiliter de se sentit bene peculiatius iste furcifer. Legam, vni ea litera transposita, & paulum immutata : *qua nunc in diuersorio pueri es.* Sic digna exhibit hominis arrogantiz sententia.

Pag. 47. v. 20. *tardum est differre*] similis sententia in Polib. lib. iv. Senec. Agam.

v. 24. *custodem*] Iuuen. *quis custodiet ipsos*

Custodes? cauta est et ab illis incipit uxor.

v. 25. *rationem diducerem*] Pacat. *cum ductam etiam rationem ipsorum videamus agnoscere.* Martial. lib. xii. *accipe rationem.* Sen. i. de clem.

v. 29. *votes usque ad inuidiam felicibus*] Egesip. li. i. cap. xvii. *In multis apud Magnum supra libertorum modum usque ad inuidiam excellens.*

vers. 33. *udentem*] nequam vox, vt obseruatum doctis. Adice ista Maximian.

Cum media tantam dilexi ludere forma.

Iuppiter apud Lucia. *ἐτι γὰρ οὐ μέμνηται ἐκείνων, ἐτι ἐγὼ ἔπαιζα εἰς τὸ γλῶσσι καταλθάν.* Sulpicius Seuerus Sacrae Hist. lib. i.

Pag. 48. v. 1. *vesticontubernium*] veram huius vocis lectionem & interpretationem adhuc quæro. *Contubernium* quidem pro concubitu apud Sueton. Calig. cap. x. xxvi. L. xxii. C. Iust. ad L. Iul. de ad. Legere memini. Aliàs militantium propriè cohabitatio. Apul. Sulpic. Seu. de vit. Martin. Alij. Et pag. xxxii. *Commilitonem* suum eundem vocat.

vers. 4. *persunctorie*] Egesippus libro i. cap. xvii. *non persunctorie itaque in ipso praelio inuit hostes suorum.* Vincentius Lyrinensis. *Sed hac forsitan persunctorie prolocis*

prolocutus est. *Perfunctoria saluatio*, Optatus Afer libro I v.

v.5. *Disidere*] sanè non adeò hic impium vt volunt, sed vt Seneca lib.1. de Ben.ca.xiv meretrix ita inter multos se diuidit, vt nemo non aliquod signum familiaris animi ferat.

vers.2. *exanimatus coniecit*] vt solemus in magno & insperato casu: Valerius Flaccus v. Arg.

——attonito quamuis pauor ore silentem

Exanimat? Apollonius III. Argonaut.

ἀναιδὸς ἐς ἀλλήλους ὀργαίνε.

Minut. Felix Octau. Claud. III. de Rapt. Prof. Sym. Epist.

Pagina 49. v.9. *circuitu agendum*] Martial. lib. XI. epigramm. XVI.

——nec per circuitus loquatur illam.

v.16. *vendere verba*] Vide quæ ad Manil. in l. Ablegm. Incertus Poëta.

Ius ruit, ordo perit, sceleri placet ora manusq;

Vendere --

v.25. *Sicel.*] vide Rhemnium de Pond. Cæterum in hac periodo illustre mendum, cui extirpando nunc non sumus.

Pag. 50. v.1. *nil agere*] ociosi esse. Demost. ἐν τῷ μυστῇ ἡδὴ πρὸς τὴν αὐτοῦ παύλας αἰτία. vide si tanti, quæ ad Claud. in Eutrop. notamus.

Pag. 51. v.10. *ostium non satis audaci strepitu*] τὸ Non officere censui rectè vidit doctiss. VV. v. itaque id delet: Ne tam audaces simus l. *Ostium satis*.

v.11. *Cum & ipsi ergo pallidi*] f. cum & ipse & ego pallidi. Nam de nemine hætenus timente locutus est.

v.29. *expectamus lacrymas paratas*] contrarietia hæc, f. *exputamus*, vt de lacrymis Quartillæ non suis & socij loquatur iuuenis, quas scilicet non ad dolorem, sed eius frimolam ostentationem dixerit paratas.

v.31. *detonuit imber*] quis *AMBITIOSVM* dixit, placuit viro docto: *DETVMVIT*, quod verbum quamquam eodem modo in Prudètio, Statio, Plinio, Gellio, lectum, hæc tamen non recipimus. Quis enim nescire potest focia esse imbres & tonitrua?

v. vlt. *ubi fabulas & antecessura latrocinia didicistis*] la-
rer liquid propter fractum Satyricon hoc, suspicien-
dum non sciendum. At dubio procul: *dedidicistis*. Minatur

enim

enim in hominibus paulò antè perditæ audaciæ tãtam
iam pusillanimitatem. Leg. ante secura latrocinia dedidici-
stis. Sic Sulpicius Lupercus:

Ante feri cernui submittent corda leones,

δαναῶν, dedisces pralia torrens aper.

Pag. 52. v. 1. *neque enim impunè quispiam quod non licuit
adprexis*] Callimachus.

κέρνον δ' ὡς δὲ λέγοντες τόπος

Ὅς κ' τιν' ἀδυνάτου, δὴ καὶ θεὸς αὐτὸς ἔλπει,

Ἀδρήστη μὲν δ' ἴδ' ἔν' ἰδ' ἐν μεγάλῃ.

Viderant autem Priapi secretum in cryptâ isti. Vexare
est inter Nupta. Ovidius:

Parcius Andromachen vexavit Achaia victrix.

Latro in Catil. Cades ciuium, domorum incendia, vexatio-
nes virginum. Idem. Seruare pudicitiam necessitudinum
vestrarum à terribilibus vexationibus.

vers. 15. *maior in praecordia dolor sanis*] Silius lib. 1. de
Ann.

Romanum sanis puerili in pectore bellum.

v. 10. *Supinas manus*] Virg. 4. Aen.

Multa Iouem manibus supplex orasse supinis.

Apollon. Arg. 1.

*πολλὰ μὲν ἀδυνάτου ἐς αἰθέρα χεῖρας ἀειρόν
ἄρχοντα.* Vide Aristotelem & Apul. περὶ κίσμου.

v. 12. *traducere*] diffamare. sic xxxix & cix. Martial.

Qua tua traducunt manifestò carmina furto.

v. 13. *qua mille vix homines norunt*] Vera lectio, firma-
tur à Martial. 1. lxxvi.

Secreta quare carmina & rudles curas,

Quas nonit unus. —

v. 25. *gemitibus concussa*] Capella lib. 1. tanta gratula-
tione alacritateq; concutitur.

Pag. 53. v. 1. *dentata manu*] rectè qui ita legit.

v. 8. *(contemni turpe est)*] Pacatus. Cuius quidem ita ma-
iores nostros semper pertasum est, ut grauiorem putauerint
seruitute contemnum. Cæterùm epigrâma optimè emen-
dauit magnus Turneb. Clausula est. *Victorem etiam eum
haberi & palmam referre certaminis, qui non ingulet statim
ut superaris aduersarium.* Par quodammodo sententia
in epigrammate Senecæ:

Desere confossum, victori vulnus iniquo,

Mortiferum improbit mortua saepe manus.

v. 12. *in risum effusa est*] Sueton. Caligul. xxvii.

v. 18 omnia mimico risu exsonuerant] Pacatus. Cuncta cantu & crotali personabant.

v. 24. Ego autem frigidior] Ouid.

Sanguis abiit, mentemq; calor, corpusq; relinquit,
Inq; nono iacui frigida facta toro.

Pag. 54. v. 1. attoniti] rei nouitate. Sen. Apoc. stupebant omnes nouitate rei attoniti.

ibid. mors non dubia] Ouid. Non dubia est Ithaci prudentia. ---

v. 19. Satyrus] Vide P. Aeginet. lib. 1. cap. xxxvi.

v. 26. acn comatoriâ] Quintil. lib. 11. cap. v.

Pag. 55. v. 3. horribile secretum] sacrum & sanctum. M. Victor. lib. 111.

attonitum venerabilis attrahit horror. Claud. vi. Conf.
2. Et sacer horror a quis. --- Lucan. 111. arboribus suis horror inest. ---

Pag. 56. v. 20. clune agili] vide Arnob lib. 5.

v. 2. L. molles uetres] L. molles, cenetes, Schol. Iuu. Sat. vi. cenetes molles & obsceni appellantur.

vers. 28. creta] Martialis libro 11. Epig. xli. lib. vii. ep. xxxiii.

v. 33. hominem acutum] Roman. Aquila. Inuentio cum acutis hominibus communis est.

v. 24. uernulce] Iuuenal. xi. ad quod lascini ludebant ruri alumni.

Pag. 58. v. 10. thalamum ingesta veste] Claudian. 11. de Raptu. --- alij pratexere ramis

Limina & in thalamum cultas extollere uestes.

Pag. 59. v. 2. res novas] antè non uisas. Prosper.

Insolitum si quid labentia tempora promunt,
Hoc mirum mundus dicit, habetq; nouum. Eurip. ἀντι-
ἀντις α ῥα γὰ ῥα γὰ ἄπορρηται.

v. 8. Trimalcio latusissimus homo] an ista postrema non glossemata.

v. 21. cursoribus] Sen. Epist lxxxvii.

vers. 28. admiratione Tutori] Plautus prol. Pseudol. uel quisquis auctor.

v. 30. Ostiarius] ianitor, catena Solitus ostio alligari. Sueton. Char. Rhetor. Ouid. 1. Amor. Nonius tinnire.

Pag. 60. v. 2. canis ingens catena uinctus] catenarius canis Sen. 111. de irâ, xxxvii.

vers. 8. Ipse Trimalcio capillatus caduceum tenebat Mi-
neruâque ducente * temia intrabat] asteriscum exstirpa-
temia

teniz autem solennes in imaginibus, ita hominem teni-
comprehensum introducebat Deus. Pausanias Att. ἀπο-
σταλὲν δὲ αὐτὸν ταμίαν τῷ κύβω. Lucianus Philopside.
de statuā Pelusii διακρίσας τὸ κεφαλὴν τῇ ταμίᾳ. Paulò
post, εἰδὲν ἑνὶ καὶ ὅτι τῇ δεξιᾷ τῇ κορῇ ταμίας ἐς σφοδρὸς ἐν-
πὺς ἔφορτα. Aelianus Pota. lib. ix. c. xxx. ubi adolescens
amans statuam boi & fortunæ ἀναδύσας ἀπὸ αἰῶνις ζωνίας.
ἐς σφοδρὸς τὸ ἀγαλμα ἑαυτοῦ ἀτίκτενε. Sic amatores
Athenis amasia ierni incinxisse, iudicio adfectus ex eo
more clarum quem ad Theocritum illustrat D. Hein-
sius, ὁ θαυμάζει.

v. 15. capiebat] L. rapiebat. Fulgent. Myth. si quax si fueris
celeriter raptum ex mortali calistem efficiunt.

vers. 16. aurea pensa] rebus latis ea Parcis dabant. Si-
don. Senec. Apocol. Tristibus autem pulla. Horatius
Martial.

v. 20. adicula] pretiosioribus effigierum ædículas fa-
ciebant. Pausan. Corint. ἐρμῆ δὲ ἔστη ἀγάλματα χαλκῷ πᾶ-
σι ἑστῶτα ἀμφοτέρω τῷ δὲ ἑτέρω ἐκ τῆς ἀπορίας. Herod. Eu-
zer. τὸ δὲ ἀγαλμα ἑὸν ἐν νηὶ μικρῇ ξυλῶ κατὰ κεχρυσάμενη
πρὸς ἐκκομίζεσσι. Tibullus:

— paupere cultu

Stabat in exigua ligneus ade Deus.

Iuven. Sat. viii.

Ipsi deinde lares, si quod spectabile signum,

Si quis in adicula Deus unicus. —

v. 24. quas in * medicā] lege : quas in porticā picturas
haberen. Iliada & Odysseam respondit.

Pag. 61. v. 9. ante pedes] ritu supplicum.

Ante pedes supplex similisq; roganti

Concidit. —

Mart. Spect.

v. 15. precario] Sacrarium in ædibus suis agnoscit An-
ton. Ephem. Puto idem esse. Cicer. Fam. lib. xiiii. ep. 11.

v. 21. Sine dubio] Portius Latr. Atheniensibus urbi sine
dubio doctissima.

v. 27. ad summam] συνάμειβου. Vitruv. lib. vii. ad sum-
mam mors eius ut parricidij daminari varie narratur.

v. 31. ad pedes] vetustiss. mos ante epulas pedum lotio.
Genes. xlvj.

Pag. 62. v. 4. pantomimorum] conuiuatum ad Sympho-
niam clarum post alios not. ex Heliodoro. lib. i. Lucian.
ὁ δὲ Opx.

v. 20 positus] ponere conuiuiale verbum. Iuena.

—quantā est gula qua sibi totos

Ponit apros—[idem xi.

—natalitium conuiuii ponere nardum.

Tale MITTERE apud Apic. & missus pro ferculo. quod & PATINAM idem vocat.

Pag. 63. v. 19. Si adhuc] si valet an. Propert. lib. ii. Eleg. vlt. Gratius Cyneg.

v. vlt. colaphis obiurgare] l. obiurgari.

Pag. 64. v. 15. verum Opim.] pro miro, cum sua etate iam non fuisse dicat Velleius. ii.

v. 27. esse bene] Catullus:

est pulchre tibi cum tuo parante.

Pag. 65. v. 24. damus plausum] Horat. datus in theatrum tibi plausus.

v. 25. res electissimas] cibos. Iuuen. xi.

Conuiuiam caueo qui me sibi comparat & res

Despicit exiguas—

Publius.

Bonarum rerum consuetudo pessima est.

Non aliter hoc exponendum, quod crux fuit nuper Criticorum perduelli.

Pag. 66. v. 12. genius tuus] Apul.

Carmina dono tibi ferta tuo genio.

v. 14. Trimalcionis Topantia est] valeat cum Sycophanta alter, Lipsij lectio probissima τὰ ἀδύτα est. Eius Exemplis ista adice. Auson. Grat. Ad. senatus, curia, unus mihi omnia Gratianus. Plin. Paneg. omnia pariter ac statim fuerunt. Heliodorus lib. vii. εἰμι γὰρ τῆς δεινότητος καὶ ἀδύτα, & μῆτις καὶ ἀντιειμί καὶ ὁρᾶ, ἀλλὰ & νῦν οὐκ εἶμι καὶ ἀδύτα & ἀντιειμί. Lucianus ἐμπροσθεν. ἐργαζομαι, δεινότητος ἀδύτα καὶ ἐργα, Achilles Tattus lib. v. καὶ γὰρ τὸ κατὰ φύσιν εἶναι εἰς τὸ ἀδύτα νομίζεν ἐν αὐτῷ. Lucan. lib. iii. Omnia Caesar erat. Prosper. contra Ingratos:

Dum nulla sibi tribuit bona, fit Deus illi

Omnia—

Macrobi. iii. Satyra xi. ut hic vester, flamen, & pontifex & omnia. Paternulus libro ii. id unum dixero, quam ille omnibus omnia fuerit. Sic Trismegistus etiam in Poemandro.

v. 22. Poetarum esse caput mentio] Persius:

—Ecce inter pocula quarant

Romulida saturi quid diu poemata narrent.

H b

Iuuenal.

Iuuenal. S. vi.

Eum discumbere cœpit, Laudat Virgilium.
In carmine Publij notata quæpiam alibi publicauimus.

Pag. 67. v. 3. *faleris pelagijs*] Hieron. *ut taceam de inaurium precijs, candore margaritarum, rubri maris profunda testantium. Smaragdorum virore, Cerauniorum flammis, Hyacinthorum pelago, &c.*

ibid. pelagijs] Manil. lib. v.

Vix quisquam est locuplex, oneratur terra profundo.

v. 4. *indomita*] ob libidinem equæ indomitæ similis.
Florat. de eadem libidine.

Indomitam properat rabiem sedare.

Attius apud Non. *Tereus indomito more atque animo barbaro compexit in eam Amore vecors flammeo.*

v. 7. *ignes lapideos*] fulgores gemmarum. Claudian.

—acies stupet igne metalli.

Martial.

Miratur Scythicas virentis auri

Flammæ Iuppiter. —

Lapides, gemmæ Ouid.

Elapsusq; cana fingitur aure lapis.

Manil. lib. iv.

Nec lapidum pretio pelagus cœpisse pigebit.

Pag. 68. v. 11. * *gastrorumq; eminentium. If. grumorumq;*
vide Nonium.

v. 30. *& transfudimus hinc & hinc labellis errantes animas*] *Deliciæ compotum Amoris* ἡδυσμῶν. Theocrit. Oarist. εἰτ' αὐτὰν δὴ ψαῖμας καὶ τὰν ψυχὰν ὁππότελλειν. Bion. Epit. Adon. τοῦτον μὲ φίλασθαι, ὅσον ζῶει τὲ φίλαμα καὶ χεῖρ δαὲ ψυχῆς εἰς ἐμὸν σῶμα καὶ εἰς ἐμὸν ἦπαρ σπινδύμα τὸν ψυῖον. Sic Aristenæz. Heliodor. Tacitus, Apuleius. Manil. lib. v.

Oscula, & in proprias animum transferre medullas.

Vide Platonis versus apud Gellium (ab ipso fortassis) interpretatos lib. xix. c. xi. Macrob. ii. Saturn. ii.

Rob. Titius Assertio. 1. 9. c. 14. Villiomanus Animadu. uers. 1. 9. animad. 17. Antiqui videntur operibus præsertim dulcizans, & placentis interdum palati gratia sesamum aspersisse. Homer. *Batrachomyom.*

Οὐ δὲ πλεονεκτήματα τῶν πρὸς τὴν σαρπίδα.

Turneb. 1. Aduers. 1. 9. c. 6. *Sesamum*, principem locum inter bellaria obtinuisse, ex hoc Petronij loco, Athenæo & Polluce notissimum est. Muret. Var. lect. 1. 17. c. 15. inter condimentarias herbas papauer & sesamum non postremum locum tenebant. Multa de vario esu papaueris Galenus lib. 7. de facult. simpl. medic. Ideo cum aliquid studiosè politū significare vellent, *σπαρμύειδες*, & *papauere ac sesamo sparsum* dicebant. Casaub. Animadu. uers. in Athen. 1. 3. c. 27. Plautus *Pœnulo*; *sesamum papaueremque tritum*. vbi valde excutit Lambinus de *sesamo*. Rectè tamen Muretus dicto loco. Iungermannus. Ipse Petronius infra de cœna Trimalcionis; *Glires melle & papauere sparsos*. Adde I. Dalechampij annot. in Plin. 1. 22. cap. 25.

v. ult. *quàm bene olere, qui in culina habitant.*] Ioannes Sarisberien. Episcopus de Nuque. Curial. 1. 3. cap. 10. in fin. *Unum tamen certum est illis, qui huic vitio dediti sunt, non magis placere virtutem, quàm illos bene olere, qui*

in culina habitant. Isidorus Gloss. *Culina, lairina, secessum.*
 Scaliger castigat. ad Festum. *Culina, est priuatum & sella*
familiarica. Gloss. *Domus, Culina.* *Culina* tetrum odo-
 rem vt plurimum exhalant. Palladius de Re rust. tit. 37.
Ab apium castris longè sint omnia odoris horrendi, balnea,
stabula, coquina, fusoria. Sidon. lib. 8. ep. 11.

Et claudens geminas subinde nares

Propter fumificas gema in culinas.

Hinc Plautus Mostellar. de vetulis incrustatis & inter-
 polibus.

Vbi se sudor cum unguentis confociauit,

Isidem olent quasi quem una multa iura confuderis
coquos.

Sauaro notis ad Sido. 1. 8. ep. 11.

Pag. 42. v. 6. *ut corpus orationis enervaretur & eaderet*]
 omnia, quæ ab ordine & constantia vacillant, aut dege-
 nerant, cadere dicuntur. Priscianus; *Cadentibus studiis lite-*
rarum. Seneca præfat. Controuers. *Nec diu tantum mali*
permittant, ut cadat eloquentia. Barthol. ad Claudian. n.
 2824.

v. 7. *declamationibus continebantur*] Rittershus. corri-
 git, *conterebantur.* sic in causis conteri, apud Cic. est ne fai-
 re autre chose que plaider, & en estre quasi tout vsé. *O-*
ratione aliquem conterere, ennuyer de paroles. Robert.
 Stephanus in Dictionario Latino Gallico. adde eundem
 in Thesauro Ling. Lat. Vulgatam lectionem comprobare
 imitatione videtur Eryc. Puteanus Suad. Auspic. orat. 4.
 quem non audimus.

v. 10. *Umbraticus doctor*] sic *umbraticum negotium.* Gel-
 lio 1. 3. c. 1. *umbratilis miles* Ammiano lib. 18. *umbratile im-*
perium lib. 21. *umbratilis consul* Adoni Viennensi in Chron.
 Sauaro Not. ad Sidon. 1. 2. ep. 10. *Umbraticus doctor, scho-*
lasticus, pedanto. Senec. in proem. Controu. lib. 11. *Vsq[ue]*
eo ingenia in schola exercitationibus delicata enutriuntur, ut
clamorem, silentium, risum calum denique pati nesciant. Et
 paulò infra; *Velut ex umbrosa & obscura prodeuntes loco,*
clara luci fulgor obcecat, sic istos à scholis in forum trans-
euntes, omnia tanquam noua & inusitata perturbant. Plin.
 epistol. 2. lib. 9. *Volumus scholasticas tibi atque (ut ita di-*
cam) umbraticas literas mittere. Tacit. lib. 14. Annal. Stru-
 dia (*ut sic dixerim*) in *umbræ* educata. pro *umbra* scho-
 lam declamatorum intelligit. Pichena Not. ad Tacit.
 num. 97.

v.12. *Homericus versibus canere timuerunt*.] Infrā; aut non viderunt viam qua iretur ad carmen, aut visam timuerunt calcare.

v.13. *ad testimonium citem*] Macrobi. l. i. c. 4. Et ut ipsos quoque grammaticos ad testimonium citem. I S. Pontanus Not. in Macrobi.

v.14. *Certe neque Platona, neque Demosthenem ad hoc gen. exercit. accessisse. Ideo grandu*] ita vet. edit. Certē cum infinitiuo, ut scilicet, videlicet, fortasse. Schoppius Verisim. l. i. c. 16. Sed prauato deceptus codice. accessisse. video. primus restituit Turneb. quum in Memmij cod. reperisset, accessisse & ideo, Aduers. l. 19. c. 6.

vers. 16. *Grandu & ut ita dicam, pudica oratio*.] Infrā; iam illa grandu oratio haberet maiestatem suam pondus. Et paulo post;

Grandiaq; indomiti Ciceroni verba minetur.

vers. 19. *uipulosa isthac & enormis loquacitas*] ἀσχη-
λότης, sublinuloqua, & in dicendo superba, ut cum
quis

Proiecit ampullas & sesquipedalia verba.

Suidas; Ἀσχηλότης, ὑψηλὰ & ἐν τῷ λόγῳ. Themistio ὑψη-
λοῦν & βρωβύδων. in Sophista; Ἀνίσταται τὴν & τὴν
ἐμὴν ἐν τῷ λόγῳ ὑψηλὰ & βρωβύδων ἐν τῷ τοῖς σω-
φιστῶν & ἐμὴν ὑψηλὰ in Sophista, inquam, id est Scholastico
sive Rhetorico declamatore, de quibus hoc loco Pe-
tronus.

vers. 21. *animosq; inuicem ad magna surgentes*] Sidon-
carm. 7.

Surgentes animi Musis formantur.

v.22. *fidere afflaui*] vide Raderum Comment. in Mar-
tial. l. 7. epigramm. 75. Barth. ad Claudian. n. 2440. Bucer.
Comment. in Matth. v. 24.

v.23. *Corrupta eloquentia regula*] Sic Nouatiano de Tri-
mie. in princ. regula veritatis. Christoph. Pflugius pro cor-
rupta, legendum censet correpta; quam censuram non ad-
mittimus. Iungerman. analit. simulq; corrupta eloquentia
regula in ablatiuo casu, ut verba, stetit & obtinuit, ad lo-
quacitatem referantur.

v.24. *Qui postea ad summam Thucididu*] summam ab-
solutē usurpat pro perfectione & consummatione & ab-
solutione, quod nouitate quidem blanda conciliatrice
placet intelligenti: non attendenti surdum & inane vo-
cabulum est. Turnebus Aduersar. l. 19. cap. 6. Iuretus ad

Symmachium, l. 3. epist. 40. Infrà Petron. *Divina summa carminum penes Mopsum Thracem memorata est.*

vers. 26. *ne carmen quidem sani coloris*] Sanum appetebant quicquid rectum, moderatum, castigatum, & sincerum. Quo sensu Cicero de Clar. Orat. dixit; *Asiaticos oratores nimis redundantes, Rhodios saniores.* Et alio loco; *Atticos oratores sanos & siccos.* Iuret. ad Symmach. l. 3. ep. 48.

v. 29. *Pictura quoque*] Aristot. problem. cap. 10. *ἐἴ τις ἐστὶ τῆς ἀρχαίας γράφειν & διδασκαλίας σκοπεῖ τὰ ἐργα. & γὰρ οὐ μόνον τὰ γράφειν σπουδαία, ἀλλὰ καὶ διδασκαλίας. καὶ οὐ μόνον.* Ipse Petronius infrà: *Consulere prudentiorem capis atates tabularum, simulq. causam desidia praesentis excutere, cum pulcherrime artes perisset, inter quas pictura ne minimum quidem sui vestigium reliquisset.* Tum ille, *Pecunia, inquit, cupiditas hac tropica instituit. & quae sequuntur.* Felix Faber Monachus Vlmensis in *Hist. Suevor.* l. 1. cap. 8. *Renixit in Germania scientia & eloquentia, & ex consequenti quaque ingeniosa artes, ut pictura & sculptura. Amant enim se artes haec ad invicem. Ingenium pictura expetit, ingenium eloquentia cupit non vulgare, sed altum & summum. Mirabile dictu est, dum viguit eloquentia, viguit pictura, sicut Demosthenis & Ciceronis tempora docent. postquam cecidit facundia, iacuit & pictura. Videmus picturas & sculpturas ac scripturas ducentorum annorum nulla prorsus arte politas, nec hominum sed monstrorum portentorumq. facies. Scripta illina atatu rudia sunt, inepta, incompta. priscis verò seculis, Apellem, atque Zeuxim, Pollicretum, Phidiam, & Praxitelem magnos fuisse comperimus, & de statuarijs, sculptoribus & pictoribus Dorem Liddum, &c.*

v. 31. *Compendiariam*] Philoxenus Gloss. *Compendiaria, συντομία.* Cyrillus Gloss. *συντίμω, concido, compendio.* Tertullian. lib. 4. *adversus Marcionem; Compendiatum est novum testamentum.*

v. 32. *Non est passus Agamemnon*] imitatur apertè Laëtantius Inst. divin. l. 1. c. 1. *Non est passus hominem Deus lumen sapientia requirentem diutius observare.*

ibid. *Agamemnon*] Agamemnona Regem praedicat Homerus corporis proceritate, omnes heroas Græcos antecelluisse: tum oratione grauem fuisse & vehementem. Hinc personam Agamemnonis inducebant Declamatores, ut magni & constantis patroni: quod ex nostro

Ita Arbitro licet colligere, & Varronis Virgula diuina. Auf. Popina. Coniectan. ad Varron. Frequens apud optimos auctores, vt sub personis Homericis alios intelligent. Læu. Torrentius in Suetonij Tiber. cap. 61. De hoc etiam medix ætatis vetera nomina ad discendi more quodam notauit Hen. Canisius Antiqu. lect. tom. 1. in Not. ad Alcuini epistol. 3. & 46. & Goldastus in Sueuicar. rer. scriptorib. de Velleio Gallo. Sic infra: *Et cum Agamemnone ad ianuam peruenimus. Et alibi; Recepi hospitem Ligurgo crudeliorem. Iterum; Quicquid Ligurgi villa grassantibus prabuisset: ad Lycurgi crudelitatem respiciens.*

v. 33. *declamare in porticu, quam ipse in schola sudauerat]* habuit enim in auditorio orationem suasoriam. Ergo non idem porticus ac schola, vt interpres putat locum istunc, qui bene habet, emendans. Schola est auditorium, in quo fiunt *ἀγοαὶ* & recitationes: Porticus ante scholam, vt in Academia Altorphiana. Sueton. in Tiberio cap. 11. Infra; *Ingens scholasticorum turba in porticum venit ab extemporali declamatione nescio cuius, qui Agamemnonis suasoriam exceperat. in schola scilicet. Auctor. Dialog. de Orat. Non ut Rhetorum scholis declamarent. VVouvv. corrigi, qui ipse in schola. Pflugius, quia ipse in schola litigarat. vterque contra mentem auctoris. Nec ante scholas tantum, sed & ante pinacothecas porticus habebant. Infra; Ex his qui in porticibus spatiabantur, lapides in Ennolum recitantem miserunt. Christiani etiam ante templa, quas Scriptores Ecclesiastici ambitus vocant, nos Creuk gang..*

Pag. 43. v. 2. *Nimirum in his exercitationibus doctores peccant]* L. *Minimum in his.* Nihil, ait, aut minimum peccare magistros; plurimum parentes, nam sequitur; *Quid ergo est? parentes obiurgatione digni sunt.* Gulielmius Plaut. quæst. in Epid. cap. vlt. vel leg. *Non mirum si in his, exsequentibus.* Iungermannus: sed profecto neutrum dum concoquere possum.

v. 3. *doctores peccant]* multitudinis iudicio impulsæ, ea quæ plurimis placuerant, maxime adfectamus, & parentum præceptis imbuti ad illorum instituta & errores deducimur; qui præpostera ambitione & præcipitatis votis, pueris adhuc locis matrum inuolutis, ampla patrimonialia, prætextas ac trabeas promittunt. Hos secuti præceptores, ne artificium periret, suum quoque furorem

infantia seculi adiecerunt, omnisq; bonæ mentis & optimarum artium, quarum institutores esse debebant, institutores esse maluerunt. Animis teneris insidias tendunt, & quos incontaminatos acceperant, inscipiunt & flectunt ad communes errores, ac parentum improba vota, &c. VVouuer. in Polymath. cap. 30.

v.5. *nisi dixerint, qua adolescentuli probent*] quid hoc aliud, quàm quod apud Agellium Taurus Philosophus conqueritur, legem discipulos dare, qua discant? *Alium, ait, hoc me primum doce: item aliud, hoc volo, inquit, discere, istud nolo.* Hic à symposio Platonis incipere gestus propter Alcibiadis comessionem: ille à Phædro propter Lyfia orationem. Putean. Suad. Auspic. Orat. 2.

ibid. ut ait Cicero] al. Cicio sic pag. seq. pro Ciceronis in 3. M. S. constanter legitur *Ticionu*, menda ex compendio scribendi nata. Sunt enim hæc Ciceronis verba in Orat. pro Cælio.

v.6. *Sicut fisti adulatores cùm canas diuitum captant, nihil, &c. quàm quod putant gratissimum auditoribus fore.*] Adducitur hic locus à Thoma Hibernico in Floribus Patrum ex Cassiodori Epistolis, legiturque hunc ad modum; *quàm illud quod putant grat. aud. fore. nam nec aliter impetrabunt quod petunt, nisi quasdam insidias auditoribus fecerint, &c.* Quæ eodem pacto & in quadam Hildeberti Cenomanensis Episcopi Epistola leguntur. Iacobus Magni Sopholog. l. 4. cap. 13. *Qui sapiens est, adulatoribus minime credat.* Fictus enim sermonibus adulantur homines, sicut prætextu pabuli hamo capiuntur pisces. Vnde Petronius: *Adulatores fisti cùm canas diuitum captant, nihil prius vel posterius meditantur, quàm id quod gratissimum adulatoribus putant fore.* Sidon. in Epist. lib. 3. *Señator epularum laudabilem profert sententiam, non de bene vivente, sed de bene pascente.* Tales enim cùm aliquid volunt, prius laudant, postmodum postulant. Seneca epist. 123. *Varus eques Romanus, canarum bonarum señator, quas improbitate lingua merebatur.* Adde Aufon. Popmam in Varonem pag. 159.

Pag. 43. v. 13. *eam imposuerit hamis escam*] τὸ ἑλκεῖν τὴν ἀρχὴν τοῦ ἀδελφοῦ, hamo escam corrumpere, prouerbialis est locutio, pro, insidiis aliquem circumuenire, & blanditiis verborum in errorem inducere. Hadrian. Iunius in Adag.

v. 15. *moratur in scapulo*] variant mirè libri. alij enim, *moriatur,*

morietur, alij *moritur*, nescio an vlli *moratur*. Vide ergo si remotius verbum excidit, & fortasse fuit, *sine spe pra-*
da in scopulo molitur. *Moliri* enim operari, & indurire aliquid conari, aut tractare est. Sic Virgil. in Georg. dixit *moliri insidias anibus*, ita videlicet vt hic Petron. piscibus. Vtitur iterum inferius pari venustate; *Sig-*
riam a legato maliebantur, &c. Gulielm. in Epidic. cap. vlt. ego cusam lectionem improbare nondum audeo.

v. 16. *parentes obiurgatione digni sunt*] a doctoribus eloquentiæ in patres culpam transfert. qua de re videndus Casaubon. in Persium Satyr. 1. Iustinianus Imp. in constit. ad Antecessores discipulis definit quinquennium, quo scil. dent operam audiendis professoribus, & perlegendis libris conditorum iuris. Erat definitum quadriennium. nec nisi qui probasset tantum se temporis legum studiis impendisse, admittebatur in numerum aduocatorum. *Inibemus pro tempore*, l. *petitiones*, C. *de advocat. diu ind.* si quinquennium vel quadriennium illa ætate, qua mores & iura & verba ciuilia sanè erant notiora aut facilia perceptu, quid non erubescimus ista, qua horrere spinis omnibus videntur omnia, quæcumque de iure ab antiquis prodita sunt, vix tamen in eis nos transigere triennium, plurimum vitio parentum. qui, vt hoc loco Petronius ait, *cum ad vota properant*, &c. Cuiac. Obseruat. l. 12. c. 20. Ad eisdem præfat. in Paratit. Cod.

v. 19. *ambitione donant*] L. *disant*. Gruter. Suspicion. lib. 2. c. 10. sed admodum ineptè.

v. 22. *pueris induunt adhuc nascentibus*] Sic Claudian. *triumphis induit*. Barth. n. 2335. Deinde L. aut *lactentibus*, aut *dentientibus*, aut *vagientibus*, & postremum illud proximè accedere videtur ad vulgatæ scripturæ litteras pronuntiationemque. Gruterus Susp. l. 2. c. 10. Acumen Criticum! Leg. *pascentibus*, ita omnino imbibit exaratum Arbitro. *nascentibus* enim eorum effigis figura ac oppido intempestua, quod aliis quoque vigum deinde litteræ p. facilem & crebrum esse deflexum in n. annotavi aliquot locis in veterum scriptis. If. Pontanus Nat. in Macrobi. l. 7. cap. 16. imò leg. *nascentibus*, quod nihil aliud est, quam quemadmodum dixit Arnobius lib. 1. *Cui non sit ingentum*, imò ipsis penè in gentilibus matris non impressum. Meursius Crit. Arnobi. n. l. 2. c. 8. vel adhuc locus matrum involutis VVouuer.

in Polymath. cap. 30.

v. 23. *Quod si pascerentur laborum gradus fieri*] vt rectè Hierocles Pythagoræus; τὰ δὲ μὲν αὖτὲς ἡδὲ μεγάλων ὄντων ἐστὶ τὰ ἐξ ἑαυτῶν: ita nec Philosophia de plano adisi potest, per gradus ad illam enitendum est, & quod Synesius in Dione, ἐὶ δὲ ἐν ἀσπερσεν αὐτὸς ἐστὶν, & κλιμακῶδ' ἐν αἰνίται. Ardua & excelsa non petimus aditu expedito. Augustinus de Ordine lib. 2. *Hinc se illa ratio ad verum diuinarum contemplationem rapere voluit. Sed ne de alto caderet, quaesivit gradus, atque ipsa sibi viam per possessiones molita est.* Ita in ipsis artibus certi gradus. VVouer. in Polymath. cap. 26. quem vide sis.

v. 25. *mitigarentur*] Sic Plato dixit in fil. lib. 3. de Re- pub. loquens αὖτὲς ἡδὲ ὁμοιωθῶντες Reipub. quos & φύλακας appellat: ὁ μὲν τοὶ αἰετὶ ἐλέγχει αἴτην (διεχουρίζουσαι) ὁ τὰ δὲ αὐτῶν τὸ ὁρῶν τυχὲν παιδείας, ἢ τις αὐτῶν ὄντων, εἰ μάλιστα τὸ μέγιστον ἐχὼν αὐτῶν τὸ ἡμέτερον αὐτοῖς τε & τοῖς φυλακτοῖς αὐτῶν. Et Quid. de Ponto lib. 2.

Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes

Emollit mores, nec finit esse feros.

Et alibi;

Artibus ingenuis, quarum tibi maxima cura est,

Pecora mollescunt, asperitasq. fugit.

Hen. Stephanus Schediasmat. l. 3. c. 11.

v. 26. *atroci stylo effoderent*] Stilo scribebant in cerata tabella, cuius stili pars, qua scribebant, acumen dicebatur. Cic. *Omnia sub acumen stili subeant.* Altera pars erat obtusa, qua in cera, quæ non placebant, verba debebant; ac ceram rursus complanabant, vt est in Prudent. αὖτὲς σιφῶν, hymn. 10. Hinc Horat. Satyra 10 lib. 1. *Sape stylum vertas. Vertit stylum*, qui cum ante eius acumine scriberet, vertit, & alteram ad delendum partem adhibet. Turneb. aduersar. l. 14. c. 24.

v. 28. *sibi nihil esset magnificum*] L. ibi nihil. Pflugius vet. ed. iam sibi nihil. quod forte interponendum, aut leg. sibiq. nihil. vel ut sibi nihil.

v. vlt. *schedium Lucilianæ humilitatis*] ita correxi. olim Regebatur, *studium Lucilianæ hum.* in alijs editur, *Luciana improbitatis.* Lucilius in Satyris interdum se ad humilitatem iamborum demittebat, hodieque in Grammaticis quidam eius iambici reperitur. Turnebus Aduersar. l. 19. cap. 6. & Scalig. Anson. lect. libro Schedium est inconditum exemplar & inelaboratum.

ratum. Sidon. l. 8. ep. 3. *Apollonij Pythagorici vitam, non ut Nicomachus senior è Philostrati, sed ut Tascius Victorianus è Nicomachi schedio exscripsit.* Sauaro in Not. ad Sidon. Vide tamen Casaubo. de hoc loco lib. 2. de Satyr. cap. 3. In v. c. Pithœ. legitur, *Luciliana improbitatis.* An accipiendum pro inhumanitate, eo sensu, quo Horat. dixit;

Surge & inhumana senium depono Camœna?

Pag. 44. v. 2. *Actis fœdera*] sunt iambici: & est protrepticon. Scalig. in Catal.

ibid. *si quis amat*] al. *si qui hamat.* sic infra in v. cod. legitur.

Hos inter fluctus qui raptis euocat armis?

pro, *quis raptis.* Et supra in M S. cod. Bongarsiano, *Qui postea ad summam Thucydidis, &c. pro, quu.*

ibid. *amat effectus*] L. *hamat adfectus*, ut Cicer. apud Nonium, *adhamare honores.* Scalig. ad Catal.

v. 3. *prius more*] L. *morem.* & dein pellat mensura versus postulat, nec improbat sententia Turneb. Aduersar. kry. c. 6. ita & Scalig. ad Catalecta, & interpretatur, *morem* luxur pellat noua frugalitate. Leg. *more Frugalitatis lege polleat exacta.* More, hoc est, vitæ quadam honesta ratione atque instituta. Horat. l. 4. Odar. *Mos & lex maculosum edomuit nefas.* Varro apud Macrobi. libr. 3. Saturn. *Mos est in iudicio animi, quem sequi debet consuetudo, id est, cultus moris.* Edict. Dioclet. & Maximiani Cæs. *si cunctos sub imperio nostro agentes castam in omnibus more tolerare perspexerimus vitam.* Pet. Pithœus Not. ad Collat. Mosaic. & Rom. leg. tit. de Nuptiis. Leg.

Actis fœdera si quis amat effectus.

Mentemq; magnis aptat: prius amore

Frugalitatis legem pellat exactam.

Et videtur idem voluisse Poëta Venusinus ad Mœcenas;

Fastidiosam desere copiam.

Legem enim exactam, dixit exactum illud siue plenum, v. ita dicam, dimensum intellige. Meminit etiam alibi Petron. *Vellem tam innocens esset frugalitatis mea habitus.* sed aptissime huic loco Romanæ philosophiæ Siren Seneca; *Non potest studium salutare fieri sine frugalitatis cura.* I S. Pontan. Not. in Macrobi. libro 7. cap. 3. Leg.

— prius morem

Frugalitatis, lege calleat exacta.

morem pro virtute, aut disciplina posuit. Barthius in Ceir. Virgil. num. 10. & ad Claudian. num. 1129. Richardus legit iuncto verbo, *prius more*, hoc est, *more prisco & veterum poetarum*, ut infra, --- *prius-vestigia lustr*, id est, *priora*. & alibi, *Contubernali-modo*, si vera est eiusdem Richardi emendatio, de qua dubitare licet. sic *propre vicinus* in Catull. Priapo:

Vicinus prope dives est ———

Et §. 2. Instit. de donation. *retro principis*, id est, superiores vel anteriores.

v. 6. *impotentium*] *ne potentium*. Turneb. Aduers. lib. 29. cap. 6. Vel,

Ciensve canas impotentiam capiet, Aut:

Ciensque canas ne impotentiam capiet.

Nam in v. c. est:

Ciensq, canas impotentiam ne capiet,

Repugnante versu. ———

Impotens esse videtur ad invidiam potens, & cetera. Sicut ut & Donatus docet. Crotius in Februis ad Capellam, lib. 5. pag. 137. Imò *impotentium*, id est, valde potentium, quemadmodum observavit Sospater Charisius libro 2. ubi admonet præpositionem *IN* esse modò derogativam, modò adiectivam. Servius 1. Aen. *Impotens, & satius, & nimis, & nihil potens*. *Impotentissimi* Principes M. Tullio libro 10. epist. 1. Exempla multò plurima notantur Iuretus ad Symmachum libro 1. epist. 95. Sauro ad Sidonium lib. 5. epist. 12. Ach. Statius ad Catul. epig. 36. Sic *inutile* pro valde utili. Interpretes Sapientie cap. 13. *Diligenter fabricet vas inutile in conversationem vitam*, quod siue Philo siue Septuaginta dixerant, *χρησιμικόν* & cetera. Lyrano vetustissimis codd. eam lectionem esse adserit, sed in eo erravit, quòd diuellendam vocem existimavit: cuius auctoritate falsus Dionys. Richellus exposuit *inutis utile*. Fr. Lucas in Notationibus testatur quidem, se in vetustissimis & optimis libb. reperisse, *inutile*, & à Glossæmatis exponi, *valde utile*, recipere tamen dubitavit. Per me nunc licet, confidentiam summat, & Interpreti suam sibi vocem reponet, quam ne quidem Auctor Marano tracti ausus fuit damnare; cogitetque ad eandem faciem Tertulliano *imbonum*. Ciceroni *infractum*, aliis alia esse dicta. Huguitio: *Imprudens*, non prudens vel valde prudens: in qua sensu raro insinatur. Virg. in Georg. Numquam imprudens inber Officit.

v. 7. *Ne perditus additus*] ita Memmij liber sine dubitatione eleganter & integrè scribit. vulgò *perditus additus*. Turneb. *Aduers.* lib. 19. c. 6.

v. 8. *néve plausor in scena*] apertum hoc fiet ex Plauti prologo *Amphitr.* docente Douz. in Centurion. libro 1. cap. 1.

-vers. 9. *histrionia additus*] al. *histrioni additus*. ita lego magna fiducia, cum in Memmiano repererim, *histriones addit*. *Additus* autem non participatio, sed vocabulum erit. Turneb. *aduers.* lib. 19. cap. 6. An *histrionia additus* est studiosus & amans, ut dicimus *doctus histrionia, literarum*, &c. quemadmodum Goldasto placet? an verò leg. *additus*, id est, præsens & molestus? Lucil. apud Gellium; *Si mihi non prator fiet additus*. Ascon. in 2. Ver-
rin. *Adsiduum, molestum, additum*.

v. 10. *Tristonia arces*] Athenas, quarum Minerva conditrix & tutela. Barth. ad Claudianum num. 2644. *Aut-
son. Præses Tritonia bellu*. Claudian. de Minerva in Raptu
Proserp. lib. 2.

Et Pandionias quo cuspide protexit arces

—tristibus aspera bellu— *Tritonia caspide fulva*

Calatum Typhona, gerit—

Arces antiqui Minervæ consecrauerunt, quòd eam mundi mentem atque in summo capite sedem habere credebant: siue quòd ratio, qua per eam designatur, Respublicas & Urbes amplifcet, ut ait Capella. Plato sentit, in mediis editisque locis oppidi solitos ædes ponere Ioui, Væstæ, Minervæ, sub quorum tutela crederetur urbes esse. Iam Parrhasius Comperit in Claudiano de Raptu Proserpin Virgil. *Ecl. 2.* — *Pallas, quæ condidit arces, ipsa solat* — vbi Servius; *Ideo dea arcium Minerva dicitur, non quia de capite Ioui nata est, sed quia dea est artium, & ingenij, ideo ista finguntur. Nihil enim est excellentius ingenio, quippe quo reguntur universa. Locum adscripsi, ut à Goldasto est restitutus Probus; Pallas primum adfectum inuenisse scribitur. Idem 6. *Ecl. 2.* *Templum in arce Minerva conditum*.*

v. 12. *des primis versibus unnot*] Hic erat ordo veteris institutionis, ut primum poetica auspicaretur, à poetica ad Rhetoricam, à Rhetorica ad Historiam gradus esset. Videatur tamen Eryci Puteani *Suad. auspical. orat.* usive Panegyri. 1. ad Senatam Mediolanensem vbi de studiorum instituto adiuvantem agit.

v. 15. *Mox & Socratico plenus grege mittat hab.*] L. *Mox & Socratico plenas immittat habenas.* Præcessit enim;

Maoniumq; bibat felici pectore fontem.

Itaque *Μοξ & Σωκρατικο* reperitur *τὸν* fonte: *mox & Socratico* fonte plenus. Adscripserat quidā ad marginē *Græci*, id abiit in grege. Palmerius in Spicileg. quē tacito nomine perstringit Gulielmius, legitq; ex Sambuci cod. *mus et habenas*. Murare habenas iubet adolescētem philosophia imbutum, & è curriculo poëtarum in Oratorium trāscendere. Plaut. quæst. in Epid. cap. ult. *Sed mittat habenas*, verum est & elegans, vt apud Corn. Seuerum in Aetna, *flexis habenas*. metaphora est à re equestri, & prouerbialis quædam locutio. Scalig. Comment. in Aetnam. Sicut Petron. retinendæ eloquentiæ & immittenda habenas commentus est, ita eius exemplo Fulgentius *effrātam loquacitatem*, Mythol. lib. 3. cap. 10. dixisse visus. Barth. A. nius aduers. ad Claudian. num. 966.

v. 17. *Demosthenis arma*] quibus vel petebat vel defendebat. *Arma* dicuntur, quod iis instructa causa necessitatem quandam cognoscentibus afferat, vt pro iis iudicent, hinc *exarmare accusationem* dixit Plin. libro 3. Franc. Polletus hist. Fori Rom. lib. 4. cap. 14. Symmachus libro 7. epist. 9. *Quater arma facundis*. vbi Iuretus in Miscellan. Alanus Anticlaudian. lib. 7. --- *Nostri Demosthenis iras*. Sisto. lib. 4. epist. 7. vt *Demosthenes irascitur*. vbi Suario.

v. 19. *Hunc Romana manus circumfluat*] Ordine studiorum Petronius hunc facit, vt poëtice initium sit; tunc philosophia; *mox* oratores *Græci*, dehinc ad eloquentiā Latinā veniatur; vbi aut verti de *Græcō*, aut contrariā uersio componi censet. ea sententia est in his versibus; tamen ita potius leg. *Nunc R. m. circumfluat*, hoc est, Romani coronam faciant. Palmarius in Spicileg. Minor. ua non ducente tema.

v. 21. *Es fortuna fateri*] Leg. *Es cortina sonat*. *Cortina* theatri dixit Soderus in Aetna. *Cortina* Tacitus locum in quo dicatur; (um vix in cortina) *hinc* ad sistat; *quid* elementis infandiorum inburnat. Palm. in Spicileg. partum laro Apolline.

v. 28. *sic flumine largo*] *Plenus* *Picris* *desundes pectore* verba] Leg. *mox fl. plenus*; *Plenus* *desundes* *nectare* v. Barthius ad Claudian. n. 12 48 & n. 1368.

v. 30. *non notant milii* *Asoyis* *fugam*] *Pelegans* phrasis, notare

notare sibi, sic infra; Notavit sibi ad lunā tensorē intemper-
stius inhaerentem officio. Item, Proxima nocte cum miles no-
tasset sibi & lumen inter monumenta clarius fulgens, &c.
Agellius l. 17. c. 2. Hæc verba, quæ meminisse potui, mihi no-
tavi. Sic ibi ex v. cod. legendum est.

v. 31. in hoc dictorum astu] Iustinus li. 23. In hoc astu pe-
riculorum tutissimus portus. Ammianus lib. 15. In hoc astu
mentis ancipitem (sic leg. Goldastus) ad effectum tendens: cō-
filiū occultæ scrutabamur indagine. quod annotare libuit
adversus Douzæ interpolationem.

v. 32. motus incedo] v. ed. in hortis. Bartholom. Schobin-
ger emendabat, immotus, præ stupore scilicet, id est, co-
gitabundus. In Ioach. Vadiani codice ad marginē scri-
ptum reperi, intortus, i. e. nullam in partem me flectens.
Io. Sichardus legebat, infort, dicitur cū solus. Barthius totus
incendor: quod omnes adfectus æquiparentur ignibus;
in Ceir. Virgilius numer. 436. Palmer. totus incedo, vt.
Horat.

Nescio quid medians nugaram totus in illis.
in Spicilleg. quod quidem non est sententia, sed verum
est. Sic enim & infra loquitur Petron.

Atque in prætoria se totus imagine versat.

ibid. scholasticorum turba] August. lib. 6. confess. Ecce
adolescens quidam ex numero scholasticorum, &c. In pas-
sione S. Valentini Episcopi Interamensis; Athenienses
quidam nobiliter nati, Proculus, Ephesus & Apollonius
scholastici viri, apud Græcos Latinæ studia desiderantes, a-
pud Cratonem cinem suum, oratorem utriusque linguae, in
urbe Roma hospitabantur, cuius & magisterio & hospitio
favebantur. Factum est autem, ut unicus Cratonis filius
Cherramon nomine iuuenis scholasticus, &c. Ergo scholasti-
ci propriè Rhetores dicti. hinc Epiphanius Scholasticus;
Euagrius Scholasticus, &c. apud Græcos veteriores etiam
sophiste, id est, σοφιστῶν καὶ πρῶτος: vt Theon Sophista;
&c. Reperio tamen & aduocatos dici scholasticos. Hido-
rus Gloss. Iuraticus, scholasticus; legisperitus. Postrema
ætate, id est, ante annos cccc. præter propter, scholastici
dici cepti sunt sapientie & philosophiæ professores ac
doctores: unde nata illa nomina. Theologia scholasti-
ca, Philosophia scholastica, Doctores scholastici, quo-
rum auctor atque princeps Petrus Lombardus fuit, vul-
go Magister sententiarum dictus. Nam & Magistri vo-
sitati. Hinc Petrus Comestor, Historia scholasticæ auctor,
not.

κατ' ἐξῆς Magister dicitur, propter illam historiam, ut
 puto, id est, Commentarium in sacra Biblia, quo sensum
 S. Scripturæ historiam persequitur, *Commentum* schola-
 sticum nonnulli appellant. unde & *Commentatores* appel-
 lati philosophi scholastici, opinor quod nihil de suo
 excogitent, sed Aristotelem tantum & Lombardum
 cōmentarentur. Nec apud Latinos modò, verum etiam
 Arabas, quibus Aben-roes, siue (ut imperitum vulgus
 vocat) Auerroes secundum excellentiam *Commentator*
 nuncupatur. Apud Hebræos verò, qui nobis Doctores
 & Magistri scholastici, nominantur *Rabbini*, quos *διδασ-
 καλῆς* reddiderunt Græci, & exempla Euangelistæ ex-
 hibent. Quin *Rabbini* ita in Synagoga Iudæorum inole-
 uerat, ut honoris & dignitatis ergo hac compella-
 tione salutariter gauderent, non aliter atque in Vniuersi-
 tate scholasticorum Christianorū *Magister* noster. Ioan-
 nes Euangelij cap. 20. v. 17. *Conuersa illa, dixit ei, Rabbini,*
quod dicitur Magister: Ex recepta nimirum vulgo con-
 suetudine. Tantum de his.

v. 33. in porticum venit, ut apparebat, ab extemporali de-
 clamatione] ὅς ποτε ἰσχυροῦς. *Cum totum*, pro eo quod
 dicere solemus, ab extemporali (ut apparebat) declam. Ta-
 lis constructio est apud Cicer. in Paradox. Necnon sape
 laudabo sapientem illum Biantem, ut opinor, qui numerat-
 ur inter septem sapientes. pro, qui numeratur (ut opinor)
 inter, &c.

vers. 34. ab extemporali declamatione] D. Hieronymus
 præfat. in librum Esther, *Quem librum editio vulgata la-
 ciniosis hinc inde verborum finibus trahit, addens ea, qua
 ex tempore dici poterant & audiri, sicut solitum est schola-
 ribus disciplinæ sumpto themate excogitare, quibus verbis
 uti potuit, qui iniuriam passus est, vel qui iniuriam fecit.*
 D. Augustinus lib. 6. Confession. Cum medio die Alpi-
 dius cogitaret in foro quod recitaturus erat, sicut exerceri
 scholastici solent. Iacobus Gandensis libro 3. Aerarij ant.
 Poët. *Extemporales dicuntur Oratores, qui responderunt
 ac si meditati essent. Ergo Extemporalis declamatio est
 in tota huiusmodi videndus Cellarius in Epica.*

Pag. 45. v. 3. *Cursim Asylum perfugit*] sic infra;
cepit me precedere. ubi ad eundem Fr. Pirheus in Celler-
 ian. Sauaro Not. ad Sidon. l. 4. cap. 24. Rigaltius Not. ad
 Phædrum fab. 2. Iterum Petronius; per medium lupanar
 fugere cupit ad est, fugi. Sic Plaut. Bacchid. 2. 2. sc. 3. *Inficiat*

ire capis filio, i.e. inficiatus est. Schopp. in explanation. Hoc genus loquendi nec Hebræis est insolens. Esdras Iunior lib.2. (qui vulgo 4.) cap.4. *Quam magna arcem incipient facere.* & cap.6. *aperunt dominari nostri.* & ca.9. Inchoant dicere coram Altissimo. Lucas in Act. Apost.c.1. *in ipso* ὁ ἰσὺς τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ πατρὸς: Latinus, *Qua Iesus capis facere & docere*, h.e. quæ fecit & docuit. Tale videtur & illud eiusdem Esdræ d. 1. cap. 3. *Initium verborum Esdræ*, h.e. sequuntur verba Esdræ, quorum initium hoc erit. Et illud Marci 1. *ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου* initium Evangelij. Vbi Seb. Castalio in Annotation. *Incipere pro facere* usurpat, ut inceptum est factum Virgilio. Sic Salust. *sanire Fortuna, ac miscere omnia capis.* Barthius in Ceir. Virg. num. 456.

v.5 *quia nec quo loco stabulum*] L. *nec qua stabul.* *Qua pro ubi* Schopp. Verisim. lib.1. c.16. & in Arte Crit. Non placet. Notant in nonnullis codd. omitti *quò loco*. Si quid ergo mutandum sit, malim legere, *nec quo stabulum esset.* Beda de Orthographia; *Quo aliquando pro ubi* ponitur. Augustinus; *inuenis domum famosam, qua boni habitant: id est, ubi habitant.* Sed nihil necesse est interpolatione.

ibid stabulum esset] diuerforium, *καρδοχέϊον*. Chr. Colerus Parerg. cap. 8. *stabulum* non solum significat receptaculum equorum & iumentorum, ut vulgò dicitur, sed etiam pro cæupona & hospitio accipitur, à stando. Struckius Antiquitat. conuiual. l.1. cap.28. quod ante eum annotarunt Henr. Bebellius de Abusion. Ling. Lat. cap. 24. & Iac. Pamelius Annotat. in Cyprian epistol. ad Stephanum. Baccharius de Recipiend. laps. *Magister noster à latronibus vulneratum non solum cura dignum iudicat, verum etiam ad stabulum suum restituit, ac datis stabulario duobus denariis, maius ei primum pollicetur.* ita Goldastus emendauit istum locum, qui vulgò pessimè interpunctus & interpolatus legebatur. *καὶ τοῦς* Græcis eodem sensu usurpari docebit te Suidas.

ver.6. *quocunque ieram, eodem reuertebat*] Idem accidit Cnemoni apud Heliodorum libro 5. in domo Nauisclis sibi ignota.

v.8. *accedo anicula, qua agreste olus vend.*] quam *foraciam* dixere. Calepinus in Dictionario; *Foracia, à foro, mulier villatica, qua fructus villa venales, ut pullastros, piones, poma, nuces, alera, & huiusmodi in foro deseri.* Porro locum

locum hunc transtulit & expressit Lud. Viues in exercit. ling. Lat. dialog. 4.

v. 10. & *Rogo, inquam, mater, numquid scis*] Leg. *Te rogo, inq. mater ecquid scis*. Formula blandè adeuntium est, *Te rogo*, cum quid exquisituri veniunt. Gulielm. Plautus quæst. in Pseudol. cap. 4. Plaut. *Ecquem in angiporitu hominem novisti, te rogo?* nihil tamen in Petronio mutandum est.

v. 13. *diuinam ego putabam*] prælagam. Barth. ad Claudia. nu. 2361. quæ sciret omnia Pflugius. *Dicit enim se existimasse eam scire diuinitus*. Turnebus Aduersar. lib. 19 cap. 6.

v. 14. *at subinde ut in locum secret.* Jal. & *subinde. fortè, & subsequor. in te ut, &c.* Gulielm. Plaut. quæst. in Epid. cap. ult. tamen si nihil admodum affirmet.

v. 15. *Centonem azu urbana iniecit*] Leg. *reiecit*, i.e. sublatum reiecit à tergo, ut intraremus. Hispanè, *hecho la antepuerta*. Martial. l. 1. epig. 34.

At meretrix abigit testem veloci, seraq.

Et l. 11. ep. 46.

Intraſti quoties inſcripta limina cellæ,

ſeu puer arriſti ſiue puella tibi:

Contentus non eſt foribus veloci, ſeraq.

Hoc velum ex centonibus conficiebatur, & cento appellabatur: erantque plurimi centones in lupanari, tam in quaque cella, quam in ipsa maiori lupanari ianua. Disco id ex veteri Iuuenalis scholiaste ad illum locum Sat. 6. v. 121.

Intranſ calidum veteri centone lupanar.

Veteri, inquit, centone, ut velo ex panno facto. Legerem ibi, *veteri velo ex panno f.* Suffragabatur hic Petronij locus. Eiusmodi velis cubiculorum ianuarum tegebantur, & eo ponebantur, ne sc. per forium rimas inspicere possent curiosi quid intus ageretur. Iuuenal. Sat. 9. v. 105.

— *Claude fenestras,*

Vela tegant rimas, iunge ostia, tollite lumen

E medio —

Ramirez Hypomnem ad Martial. l. 1. epig. 35. n. 5. *Ant Centonem reiecit, est quod infra dicit de Psyche, Retexit pallio caput.* Fœminæ enim in publico obnuptæ apud Orientales gentes. in Genesi c. 24. v. 65. de Rebecca, *At illa tollens cito pallium, operuit se.* qui mos durat hodièque apud Tartas & Persas. nec honestæ tantum matronæ ac virgines,

gines, verum etiam meretrices. Ibidem cap. 38. vers. 15. de
Thamare ad viam prostante; *Quam cum vidisset Iudas
suffragatus est esse meretricem: operuerat enim vultu suum.*
Pingit autem Petronius, hæc in vrbe Græca contigisse
& Græci moris.

v. 8. inter titulos] in v. c. reperi, internuculos, vt & a-
pud Apuleium de Deo Socrat. *Internuculos recens cogni-
ros.* Sed vtrumq; locum corruptum existimo. P. Pithæus
Subsec. siue Aduersar. l. 2. ca. 10. Sic dicebant impudicos.
omne enim medium *nucleum* vocabant. *Internuculi* er-
go impudici, impudicati, intercutibus stupris flagitati,
intercutiti, stuprati. Scalig. ad Priaper. Censeam potius
duabus vocibus, *inter nuculos* leg., & meritorios signifi-
cari pueros, concubinos, qui nondum reliquere nuces,
sed etiamnum inter eas versantur. Nam à Catullo in e-
pithal. Iul. & Mallij scribitur; *Concubins da nuces.* Turneb.
Aduersar. l. 2. c. 28. Fortè legen. *quosdam Tirunculos.* Co-
luius Not. ad Apul. de Deo Socrat. sed titubandi animo.
Leg. *inter Scitulos*, id est, pueros. pueri enim *Sciti* dicun-
tur. Pflugius v. c. *quosdam, inter titulos, nudasq; mer.* ita est
se restituendum asserit idem Pithæus. Fornices enim ti-
tulis inscriptæ, vt ex Iuuenali & Seneca notū in Not. ad
Collat. Mosaic & Rom. leg. li. de *Falso testimo.* & cellæ no-
minibus meretricum. Tertul. de Pudicit. l. 1. *sub ipsis libi-
dinum titulu.* Ramirez Hypomnè ad Mart. l. 1. epi. 35. n. 5.
Quid si legamus, *quosdam intercutulos*? vt intellegat *puer-
os, & scorta mascula*, qui se intercutiei patiuntur.
Balbus Catholico; *Cutitus, stupratus, corruptus.* Isidorus
in Gloss. *Subcus, subcutaneus, subcutatus, intercus, intercu-
taneus, intercutatus, subtercus, subtercutaneus.*

v. 10. in fornicem] lupanariū Bernartius Schol. ad Sca-
tium lib. 1. Theb. Haymo Halberstadenfis in ep. ad Rom.
cap. 1. Fornicatio à fornicibus, id est, arcuatu domibus dici-
tur, quæ fornice appellatur, ubi publica merat: ices proster-
nebantur. Erant autem loca abdita & occulta. Euagrius
Hist. Ecclesiast. l. 3. cap. 39. *Impositum fuit cum aliis copu-
latis, qui quæstui vitium sibi quærebant, tum meretricibus,
quæ corporum pulchritudinem habebant venalem, & effuse ac
libidinose stuprum in abditis & occultis locis ciuitatis, id est,
ganeis, se dedebant, tum præterea omnibus, quos scortari non
pudebat.* Apostolus Paulus vocat cubilia: Non in cubilibus,
&c. ad Rom. 13.

v. 12. Operni caput] Balbus Catholico; *Ludix quadam
vestis,*

vestis est, & dicitur à ludo, & dicuntur ludicos vestes à ludis theatri. Quum enim egrediebantur de ludi prostibulo iuvenes, harum velamento tegebant caput & faciem ne cognoscerentur: quia solebat erubescere, qui lupanar intrauit. Euagrius Hist. Ecclesiast. lib. 1. c. 21. de Monachis Palastinz; Aded etiam sine delectatione cibum capiunt, atq; ea re tam austeram exercent disciplinam, ut sine ad canponam, sine ad lupanar eos diuertere cogat necessitas, nec locum refugiant, nec operiant faciem, nec quicquam prorsus erubescant. Aimoinus de Gest. Francor. l. 3. cap. 71. Quin potius operto, ne agnoscaris, capite festinus siluam pete. De ritu veterum velandi & operiendi se propter subitam, creperam & desperatam aliquam rem, vide Iac. Schegkium Præmessor. cap. 10. Gul. Ranchinum variar. le& l. 1. cap. 3. Taubmannum ad Plautum captiu. act. 3. scen. 1. Barth. ad Claudian. n. 1208.

v. 25. *lappus ac moriens*] *Leg. lassus ac moriens.* Palmer. in Spicileg. Barth. ad Claudian. nu. 210. vel, *lassus ac madens.* quia sequitur; *sudorem ille manibus detergit.* Meursius Animaduersion. miscell. lib. 3. cap. 7. *Lassus ac moriens* est fessus & lassitudine confectus & tabescens. Idem Barthius in Ceir. Virgil. nu. 236. & ad Claudianum num. 62. Quare hunc locum non bono exemplo mutauit Laur. Ramirez de Prado Commentar. in Martialem.

ibid. Putares ab eadem anicula esse deductum] ita eleganter secunda persona vtuntur, cum quid generatim de omnibus exprimunt. Sic infra, *Video puerum pariet. applicitum si res non libenter seruire.* Schopp. Explanat. in Plaut. Mostell. a. 1. sc. 3. Micch. Piccartus epist. ad Goldastum. & Periculor. Criticorum cap. 8. Iterum Petronius; *Pantomimorum non patris familia triclinium crederes.* Valer. Maximus l. 5. c. 1. de Pisistrato conuitiis Thrasippi inter cœnam lacerato; Ita & animam & vocem ab ira cohibuit, ut putares satellitem à tyranno malè audire. Sulpitius Seuerus in Vita S. Martini l. 2. cap. 3. *Lamq; se malum serpentis per omnia membra diffuderat, cernores omnibus venis inflatam cutem.* Guilhelmus Malmesburiensis in lib. de Pontificibus, *Terra omnis frugum opima, &c. ut quemuis tadiosum promouet ad laboris illecebram, ubi centuplicato fœnore respondeat copia. Cernas tramites publicos vestitos pomiferis arboribus.*

v. 33. *accesit ad me paterfamilias*] al. edit. & M. S. *pater familia: ad quam conditionem & infra de Trimalcion;*

ne; Ipse paterfamilias, &c. Et post illa; *Pantomimorum non patrifamilia triclinium.* Puto tamen hoc loco Græciam inflexionem à Petronio seruata[m] ὁ πορναῖος ἐστὶν αἰὶν.

Pag. 46. v. 1. egressus] *L. ingressus.* Iungermannus vulgatz lectioni fauet, quod infra legitur, *per tenebrosam & sordidum egressum extrahit Gnythana.*

v. 2. *prolatore[m], peculio] peculium etiam ad eam rem vsurpatur à Plaut. in Pseud.*

Meo peculio empta. B. A. nempe quod scæmina summa sustinent.

Lamprid. in Heliogab. *Homines bene vasatos & maioris peculij.* Qui pulchrè peculiat in Priapo. Scalig. in Carale& ad Priap *Peculium inter Romana nequitiz vocabula vsurpatum antiquis, testimonio est illud è Carmine libero;*

Pulchrè pensilibus peculiat:

vbi de vasatis probè ac mutoniatis est sermo. Duza Cæturion. lib. 4. cap. 9. *Peculium* propriè dicitur id quo viri sumus. Schopp. Explanat. in Mostell. a. 1. sc. 3. *Prolatore[m] peculio, i. e. mentula.* hinc *peculiare* aliquem pro stuprare dixit Plaut. *Perfa. & peculiat* sunt peculio instructi siue mentulati in Priapo carmine 52. vbi idem Schopp. in Comment.

v. 3. *pro cella] camera lupanari, in quã se à pullipremo quodam Ascyltos deducit ait, vbi pœnas penitas, pròptō præsertim in rem præsentē peculio, daturus fuerat.* porro t. libus cellis eius, qui eas conduxerat, nomen, quem *titulum* vocat Sen. inscribebant, vt docet Douza. Schopp. in Miscellan. In aliis legitur, iam *procella meretrix.* vnde Brissolius, iam *procella mer.* ex Plauti *Pœnulo;* lib. de iure connub. cap. 6. Potest etiam retineri *procella* iuncto vocabulo, vt dicatur sicut *prostitutum*, quod ante stabulū stet, ita *procella*, quod ante cellā quemadmodum & ancillā dictam volunt, quasi ante cellā. In scriptis Patrū ancillas obseruamus concubinarum munia subiisse: sed & ancillam pro meretrice positā. Symphosianus in Hist. Apollonij Tyrij; Leno vocauit villicum puellarum, & ait: *Ancilla exorne: ut scribatur ei titulus: Quicumque Tarsiam deflorauerit, &c.* Nihil tamen muto.

ibid. *meretrice affem exegerat.]* Infra; *Ne mercedem cella daretis.* Hinc *multinola* dictæ meretrices. Iesus Siracides cap. 9. *Ne respicias mulierem multinolam, ne fortè incidas in laqueos illius.*

v. 8.

v.6. *Satyrium bibisse*] ad libidinem esse incitatos & inflammatos è vi illius herbæ. Turneb. Aduers. l. 9. cap. 6. Petronius infra; *Illinc puella penicillo quod & ipsam satyreo tinxerat, Ascyllon opprimebat.* Theodorus Priscianus lib. 2. Logico: cap. 11. *Satyriasis, gonorrhœa vel priapismus, quibus similis est sub immoderata patratione molestia: his accidentibus determinantur. Gonorrhœa sine vetri extensione vel usus venerij desiderio, spermatis affluētissima sub effusione corpora debilitat, & per chronica tempora produciuntur. Satyriasis verò ex certa corporis incommoditate, quæ etiam mulieribus aliquando cōtingit, quam metromaniam aliqui appellauerunt, & desiderium insatiabile, & tensionem particula cum assidua patratione facit. hanc passionem priapismum aliqui appellauerunt.* Apuleius Medicus de Herbis cap. 15. *Græcis dicitur satyrium, Itali priapiscum, alij torminalem, alij testiculum leporinum nominant.* An igitur ex herba ista potus eiusmodi confectus, quo frigentibus ad officium virile membrum mederentur? An ipsius herbæ expressus succus ei rei faciebat? Idem Apuleius ibidem; *Si quis mulierem subagitare non poterit, herba priapisci radicem, id est, testiculam dextram, quia maior est, &c.* Vide omnino Isidor. Etymolog. libro 17. c. 9.

v.9. *quasi per caliginem*] V. C. habet hîc præpositū nomen ENCOLPIVS. Sed Eucolpij persona in toto hoc Satyrico loquitur sub auctoris facie, sicut Aſinus in Milesiis sub Apuleij.

ibid. in *crepidine semite*] Vgnitio; *Crepido* ponitur quandoque pro *cauerna*, ubi via conveniunt, in qua solent pauperes latitare vel mendicare. Vnde Iuuenal. *Nulla crepido vacat.* — Sed hoc loco *crepido* est locus excelsior. In Historia Iudith. cap. 7. *Et venerunt per crepidinem montis usque ad apicem, qui respicit super Dothaim.* Hinc & *crepida* dictæ solæ eminentiores.

v. 11. *numquid*] v. c. *num quid*, rectè, dispersis nimirum vocibus, pro, *num aliquid*.

v. 13. *manantes lacrymas pollice expressit*] Scio quid interpretamenti adferant Scholiastæ; sed fortasse non absurdè à Terentio lucem accipiet, sc. 1. 2. 1. Eunuch.

— *Una mehercule lacrymula,*

Quam, oculos terendo misere, vix vi expresserit.

Adrian. Brethotius Apophoret lib. 3. cap. 14. *Leg. Pollice extersit, quod puerorum esse quisque novit. Piccartus Pericu*

Periculator. Crit. cap. 17. Hinc totum effectum est illud
Martialis Epigramma:

Sape mihi queritur non siccis Castus ocellis,

Tangi se digito Mammuriane tuo.

Ant. Barthenius in Catulli epigr. ad Aurelium.

v. 14. *perturbatus ergo habitum fratris*] Leg. ego habitum dixit, modo loquendi Romano, qui habitum corporis & vniuersi corporis dispositionem vocant Puteanus in Genial. serm. & Piccartus Pericul. Crit. c. 17.

v. 18. *in conductum*] in hospitium. Sidon. lib. 5. epist. 17. Placuit ad conductorium Syagrii Consulis ciuium primi coire. Conductor, hospes & stabularius. Rutilius:

Hospite conductor durior Antiphate.

Sauaro Notis ad Sidon.

v. 19. *accucurrit*] a. *ancucurrit*. fort. *obcucurrit*. Lucr. li. 4.

—— *Nobis obcucurrit imago.* Virg. 3. Aen.

Vittis & sacro redimitus tempora lauro

Obcucurrit —— pro, accucurrit. ob, pro ad, poni notum est.

v. 20. *Proclamarem*] L. porro clamarem. Volebat Encolpius Quiritare. siue Porro Quirites clamare, sed impetu Ascyli interueniente priorem tantum dictionem absoluit. Porro Quirites, clamabant opem Quiritium seu ciuium Romanorum implorantes. Schopp. Verisimil. l. 1. cap. 16. sed ineptè. vide VVouuer. hoc loco, & Coler. in Parerg. (ubi tacito nomine Schoppiū flagellat) & Scip. Gentilem in Apuleij Apolog.

v. 23. *intentsam in oculos Ascyli manus*] Infrā; *Vern extis stridentibus plenum in oculos eius intentat.* Alibi; *Intentsam in oculos Tryphena manus.*

v. 24. *Muliebris patientia*] sic vocat extremæ molliæ arguens. Sic Claudian. Eunuchū vocat *fæminam* à molliæ, non sexu. Sic *fæmineas querelas*, quæ non deceat virū, Statius dixit, & similia, quæ congestis Barth. ad Claudian. n. 1478. Petron. infrā;

Quæq; virum querunt. ———

v. 25. *Cuius ne spiritus purus est*] propter fellationē scilicet. ita intellego quod infrā de cynædo ait; *basis olidifimis inquinauit.* hinc fellatores dicuntur homines *mala lingua*, id est, foetidæ & malè olentis, Martiali & Minutio. *Spiritus* & *anima* pro oris habitu & odore. Plautus Mercat. *Iam plenus atatis, animæque foetida senex hircosus.* Tertullian. de Spectac. *Harenarios illos amantissimos,*
quibus

quibus viles animas fœmina, aut ipsa etiam corpora subster-
nunt. Flagitium ipsum (purcidiū & immemorabile qui-
dem, expresse tamen Arnobius lib. 2. *Nihil pati renuentes,*
ad oris stuprum parata. Et eius discipulus Lactantius lib.
6. cap. 23. *Quorum teterrima libido & execrabilis furor ne*
capiti quidem parcit. vid. V. Vouvverij Not. ad Minutium,
Elmenhorst. ad Arnobium, Ramirez Hypomnem. ad
Martia lib. 2. epigramm. 61. num. 6.

v. 27. *longè maiore risu clamavit*] leg. *nisu*, hoc est cona-
tu, impetu vehementiore. Gulielm. Plaut. quæst. in Epid.
cap. vlt.

v. 29. *quem de ruina arena dimisit*] *pegmata* machinæ
è ligno, quibus vsus in theatris, in quibus varia inuenta
& stupendi lusus ingeniorum crescebant in sublimes
subsistebant eadem, quin interdum chasmate & ruina
subita dehisciebant, siue tota *pegmata*, siue homines, qui
impositi, de hominibus hic Petronij locus. Significat
enim apertè, fugitium illum in arenam damnatum, &
cum fœda muliere aliqua commissum, ruina *pegmatis*
præter spem euasisse. Lips. de Amphitheatr. c. 23 leg. tra-
iectis voculis, *de arena ruina dim.* *Pegmatis* impositi si
forte præcipitati essent, & incolumes euasisent tamen,
vitam cum libertate quodam populi fauore dono quasi
acceperint. talem Eucolpium hunc fuisse ait Ascyltus.
Schopp. Verisim. lib. 1. c. 16. Vide tamen Scalig. ad Mani-
lium, & quæ infra adscribimus ad illa verba; Ergo me non
ruina terra potuit hauriri?

v. 30. *nocturne percussor*] Alibi Petron. *Notauit me mi-*
les, siue ille planus fuit, siue nocturnus grassator. Plin. paneg.
Traian. *Vidimus delatorum iudicium quasi grassatorum,*
quasi latronum. Phocas in vita Virgilij; --- *Quem mox*
armabat in umbris Grassari solitum --- *Grassatores sunt*
λωποδύται. sic optime explicat Glossarius; *λωποδύτης, gras-*
sator. λωποδυσία, grassatio, grassatura. Fr. Lindenbrog.
Not. in Catalog.

v. 31. *cum pura muliere*] immuni à morbo Lesbio, qui
deinde Campanus, postea Hispanus, tum Neapolitanus,
nunc Gallicus dicitur, *Frankosén.* Petro Herpo Monacho
Dominicano in Chronico Francofurtens. *malfran?osa.*
Goldastus. Imò *pura* mulierem vocat quam ipse non
irrumasset. Ramirez ad Martia. libro 2. epigrammat.
61. num. 6.

v. 32. *in vinidaria*] pro præte distinctis florum & arbo-
rum

rum coloribus variegato *Lustgarten*, *Columellæ* quoq.; Plinio, Spartiano & Capitolino. Barthius ad Musæum nu. 60. *Viridaria*, quæ & *viridiaria*, & *viridia*, ἀλση, loca graminibus arbutisq; confita. Briffon. de verb. signif. lib. 19. Gothofred. ad l. 26. in princ. D. de instr. & ad l. 79. §. ult. D. de V. S.

v. 34. *subduxisti te à præceptoris colloquio*] vt Pistoclerus apud Plautum *Bacchid.* act. 1. sc. 2. quam videsis, quia opido ad hunc Petronij locum facit illustrandum.

Pag. 47. v. 1. (*um fame morerer*) hinc prouerbialis locutio, pro pane rogare aliquam, id est, de stupro compellare, apud Bebelium in Facetiis.

vers. 2. *vitrea fracta*] ita lepidè & vrbane legitur. Res nihili friuolæque, & nugæ, perquam scite à veteribus dictæ sunt, *vitrea fracta*: & adhuc hodie moris est Gal- lis, de neglectis dicere, *Non darem vitreum fractum*. Martial.

— *sulphurata fractis permutat vitreis.*

Turneb. *Aduersar.* lib. 19. c. 6. Gilbert. Cognatus in *Adagior. rum.* 77, Raderus Martial. libro 1. epigr. 35. & lib. 10. epigr. 3.

v. 4. *qui, vt foris cœnares, poetam laudasti*] corrogabant Romani auditores, & impensis cœnarum suffragia illorum redimebant, quod & in caufidicis notat Iuuenal. *Satyr.* 13. Vide Casaubon. *Comment.* in Persij *Satyr.* 1. De Poëtarum recitationibus, auditoribus & acclamationibus, de recitationum origine, vsu, & consuetudine tam apud Græcos quam Romanos fusiſſimè ad hunc locum differtat Raderus *Comment.* in Martial. lib. 10. epigr. 60. quem vide.

v. 7. *Rursus in memoriam reuocatus iniuria*] Iustinus lib. 7. *Renocatus in memoriam oraculi.* Idem lib. 1. *In memoriam somnij responsiq; reuocatur.*

v. 8. *intelligo nobis conuenire non posse*] Modest. tit. pro Socio; *Dissoci. mur renunciatione.* Huius formula hic apud Petronium & Apuleium Mileſiar. lib. 10. *Si tibi societas ista displicet, possumus omnia quidem cætera fratres manere, ab isto tamen nexu communionis discedere.* Sic amicitia renuntiabatur, & inimicitia denunciabantur. Durantius Var. l. 6. lib. 2. cap. 11. Lipsius ad Taciti *Annal.* lib. 2. Vide *infr.* ad illud; *Res tuas oculis tolle.*

v. 9. *nobis conuenire*] *Infr.* vide quàm non conueniat his moribus. Et *inferiùs*; *Si perirem, conueniret inimicis.* Sic

K k

Mar

Martialis dixit; *Mirror, non bene convenire vobis.* Rader. ad Mart. l. 8. epig. 35.

v. 11. *privatis questib. temptemus expellere*] *privatis*, id est, seorsis, singuli suis, quod veteres dicebant *privis*, ut docet Festus. Papias; *Privus, privatus, vel proprius. Privatim, proprie, singulatim, ad verb. discretivum.* Cic. 3. de finib. *Verbis in dicendo quasi privatis utuntur & suis.*

v. 13. *aliquid aliud promittam*] qui professores sunt artium, *promittere* dicuntur: id est, aliquam aliam artem pollicebor. Turneb. Aduersar. lib. 19. cap. 6. imò, profitebor, ne, si & ipse literas doceam, lucro tuo obsum atque officiam.

vers. 14. *collident*] id est, committent inter nos. Vide Douzam.

v. 15. *rumoribus different*] ut venti nubes. Pflugius. Orasius lib. 3. c. 1. *Differt ut proditorem.* Bongarsius Not. in Iustinum lib. 6 ante Pithœum.

vers. 24. *veterem cum Gytone meo rationem*] Infrà idem Encolpius *vetustissimam consuetudinem*: & alibi: *veteris amicitia nomen*, Gnithonis sui familiaritatem appellat.

v. 25. *rationem deducere*] quod Plutarchus in Agefilao dixit, *ἐκκαθάραι καὶ διαλῶσαι τὰς ἀμφιλογίας.* VVouv. in Polymath. cap. 6.

v. 27. *bona fide*] i. e. sine fraude.

v. 28. *alligo artissimis amplexibus*] Apul. lib. 2. *Artissimam amplexus capi sanari, &c.* in Priapeis;

Prendam te ramentem, & teneboprensam,

Totamq; hanc sine fraude, quantacumq; est,

Tormento citharamq; tensiorem,

Ad costam tibi septimam recondam.

v. 29. *frorq; votis usque ad invidiam falicibus*] Hesychius illustrius; *ὅπως αὐτοῖς χροῖτο αἰὲν ναιέσσης.* Propert. lib. 2.

—— *Fruar, ô, solus amore meo.*

Lucretius lib. 4.

Denique cum membris conlatis flore fruuntur

Ætatis——

Barth. ad Claudian. num. 1548.

Sic infrà in lusu cum Circe; *Totoq; corpore in amplexum eius immissus, non precantis usque ad satietatē osculis fror.* Consumilis est Eumolpi nequitia cum discipulo; in unum omnia vota coniuncti.

v. 30. *nondum omnia erant facta*] prouerbialis locutio.
 sic infra; *Quid ita omnia fecisti, ut, quos tuebaris, absconderes.* exempla plurima collegit Barthius in Ceir. Virgil.
 num. 188.

v. 33. *(um fratre ludentem]* σὺν ἀδελφῷ. Quo significatu & infra dicit; *lufumq; puerilem libidinea speculabatur diligentia.* i.e. congressum, & *Κωνσταν* Gnythionis cū Panoychide. Gallienus Imp. in Epithalamio;

*Ite, agite, o iuuenes: pariter sudate medullis
 Omnibus inter vos, non murmura vestra columba,
 Brachia non hedera, non vincant oscula concha:
 Ludite, sed vigiles nolite extinguere lychnos, &c.*

Maximianus Etruscus Eleg. 4. de amica ad Venerem invitante amatorem;

*Quin potius placito noli, inquit, parcere ludo;
 'Parcite tristitias & renouate iocos.*

Sic accipe in Sardanapali epitaphio;

Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas.

Et in illo Monastico versu barbaro, quem referunt Gardinerus & Neander in Prouerbiis antiquis;

Ludere cum sibi res est pergrata puellis.

Vetus Interpres Bibliorum pro eo dixit iocari. Genes. 26. v. 8. de Isaac; *Prospiciens Abimelech Rex Palestinorum per fenestram, vidit cum iocantem cum Rebecca uxore sua.* Et accersito eo ait; *Per spicuum est, quod uxor tua sit: cur mentitus es eam sororem tuam esse?*

Pag. 48. v. 1. *vesticontubernium]* verbo iuncto de iis, qui sub eadem veste cubant. Torn. Aduers. l. 19. c. 6. aut etiam super eadem veste. Ouidius;

Veste subiniecta dulce peregit opus.

Goldast. In Peruigilio Veneris, quod à nobili ac docto adolescente Hieronymo Grollotio Lissæ integrū aliubi in Gallia extare comperi;

Nemo tentu mentulu det, nemo, nervis otium

Ecce passeres, salaces, ecce ranci iuvenes

Hac super virente myrto nos amoris admonent

Cum puella dulce iuue vesticontubernium.

Hoc quid sit, explicat Epigrammatarius Græcus;

Ἡδὺ δὲ καὶ ἰσχυρὸν καὶ ἐν μίᾳ τῷ φιλέειν

Καὶ αἶψα. —

Donfa F. Comment. in Peruigil. Veneris Catulli Urbicarij.

v. 4. *non perfunctorie]* accuratè, non obiter.

K k 2

v. 5.

v.5. *adiectis etiam petulantibus dictu*] de quibus consule Cuiacium Obseruat. l.8. c.7. & l.13. c.3. Contium ad L. *si duri*, §. vlt. D. de iureiur. & Gothofredum ad L.16. C. ex ex quib. caus. infam. irrogat. Inter cædendum enim præco-pænae causam dicere solebat: quem morem obseruauit Ascyllus.

ibid. *diuidere cum fratre nolito*] Latet spurcicies, inquit Douza, sed Ciceronis verba ab eo adducta prorsus aliter interpretatur Scaliger, cuius vide Castigation. in Catull. Leg. *diuidere fratrem voluisti*? spectat ad id, quod præcessit, ob iniuriam Ascylli communes cum eo sarcinulas partiri voluisse. Itaque hoc erat, inquit, quod diuidere tu volebas? *Diuidere* autem, quod Laberi. *cadere hillas*, in Palmer. in Spicileg.

v.7. *Veniebamus in forum deficiente iam die*] puto rerum furtiuarum forum intellegi, quæ in Saburra, deficiente iam die, venales proponerentur. Horat. libro 1. Sat.

Fallacem circum, vespertinumq; pererro

Sape formam——

quod interpretes de Saburra maiore accipiunt, in qua vesperi furtiux res venundabantur. hinc Plaut. *vesperi suo vivere*, pro furtis suis vitam sibi parare. ea de causa Propert. *vigilacem Saburram dixit*. Durantius Var. l. c. 1.1. cap. 5.

v.10. *quarum fidem male ambulantiem*] Leg. *quarum firrem*. Meursius Animad. misc. l.4. c.6.

v.14. *in quodam angulo*] v. edit. *in remoto angulo*. quod omnino displicet, si alius scripti codicis auctoritate confirmetur.

ibid. *laciniam extremam*] *lacinia*, ora siue extimum vestis aut panni, *extremus* & Cuiat. Obseruat. l.12. c.24. Quæ fortè an in hoc pallio ex auro vel purpura, *seydin oder gueldin pafament Porten*. nam infra vocatur *pretiosissima vestis*. Heluetij vocant *plegam*, quam Latini *laciniam*, à verbo (vt opinor) *belegen*. Ergo *concutere laciniam*, est concutiendo puluerem detergere, atque æruginè discussa splendorem induere.

v.15. *si quem fortè emptorem splendida vestu*] al. *splendor vestu*, quod magis arridet, & sensus exigit.

v.17. *familiaris oculis meo*] i. e. quem vidisse aliàs videbar mihi, quique oculis meis haud tunc ignorabilis obiciiebatur. Infra, *Vox penè auribus meis familiaris*, h. e. non ignota.

ignota. Nam ibidem mox sequitur; *notissima voce.* & post-
ibis; *familiari sono.* Ergo *familiaris* hoc loco est *γνῶμεν*,
nec audimus Scal. geri emendationem.

v. 9. *Diligentiùs considerare pallium*] *Considerare* dici-
tur pro diligentiùs aspicere. Schopp. Explanat. in E-
pidic. a. 5. sc. 1.

v. 20. *innicem iniecit contemplationem*] *innicem* hîc dici-
tur pro, ex altera parte. Vaut. eodem modo verbo *visi-*
sim utitur. Idem in *Mostellar.* a. 5. sc. 2. Petronius iterum;
Spēta innicem quod me spectare voluisti.

v. 28. *prîus tamquam emptor propius accessit*] simile quid
apud Martialem legere memini.

v. ult. *depositum*] tunicam, quam apud Encolpium de-
posuerat. vnde nata erat suspicio, quæ sequitur.

Pag 49. v. 3. *de quo queribar*] *queri* verbum iuris est pro
agere, accusare. vnde *querela*, pro actione, accusatione. In-
frâ: *postero die iudex querelam inspiceret.* Et mox; & *libera-*
tos querela insit pallium deponere. Est autem *queri*, quod
Gallis *complaigndre.* vnde *complaignant* & *complaignte*, pro
actore & actione.

v. 10. *iure civili*] atqui tribuuntur] *interdicta* iuri Præ-
torio. Sed Petron. ius civile pro Prætoris Ordinatio
iure vsurpat, vt M. Tullius pro Cæcinnâ. Cuiac. Obseru.
l. 5. cap. 17.

v. 11. *ad interdictum veniret*] bene, Latine etiam, pro in-
iur ad Prætozem. Turneb. Aduers. l. 19. c. 6.

vers. 13. *Quid faciant leges*] in avaritiam & pecuniæ
studium. Scalig. in Catalect. Gualtherus Alexandreid.
lib. 1.

*Munus enim à norma recti distorquet acumen
Iudicis, & tetra inuoluit caligine mentem.*

Item.

*Pestis avaritiæ, quæ sola incarcerat omnes
Virtutum species, spreto moderamine iuris
Curritur in facinus, nec leges curia curat,
Ligatur iustus, absoluit curia mendax
Iniustos, &c. ———*

Et lib. 7.

—— *Censor iniquus
Avertit surdas à causa pauperis aures,
Et fouet iniustam corruptus munere causam.*

Iacob. Magni Sopholog. lib. 5. cap. 3. Porro principium
huius epigrammatis petiitum est ex imitatione Virgilij

in princ. Geog. *Quid faciat latas segetes, &c.*

v. 15. *Ipsi qui Cynica*] versus est in primis elegans, quo quidem eos significari puto. qui miserè viuunt, ut siliquis & leguminibus, quique vilissimis cibariis se tolerant atque sustentant. nam talis erat Cynicorum Philosophorum victus, quod è Luciano in Dialog. mortuorum intellegi potest. Turneb. *Aduers.* lib. 1. c. 15. Hinc *Cynice vivere* in prouerbum abiit de iis, qui miserè victitant. Gilbert. *Cognatus* in *Adagior. sylloge.*

v. 17. *Ergo iudicium*] Corrupta Romanorum iudicia taxat, ut & Martialis hoc versu:

Et index petit, & petit patronus, &c.

Raderus ad Martial. lib. 2. epigr. 1. notat iudices leues & iniquos qui non iudicant ex præscripto iuris & legum, sed corrupti muneribus iudiciorum religionem, quasi mercem, vendunt: de quibus etiam Varro in Sexages. Auson. *Popma* in *Coniectan.* Vide Salisberiensem de Nug. Curial. lib. 5. cap. 16. & Iac. Magnum Sopholog. *Isbr.* 8. cap. 1. *Non possum neque debeat silentio praterire audita-tem ingluuiemq, quorundam leguleiorum, quo intra venditant, quo pauperes opprimunt, inopi causam derelinquunt, cum iudice corrupto clam coniurant, & palam consentiunt, apud egentes & nil arri habentes se mutos reddunt, occupatos se clamant, collum fuscis obstringunt, morbum Demosthenis fingentes, aduersus hanc corruptelam Petronius cecinit Arbitr. Amore iustitia nequaquam excitantur ad operam, sed talpsu segniores virtutis vexillum ut desertores fugiunt. Vbi autem lucrum apparuerit, splendor auri dolosusq, nummus refulserit, ubi sapor vini & preciosi munerum adorna-rium fores pulsarit, non solum codices & chartas, sed & pedes, manus, os, linguam, totamq, corporis substantiam promittunt, &c.* Iacobus Locher Philomusus præfat. in *Vdalrici Tengleri Speculum Laicorum, (Layenspiegel)* vernacula lingua confectum.

v. 18. *Atque eques in causa*] *Causa est dinas igior*, locus, in quo iudices sedent ac ius dicunt, quem *ἀδείον* dici Suidas annotauit. Hinc fortè capiendus Xenophon *Hel-len.* 2. *ἐξ ἀδείων δὲν δὲ οἱ ἰσχυροὶ ἐν τῷ ἀδείῳ.*

Ibid. qui sedet empta probat] id, ut alia huius scriptoris, mutuauit Cyprianus epist. ad Donat. *Index? sed sententiam vendit. qui sedet crimina vindicaturus, admittit.* I S. Pontan. *Anale&* lib. 2. c. 17.

v. 23. *parvo arcu recuperare*] apud Iac. Magni Sopholog.

l.5.c.3. legitur; *Tutius est paruo are rem perditam recuperare, quam ius ambigua præbere liti.* Videndus Iuretus in Symmach. l.7. epist. 129.

v.25. *præter unum dipondium, scilicet, lupinosq;*] in antiquis culis, unum despondendum scilicet: sed tamen non minus falsa est ista scriptura, quam lupinaria moneta ac si coniecturæ conceditur ventia, legendum crediderim, *unū dipondium scilicet lupinosq;*. Lupinos autem ex Horatio Plautoque alibi docuimus veros assimilare nummos, id quod & hic locus confirmat. Turneb. Aduers. l. 19 cap. 7. *Dipondium* à vilitate, quod penderet drachmas duas, ita per contemptum *Dupondy* appellati, primo anno noui auditores iuris, Hieronym. *Qui te oro dupondy supputabit?* Seneca epist. *dupondio satur, id est, exiguu sumptu.* Cuiat. obseruat l. 12. c. 40.

v.26. *mercari*] nota proprietatem huius verbi, pro negotiari vel lucri causa merces emere, quæ deinde carius distrahantur.

v.31. *mulier aperto capite*] omnino leg. *aperto*, ut infra, *Mulier autem erat aperto capite, illa scilicet, quæ paulo antè cum rustico steterat.* Fœminas in publico opertas fuisse dixi supra.

v.33. *iniecit utramque lacinia manum*] *Inijcere manum* proprio antiquo verbo iuris est, quoties nulla iudicis expectata auctoritate rem nobis debitam, aut etiam nostram vindicamus; quod Tertullianus dixit, *manu iniecta detinere.* Andr. Hoyus in Prouerbial Tertulliani formulis, cap. 123.

v. ult. *ne videremur nihil agere*] sæpe in nihili vocabulo antiquorum lusum fecit ingeniositas. Vetus est; *Nihil agendo homines malè agere discunt.* Terentius; *Valde occupatus in nihil agendo.* Arnob. lib. 6. *Uni tantummodo exauditi abeant soli, nihil egerint ceteri.* Auson. *Vt, quum agi nihil, hæc legas; & ne nihil agas, defendas.* Quæ omnia in speciem tantum nihil illud præferunt, cum & is, qui otiosus sit, nō possit nihil agere, nec qui irritis conatibus orauit, nō orauit minus, nec qui legit, quod friuolum est, minus legit. Barth. ad Claudian. n. 1390. Idem tamen alibi notauit, *nihil agere*, Petronio vsurpari pro affluentia otij, Ablegmin. Critic. l. 2. c. 8.

Pag. 50. v. 2. *eadem inuidia*] sic statim; *nostram, scilicet de more, ridebant inuidiam.* Inuidia plerumque apud Petronium est, virulenta quædam publici priuatiq; odij

concitatio. Sic Tacit. lib. 4. *Annal. Profusis diu ac per silentium lacrymis, mox inuidiam & preces: orditur.* Pichena Not. ad Tacit. 3. *Annal. num. 62. Familiaris hæc Petronio phrasis. Quintil. declam. 279. Non vociferatione saltem inuidiam facere apud populum conatus est. vociferari dixit, quod Petron. proclamari. Sauaro Not. ad Sidon. l. 1. epist. 7. Inf. 2; Amolitur Ascyrtos inuidiam, & se verò nihil aliud quam fugisuum suum dixit querere, &c. Et infernis; Inundatur hac Eumolpus inuidia, iurat per deos deasq; se neque scire quid acciderit, &c.*

v. 7. quod pro illa parte vindicabāt] quod, id est, eò quòd ideo quòd, propterea quòd est particula Comica Plauto ac Terentio familiaris.

v. 9. *pannuceam*] vide Pet. Perrenonium Animaduers. & var. lect. l. 1. c. 13.

v. 10. *penè risum discussit*] Iungermannus leg. bene risum, optimè.

v. 11. *Videamus, inquit, suam cuiq; rem*] Idem censet leg. videmus. quod & ipsum comprobo.

v. 15. *aduocati tamen iam penè nocturni*] leg. bene nocturni, id est, qui iam serò & multam in noctem ambulant. est enim *nocturni* hæc particula. Schopp. Verisim. l. 1. cap. 16. Nocturnos pro furibus dixit, quòd & noctu grassantur fures, & atrociores fures nocturni habentur. id de aduocatis dicit, qui vestes auertere conabantur. Hoc autem eò est lepidius & vrbanius, quòd iam aduersperaue- rat, vt ambiguitatis sensus duplici gratia augeat. & aduocatorum nocturnorum & nocturnorum furum. Turnebus Aduersar. l. 1. cap. 7. Vide Scaligeri Castigation. ad Catull.

v. 18. *querelam inspiceret*] id est, cognosceret.

v. 19. *controuersia esse*] leg. ex Memmij cod. in controuersiam esse, pereleganter Ciceronisque modo, pro controuersum esse & litigiosum. Turneb. Aduersar. lib. 19. cap. 7.

v. 21. *iam sequestri placebant*] vide L. *sequester* 109. D. de verb. sign. & iuris interpretes. Est hoc elegans exemplum sequestrationis conuentionalis, de qua in L. *si soluturus*, 39 D. de solut. l. interesse, 39. D. de acquirend. vel amitten. possell.

v. 22. *placebant*] sc. rustico & mulieri ex vna: postea sequitur, *idem plane & nos volebamus*, hoc est, & nobis quoque sequestri placebant, ex altera parte.

ibid.

ibid. ex concionibus] ex hominibus, qui ad concionem & turbam confluerant. Paulò antè; Conciones quæ ad clamorem confluerant. Et paulò infrà; Ridere acumen non minus concionum, quàm calumniantium capimus. Ad eum modum, quæ seruitia, ministeria, officia, virtutes & sexcenta tanta; pro seruis, ministris, officiosis, virtuosis, ab aliis frequentantur.

vers. 24. solebat aliquando & causas agere] al. ad causas: per contemptum. nam agere ad causas minus est quam agere causas.

v. 27. vultu inter pradones strangularetur] id est, abderetur & recondideretur, sicut strangulare diuitias in arca apud Statium 2. Sylvar. est perpetuo clausas seruare. Schopp. verisim libr. 1. c. 16. vide Bernartij Comment. in Stati. ad d. libro 2. in Surrentino Pollij. Excusa namque lectio optima est. nec adsequor, quid velit sua emendatione Scaliger. Iungermannus.

v. 28. metu criminis] id est, propter commissum crimen vel pœnam criminis Sic crimen pro pœna dixit Iustinianus Imp. in Const. de confirmat. Digest. §. 19 nisi temerator velit falsitatis crimini subiectus, &c. quod §. 22. eandem pœnam falsitatis constituimus, &c. Est verò Græcorum κῆρυξ quod ἀντὶ τοῦ κρυάειναι siue τὸν poni, obseruauit Goldästus.

v. 29. non veniremus ad constitutum] id est, vt vadimonium deferemus. P. Pithæus Subsec. siue Aduersar. l. 1. cap. 8. Constitutum, pro conflictu aut litigatione forensi, Tertulliano constitutio, de Præscript. aduersus Hæret ubi causam reddit cur cur hæreticis non sit disputandum; Hoc de consilio diffidentia, aut de studio aliter inuenda constitutionu induxerim, nisi ratio constiterit, in primis illa, quod fides nostra obsequium Apostolo debeat prohibenti quæstiones inire, Hæreticum post unam correptionem conuenire, non post disputationem Petronius infrà, Facio inducias vobiscum, & à constituta lite dimitto.

v. 32. centonem exhibendum] vide tit. Digest. ad exhibendum.

v. 34. iussit pallium deponere] id est, sequestrare. vide tit. D. Depositi, & contra.

v. ult. & recuperato] Putschius leg. Ergo recuperato.

Pag. 51. v. 6. Nolo quod cupi.] quomodo pariundum sit. Scalig in Catalect. vide Iac Magni Sopholog. libr. 5. c. 5. Barth. ad Claudian. n. 870.

vers. 7. *uictoria parata*] facilis & parabilis, Barthius ad Claudianum Commentar. n. 2339.

v. 9. *Gironis*] Scalig. legit, *Gnythonis*. Sanè, Lexicographi habent, Γυθίστον, Διογύστον. lungerm.

vers. 11. *exsonuit*] Infrà, *Omnia nimio visu exsonnerat*. Et alibi; *Exsonat cantibus totum nauigium*. *exsonuit*, ἐξήχνησε, vel ἐξήχησεν, quo verbo in eadem notione Chrysostomum uti animaduertit Car. Perrotus in suis ad eum Annotationibus.

vers. 13. *Dum loquimur*] Infrà; *Disso citius nervi paruerunt imperio*. quo pacto & Apuleius amat loqui, vel *cum disso*. Alibi Petron. *Dum loqueris, lenis pruina dilabitur*. Sic Marci cap. 1. v. 42. de Iesu leprosum sanante; *Ait illi; Volo, mundare. Et cum dixisset, statim discessit ab eo lepra*: hoc est, ut alibi loquitur Petronius, statim ab extrema parte verbi discessit, &c. Vide quæ notamus ad illud infrà; *Ab hac voce*.

ibid. *sera sua sponte delapsa cecidit*] sic videntur antiquorum seræ fores occlusisse, ut exemptiles essent, & quoties fores referarentur, seræ remouerentur, liberarentque è catena pendentes: cum non ita, ut nunc, impagibus ostiorum vncis adfixæ ferreis hærent. Quid. 1. Amor. eleg. 6. *Excute poste seram*. Hoc eo admonendum duxi, ne iuuenes, cum legerent, mirarentur & obstupescerent attoniti, cum ad veteris non ad huius temporis consuetudinem & memoriam ista reuocanda sint. Turneb. Aduers. l. 19. c. 7. Mihi Petronius videtur notare. sagam istam sacerdotem, quæ magico artificio & incantamento seram remouerint. Ergo venefica fuit Quartilla, & ad conciliandam sibi auctoritatem religionis hoc artificio vsa est. Respexisse etiam ad illud Virgilij videtur, — *sponte sua patnere fores*. Homerus Iliad. Αὐτὴ πατρὶς δὲ πύλαι μύκον ὀπαρῶ.

v. 18. *chiui vos sacram ante cryptam turbastis*] *Crypta* est costa, in qua Priapi sacra abdita. *κρυπτήν* enim est abdere & recondere. Iam verò Deorum quorundam sacra mystica erant, nec cuiquam ea fas enuntiare, sicut Horat. de Baccho libro 1. od. 18. Sic in libro Sapientie cap. 14. v. 23. *de gentili impietate*; *κρυφὰ μυστήρια ἀγνοῦσιν*. Mystica autem & arcana Priapi quoque sacra fuisse, infrà docemur. Dicit ergo ancilla, Encolpion & Ascyllon turbas ante cryptam illam sacram dedisse. *Turbastis* enim absolutè dictum, pro *turbas dedistis*, excitastis.

Schog.

Schop. Verisim. libr. 2. cap. 2. Num audiemus sententias, id est, vitrea fracta & somniorum interpretamenta? ubi etiam Germanus Interpres, cuius auctoritatem laudat est Lutherus, quem nominare profanis istis nefas.

v. 25. *assentationem*] sincerius arbitror, *assensionem*. Guilielmus Plaut. quæst. in Epid. cap. vlt. imò *assentationem* dixit pro assentione. Sic *assentari* pro assentiri usurpauit Plaut. Mostel. act. 1. sc. 3. ubi Schopp. contra Lambin. qui pro *assentari* apud Plaut. semper *assentiri* substituit: pessimè, ut etiam Douza ostendit. Quo verbo & Tertullian. in eo sensu utitur, & in lib. aduersus Hermogen. *assentator mali*, est qui malo consentit, ut rectè ibi adnotauit Rhenanus. Sic Anonymus, sed vetus auctor de Origine Sueuor. Huic *assentationi* quidam Anshelmus intererat, id est, consensui Procerum. Et post; Nil ei posse respondere, nisi *Principum suorum assentatione*. Ad eandem faciem statim Petron. *ostentationem doloris*, pro ostensione dixit.

v. 29. *expectauimus lacrymas*] ut in nimia consternatione oboriri solent. Barth ad Claudian. num. 2796. Leg. *aspectauimus*. Gruterus Suspicion libr. 8. c. 8. at nihil necesse esse interpolatione Gordastus docet.

v. 31. *detonuit imber*] L. *detumuit*. Similitudo est à fluminibus, quam aliter prosequitur alibi; *Inundauère pettus lacryma dolore parata*. Gruter. Suspicion. libr. 8. cap. 8. Imò tralatio est, à tempestate, quum imber sequitur tonitrua. Hieronymus Stridonens. *Et tum persecutionis detonaret procella, in villam remotiorem secessit*. Nota est fabula de Socrate, qui ab vxore rixosa perfusus; Sciebam, inquit, post tantum tonitru venturam pluuiam.

vers. 32. *manibus inter se usq, ad articulorum strepitum contritis*] Infrà; *Ut infractis manibus congemuit*. Gestus erat componentium se ad dicendum. Propert. -- *at illis Pollicibus fragiles increpère manus*.

Scalig. ad lib. 4. Propertij. Ex more veterum, qui huiusmodi signis siue crepitibus audientiam dicturi præparabant, idem iisdem, imò & nobis istud signum frequēs & in præliui ad indicandum, vocandum, aut reuocandum. Sic apud hunc nostrum infrà; *Trimalcio lautissimus homo digitos cœcepuit, ad quod signum matellam spado ludèti supposuit*. Puteanus in Genial. serm. Malim autem legere, quod in aliis est, *constrictis*. Laërtius in Socrate; *πυλάκας δὲ βραχίονες ἐν τῇ ζήτησει διαλεγόμενον κινδυνεύειν* καὶ *μαρτυρήσαντα πρὸς πλείοντι γελᾶσαι καὶ ἀφρονεῖν*.

An id est, ἀκούειν apud Hesychium? Signum autem, quo ad audiendum vocabant, non erat constrictio digitorum utriusque manus, sed duorum digitorum vnus concrepatio. Hieronym. ad Rusticum; *Duobus digitulis concrepabat, hoc signo ad audiendum discipulos prouocans.* Silentium autem & fauentia auditorum extensione manus conciliabatur. Lucas in Actis Apostol. cap. 19. vers. 33. *Alexander autem manu silentio postulato, volebat reddere rationem populo.* vbi Græcus codex; *ἡ καταστροφή τῶν χειρῶν, ἵνα ἀκούσῃ οἱ μαθηταὶ τοῦ Ἀλέξανδρου.* Ibidem cap. 26. in princip. Agrippa ad Paulum ait; *Permittitur tibi loqui pro te metipso.* Tunc Paulus extenta manu cæpit rationem reddere. Cap. 12. vers. 17. de Petro; *Annuens ei manu ut tacerent, narravit, &c.* Cap. 13. v. 16. *Surgens autem Paulus, & manu silentium indicens, ait, &c.* Cap. 21. in fin. *Rogo te permittes mihi loqui ad populum.* Et cum ille permisisset, Paulus stans in gradibus, annuit manu ad plebem, & magno silentio facto, allocutus est lingua Hebræa, dicens, &c. Adde Fr. Roguellum *Indice des droits Royaux & Seigneux*; verbum, *Bouche.*

v. ult. vbi fabulas & antecessora latrocinia dedic.] vbi nam ista mendacia & furta didicistis, de quibus supra? Quare leg. & antecessora latroc. Antecessus pro eo qui antecessit. Schop. Verisim. libr. 2. cap. 2. Nobis legend. constat; vbi ante exercita latrocinia dedidicistis? Barthius ad Cludian. num. 2438.

ibid. latrocinia] fr. Sallust. in Iugurth. *Furtum & per latrocinia potius, quam bonis artibus ad imperia & honores nituntur.*

Pag. 51. v. 3. *tam presentibus plena est numinibus*] Mox statim; *Deorumq; consilia preferatis in publicum.* vide Den. in Dissertatione de idolo Hallensi Iusti Lipsij, pag. 50. & Goltastum in præfation. *Decretorum Imperiali. de Cultu Imaginum.*

v. 8. *Imprudentes enim, ut adhuc puto*] id est, ignorantes & insci] Insidiæ; *Accedebat ebrietas & imprudentia locorum, etiam in erdine obscura.* Et inferius; *Imprudentes noxios in nostrum inducere nauigium.* Sic alibi de Trimalcione; *Post usq; in cervicalia minutissima expresit imprudentibus risum;* id est, nobis ignaris, qui non prius videramus. Sic Terentius; *Peccatum imprudentia est.*

vers. 11. *Medicinam somno petij*] Suetonius in Vespas. *Orantes, opem valetudini demonstratâ à Serapide per quietem,*

tem, restitutum oculis si inspisset. Vide Aristophanem Pluto, atque Scholiasten & Interpretes.

v. 13. *monstrata subtilitate] forte utilitate.*

ver. 17. *iuueneri impulsu licentia]* Tacitus Annal. lib. 13. *Per iuuenilem licentiam, qua tunc passim exercebatur.* Pichena Not. n. 83.

ver. 21. *iocum risumque faciatu]* Itali dicunt, *diuentar fauola & riso del mondo*, id est, *dar dir & dar rider à tutti*, abire in ora hominum, dicit Liuius. Pflugius. vide Goldasti Not. in Basilij Ammonitiones, par. 1. Paræneticor. veter.

v. 22. *traducere velitis tot an. secreta]* id est, ne manifesta faciat secreta & in pompam palam irridenda ducatis. metaphora à damnatis ducta, qui traduci dicuntur, cum populo spectandi ignominie causa exhibentur. Ramirez ad Martial. Amphitheatr. epigram. 4. num. 1. *Infrà deceptum se & derisum, traductumque inter discipulos.* Et alibi, *Histrion scena ostentatione traductus* Matr. 1. vers. 19 de Iosepho D. Mariam virginem sibi desponsatam & de Spiritu sancto grauidam relicto; *Cum esset iustus, & nollet eam traducere, &c.* vbi adeundus Theod. B. 2. in Annotat. maioribus eruditissime de hoc verbo dissertans.

v. 23. *qua mille vix homines nouerunt]* legend. *mysta vix omnes nou.* Scaliger. verissime Interpres Iuuenal. Satyr. 6. *Sacerdotes siue mysta.* Ibidem; *Sic enim Symmista quando Osirim querunt.* Sidonius carm. 19. *Sacerdotes Bacchi vocat mystas, vbi videndus Sauaro.* *Mysta* etiam Seneca Tragædo pro sacerdote vsurpatus. Petronio sunt sacerdotes Priapi. *Secreta* autem sunt, quæ aliis *mysteria*, id est, sacra. Sic enim ipsemet interpretatur post paulo, *neque sacra quemquam vulgaturum.* Itaque rectè Leunclavius Notator. libro 1. cap. 1. pro illis verbis in L. 2. C. de summa Trinit. *Nulius hereticus ministeriorum locus, legit mysteriorum.* Et quæ Græci Christiani vocant *μυστήρια*, Latini reddiderunt, *Sacramenta.* Dicta autem *mysteria*, quod oporteat *μύησις τὸ σέβειν*: huc respexit Petronius.

v. 4. *Secundum hanc, deprecationem]* secundum, pro, post. *Infrà;* secundum hanc formulam imperamus Eumolpo. Salust. in Iugurth *Secundum ea, i. e. post ea.*

v. 28. *bonum animum habere]* Sic *infrà;* *Inbemisque bonam habere mentem.* Itali dicunt, *hauer buon animo*, id est,

Kk. 7 buona

buona speranza, confidere animo & bene sperare. Pflugius. Etiam Germani, gut Hertz, haben.

v.31. *Deus illi monstrasset]* Aesculapius scilicet.

v.32. *adiuuaturos]* pro, adiuturos.

ibid. diuinam prouidentiam] V.C. *prudentiam.* Lactant. l.2.ca.9. *Cum esset Deus ad excogitandum prudentissimus, ad faciendum solertissimus, &c.* ita V.C. vulgò, *prouidentissimus.*

v.33. *post hanc pollicitationem]* vide titu. D. de pollicitationibus.

Pag.53. v.1. *descendentes ab aure capillos]* ante aures demittebantur capilli paruuli, velut cincinni intorti ex illis capillis, qui in ima parte temporum iuxta aures adnascuntur. Hos vocabant *soboles*, à stolonibus sumpta metaphora, quos veteres solebant crispare: quemadmodum etiam hodie plerique Germaniæ & Belgiæ populi faciant. *Antius* vocant Festus, Philoxenus, & Isidorus. Auf. Popma in Varron. Ab aure pronos & pendulos capillos veteres demiserunt. Senec. Natur. quæst. l.1. c.vlt. *Coniugum manu crinû ille, quem effundere olim mos viris fuit, attrectabatur.* Quæ VVouuer. hic affert ex Varro. de mulierum cirris & senis capillis intelligenda sunt, non de virorum cincinnis ab aure pendulis. Sauaro in Sidon l.1.ep.2.

ibid. tentata manu duxit] *allenta manu traxit;* quod est, manu tenaci & hærentē, vt apud Flaccum Epod. od. 5.

Lentius adhærentes brachii.

quod est, sequacibus, inhærentibus. At ab Flacco libro 1. Satyr. 9.

Et pressare manu lentissima brachia——

valet, pigra, tarda, surda, segnia, nihil cōmota meo pressu, vt ab Ouid. epist. 1. scriptum est; *Aut ubi lentus abes—* Veteres tamen interpretes pro *lentissime*, quod erit tenacissime & pressè, audiunt, nomine aduerbij vicariò. Turneb. Aduersar. l.1. c.15. *Leg. dentata manu duxit*, i.e. in modum pectinis dentatim formata. Lipsius Antiq. l.æ. 1. cap. 8. Elegans est emendatio ista. nam pectinis & dentis metaphora est reciproca, quorum alterum de altero mutuo dicitur. Zinzerlingus Miscellan. Critic. l.2. c.14. Rader. ad Martia l.14. epig. 22. Ego verò istud, *lenta manu dixit*, quod quidam codex præferunt, aio elegantius esse ac probius, h. e. molli & blandiente, non dura,

flura, sed studiosè & suauiter composita. Auctorem dabo ipsum Petronium. Persufiſq; inguinibus, inquit, meis viridū urtica ſuſcem comprehendit, omniaq; infra umbilicum capis lenta manu cadere. Et alibi de hac ipſa Quartilla ait Eucolpius; Me quoque ad idem ſpectaculum lenta manu traxit.

verſ. 4. *adiuniſſetis de hac medicina*] Leg. *adiuniſſetis*. Scalig. Caſtigat. in Catull. Sic apud Plautum prolog. Amphitr.

Hac ut me vultu approbare, adnuere

Lucrum; ut perenne vobis ſemper ſuperet.

Merula ad Ennium ex V. C. reponit *adnuere*. vnde poſtea Schoppius exedificauit ſuum bellum illud *ac dnuere*. At vide an non multis partibus præſtabilior ſit Goldaſti noſtri emendatio, *approbare, adiunare*. Quamuis apud Petronium; pro *adiuniſſetis* malim ſcribere *adnuſſetis*, diſtante ac iubente cū ſententia loci, tum vſu ſermonis Latini.

v. 8. *legem donare, ſuperbum*] L. *Regem donare*. q. d. ſummæ eſſe ſuperbiæ Regi quid donare, & hoc dono eius ſibi amicitiam comparare velle. videtur verſus ſequens id ipſum confirmare, in quo tamen legerim. *quo poſſum q. i. v. ut dicam illud ſe ſolum amare, quod ad impetrandum facile ſit*. Schopp. Veriſim. l. 2. c. 14. qui ſi ineptiat ſuaſim facit ſcilicet. Leg. *legi damnare*, pro lege, ἀρχαῖος. Barthius in Ceir. Virgil. num. 189. vel *legem damnare*. Iungermannus. quod placet impendio.

v. 5. *Hoc amo, quod poſſum qualibet ire via*] Leg. *aqualiter ire via*. vel *commodius, utralibet ire via*. Piccartus Pericul. Crit. c. 17. Aliter quàm bene. Marq. Freherus putat id dici ex formula manumiſſionis. *Liber eſto atquo abito, quò voles, de qua Cuiac. Obſeruat. l. 14. ca. 27. ut innuat ſcilicet ſe liberam eſſe*. Sic infra; *Patimini liberos homines ire ſine iniuria, quò deſtinant*.

v. 10. *Nam ſanè & ſapiens*] L. *ſanè ſapiens. Sanè ſapere*, pro, *ſaniter*, & ut homines ſani ſolent. quale illud Plauti, *Sanè ſapio & ſentio*. Schopp. Veriſim. l. 2. c. 14. Alcuinus Caroli M. Imperatoris magiſter in Grammat. *Quis ſanum ſapiens, hac eſſe tranſitoria ignorat?* Helleniſmo oratio propior, eſt & φερών. Henr. Caniſius Antiquæ lectio. tom. 5. part. 2. pag. 989.

ibid. *contemptus iurgia ſteſſit*] Bonam non interpretatur ſententiam, credo ob ſcripturæ vitium. Quod ſi, cū tempore

tempus, scribatur, nemo (vt opinor) de sensu merito queretur. Turneb. Aduersar. l. 19. c. 7. *Tempus* pro occasione. Barthius in Ceir. Virgil. num. 336. Quod quidem vt verum est, ita hic locus sanè sapit, nec vllum vitium patitur.

v. 11. Et qui non iugular] i. e. contentus vicisse, sanguine abstinet. Freherus in Cecropistromachia.

v. 19. in hoc dixerisio quemquam admitti] dictum, vt illud in LL. XII. Tab. in eo pecuniaq; eius potestas esto. pro. in eum, &c. Piccartus Pericul. Crit. c. 18. Sic infra Petron.

Ad reficiendum ignem in vicinia curri.

vers. 25. frigidior hyeme Gallica] elegans prouerbiū. Gallia enim, quæ ad Septentriones tota penè vergit, horridiorem & sæuiorem experitur hyemem. Turneb. Aduersar. l. 19. c. 7. Gilb Cognatus in Adagior. sylloge. Imò Galliam hic intellegit eam Galliarum partem, quæ tum potissima, si qua Cæsari fides, Heluetia dicta, nunc Suetia siue Suicia, regio frigidissima.

ibidem. nullum potius verbum emittere] Apollonius libro 3.

— καὶ ἀνέδρα εἰς ἀλλήλους ὁρῶντο

Αὐτὴ εἰμυχανὴ τεκατηφεῖς. — Minutius Felix;

Cum Octavius perorasset, aliquandiu nos ad silentium stupefacti, intenti vultus tenebamus. Similia apud Claudianum notauit Barthius in Animaduers. n. 2797.

v. 26. verbum emittere] fortè, emutire, vt apud Plautum.

v. 29. scilicet nos, si nil aliud virili sexus esset] Miror nō visum esse, quod subest. Leg. scilicet contra quas, si nihil aliud v. f. esset. Piccartus Pericul. Crit. c. 17.

vers. 31. Et praeincti certè alius eramus] lasciuiantes, parati ad opus, altieincti. Sic infra 5. Cinadus superuenit myrta subornatus gansapila, cinguloq; succinctus. Ibidem; Quartilla altè cincta iussit infelicibus dari missionem. Agatimidorus lib. 4. Ἐδοξε τῆς ἀναστειλάσσης πλεῖν γυναικῶν. ὅτι δὲ εἰκνύον ἀπὸ αὐτοῦ αὐτοῖον. Rigaltius Not. ad Phaedrum l. 2. sub. 36.

v. ult. Excidit omnis const. attonito] Symphosianus in Histor. Apollonij Tyrij: Excidit illi pietas. Petron. infra sub nomine Eumolpi de bello ciuili;

--- semibus quoque libera virtus exciderat---

Pig. 54. v. 2. caput obducere] Putschius leg. abducere, vt habent q. codd.

v.5. *ut debeamus torti perire*] leg. *torti abire*, id est, mori, petit, ne diu se torquere velit. Fest. *Abitionem*, antiqui dicebant mortem. Schopp. Verisim l.2.c.14. & in Arte Critica: An *torti*, i.e. in tortura? an ex v.c. qui habet *tenti*, leg. est, *lenti*, ut opponatur *tul* *celeriss*, quod precessit? Deinde apagesis, Schoppi, cum tuo *abire*, aut *abi* in malam crucem. *Perire* est mori, sed morte violenta. Docet nos Plautinus iste verius;

Qui per virtutem peritat, pot non interit.

v.6. *lodiculam in pavimento extendit*] cubilia quippe antiquorum vestibus & taperibus solum sternebantur. Multa passim exempla, quæ suo loco illustrabuntur. Barth. ad Claudianum. n. 1173.

vers. 7. *solicitaui inguina*] verbum proprium in hac incitandi ad Venerem notione. Martialis libro 6. epigram. 71.

*Tendere quæ tremulum Pelian, Hecubaq, maritum
Posset ad He. Toreos sollicitare rogos.*

Ramirez ad Martial. l. 3. epigr. 75. nu 3 Maximianus Etruscus Eleg. 4.

*Contrectare manu cæpit flagrantia membra,
Meq, etiam digitu sollicitare suis.*

v.8. *mille iam motibus*] *Mortes* capio pro mortis generibus. Et ad hunc locum respexit Salisberienfis lib. 6. de Nug. Cur. cap. 3. Et quisque mortes mille circa tempora sua errasse gloriatur. Zinzerling. Miscellan. Critic. l. 5. c. 4. Leg. *mille iam motibus*, proprio militæ Veneræ verbo. Quid. l. 2. eleg. 10.

At mihi contingat Ventræ languescere motis.

Ramirez Hypomnem ad Martial l. 3. epigr. 75. n. 3. Imò *motibus*, id est, coitibus, stragibus Veneriis. Sic infra eadem translatione vsus inquit; *Unlnerata est pars illa corporis, quæ quondam Achilles eram*, i.e. inutilis ad Venerem reddita. Martial l. 3. epigr. 75.

Sic quoque non vinit sollicitata Venus.

ibid. *frigida*] vide titulos iuris canonici de *frigidis & maleficiatis*.

v. 11. *duas institas*] *institas* dicimus segmenta, & limbos, siue sint astuti vestibus; siue non sint, ut Scribonius Largus dixit *ventrem confringendam instita bona*. Et Hieronym. *Lazarus institu victu iacuerat in sepulchro*. Cuia. Obseruat l. 12. cap. 24. Ioan. cap. 11. *Ligatus manus & pedes institu*, Irenæus Episcop. Lugdunensis l. 4. c. 49. *Exi-*

uit

mit mortuus colligatus pedes & manus infistis. Papias; Sunt parua linteola, qua morbum insoluunt.

v.12 protulit de sinu] legunt aliqui, de sura: sed malè: non enim diceret Latinissimus auctor, protulit de sura, sed, soluit. Infrà; Illa de sinu licium protulit varij coloris, filis insortum, cervicemq, vinxit meam. Multa in flauum condebant, quæ secum portare erat necesse. Ramirez ad Martial. l. 2. epig. 6. n. 4.

vers. 14. Quid ergo, inquit, non sum dignus] fort. Quid ego.

v.16 complofit manus] Suprà; Complofit deinde manibus. Infrà; Complofit illa tenerius manus. Iterum; Complofit Trimalcio manus. vbi malè aliàs, composuit. Gestus est aliquid dicturi aut orationem orsuri.

v.21. ultimò risum tenuit] ultimò, id est, tandem, denique.

v.26. acu comatoria] acus ad crines distinguendos in mundo muliebri. Coluius Notis ad Apul. 8. Metamorp. qua ornatrix vititur. Cuiac. Obseruat. l. 11. c. 16. Claudianus de Rapt. Proserp. l. 3.

Illi multiplices crinis sinuatur in orbes

Idalia diuisus acu——

Iuuenal. Emerita qua cessat acu—— id est, ab officio cosmetæ & ornatricis, quæ crines acu concinnat. Parthasius in Claudian. Vide Bernartium in Statij Syluar. l. 1. epithal. Stellæ & Violantillæ, Scalig. ad Festum, Rader. ad Martial. l. 1. 14. epig. 21.

v.27. innuocare Quiritium fidem] Cùm in extrema calamitate constituti, populi opem & auxilium implorare vellent, clamabant, Porro Quirites, cuius rei exempla protulit Turneb. in Aduersar. & Theod. Canterus var. lect. l. 1. c. 3.

v.28. penicillo quod] dicitur enim penicillius & penicillius, in utroque genere flexionis secundæ.

v.31. myrtea subornatus gausapila] Horat. Murrhaumo modo cohibere crinem Porphyrio; Colorem myrteum in crinibus hodie quoque dicunt, qui medius est inter flauum & nigrum. non autem in crinibus solùm dicebatur, sed in aliis quoque rebus. Scalig. in Catull. Myrtea dicitur de colore fructus myrtei maturi. Myrteus etiam color in equis à Palladio l. 4. c. 13. numeratur. Isidor. lib. 12. cap. 1. explicat colorem pressura in purpura. Turneb. Aduersar. l. 19. c. 7.

ibid.

ibid. *subornatus*] ornatus est instructus. Cic. *de Legib.* Homo à natura subornatus in vitam venit. Tertullian. *de Præscript. aduersus Hæret.* Ipsa denique hæreses à Philosophia subornantur.

v. 32. *gausapila*] Iungerman. legit, *gausapina*, vt apud Martialem. Putschius, *gausapa*, quod apud Priscianum reperitur. illi adstipulantur vet. q. codd. & Iacob. Gaudensis libro 3. Aerar. aurei; *Gausapina*, penula. huic ipse Petronius de Trimalcione; *inuolutus coccina gausapa*. Quoddam exemplar etiam habet *gausapia*. Priscianus lib. 4. *Antiquissimi & hic gausapes, & hæc gausapia, & hoc gausape, & plurale neutri hac gausapa, quasi a nominatio gausapum, protulisse inueniuntur.* Huguition in Dictionar. *Gausape*, p. neut. gene. mantilo, & inuenitur pro quodam genere pallij. & cum deberet regulariter facere ablatiuum in i, frequens usus habet vt faciat in e tantum: & ab isto ablatiuo fit plurale *gausapa*. nam à *gausapi*, *gausapia* deberet esse & non *gausapa*. Vide mihi imperitiam & barbariem iam illius sæculi.

ibid. *cinguloq; succinctus*] in Gestis Romanorum, quæ vocantur, cap. 60. de Rosimunda cursatrice; *Abibas ante eam, Ronam de serico proiecit. Quam cum vidisset, inclinauit se & eam leuauit, se succinxit.* Allusit Gregor. Magnus in Moral. *Succingite lumbos vestros in astitat.*

v. 33. *extortu nos clunibus*] quidam libri habent, *extectis*. puto leg. *extortu*. Putschius.

ibid. *basio olidissimu*] propter oris stuprum & fellationem. Martial. lib. 12. epigr. 59. *Hircoso premis osculo. Petron. infra de altero cinzdo; immundissimo me basio conspuit.* Dixi supra.

v. ult. *ballenatiam tenens virgam*] al. *balenatam* t. *virgam*, quæ (vt opinor) è cartilagine balenæ fit, qualia videmus calatorum Ecclesiæ commentacula, vt veteres appellabant. Turneb. l. 19. c. 7. Mos iste athletarum, & gladiatorum certamina virgis dirimendi hodieque durat. vide Sauaronem in Sidon. l. 2. ep. 2.

P. 55. v. 1. *iusit infelicibus dari missionem*] *Missio* ad viæos gladiatores pertinebat. illius effectus, vt ab imminenti periculo, & in eum diem duntaxat liberarentur. *Liuius; Gladiatores dando, modo vulneribus etiam, modo sine missione.* Hinc apud Apul. li. 2. *Fortis; Hodierna pugna non habet missionem.* idre simili. Petron. infra; *Inhibuit Triphana facinus, non dissimulata missione.* Lipsius Saturnal.

l.2.c.21. Florus l.3.c.20. de bello aduersus Spartacum feruillis motus ducem; *Et quod sub gladiatore duce oportuit, sine missione pugnatum est.*

Pag.55.v.6. *legitimo perfusos oleo refecerunt*] vnguento. nec perfundi tantum vnguentis, sed & leniri conuiuiæ solebant. vide Bezam in Annotat. ad Marc. 14. vers. 3. & Luc. c.7. Petron. infrâ; *Apud communem amicam consumpserunt pecuniam meam, à qua illos proxima nocte extraxi mero vnguentisq; perfusos.*

v.7. *Cænatoria repetimus*] Cænatoria, sunt vestes, quib. in cœna antiqui utebantur, vt & apud Martial. li. 10. epi. 87. *Cænatoria mittit aduocato.*----

Turneb. Aduers. lib. 19 cap. 7. Lips. Saturnal. lib. 1. c. 2. vestes epulares. Sauaro ad Sidon. lib. 1. epist. 11. Pomponius in L. 33. tit. 2. lib. 34. Dig. imò cænatoria, id est, *δφρυσίδας*. Rader. ad Mart. lib. 10. epig. 73.

v.8. *in proximā sellā ducti sumus*] l. cellā, Rader. loc. cit.

v.11. *gustatione mir. initiati*] *gustatio*, seu, vt Martial. *gustum*, prima pars cœnæ, quæ aliis antecœna. Turneb. Aduersar. lib. 19. ca. 7. Lipsius Antiq. le& lib. 3. Stuckius Antiquit. conuiui. lib. 3. cap. 1. Hæc erat potio in principio mensæ, quæ Apuleio *antecursoria potio*, Metamor. lib. 9. Coluius in Not.

v.13. *cum laboreremur in somnum*] *L. dum lab.* id est, vsq; dum. Schopp. Verisim. lib. 2. cap. 14. nugæ. Hoc dicit, cum lassitudine veneris & satietate cibi dormitamus, tum ad nos conuersa Quartilla inquit, &c. Scis Schoppi, & experientia doctus didicisti, quæ humanam lassitudinem & satietatem tentare somnus soleat: & quam verum sit verbum illud patrum, *Beu leerem Bauch ist nicht gut schlaffen.*

v.16. *Priapi genio peruigilium deberi*] *Peruigilium*, *παραρυξίς*. Hen. Stephanus in Thesaur. ling. Græc. Huius peruigilij magna pars desideratur. Debebatur & Veneri, quam Plautus facere, *Noctū vigilam* appellauit, triduanū: Petrus Pithœus Not. in Peruigil. Vener. Elmenhorst. Not. in Arnob. l. b. 5. Taubmānus in Plaut. Curcul. a& 2. sc. 1. Petronius Afranius in Epigr.

*Cum me suauis amor pressum sursumq; capillis
Excitat, & lacerum peruigilare iubet.*

v.19. *totam faciem eius longa fuligine perfricuit*] videatur Budæus Annotat. in Pand. & Alciatus lex Plaut. in Sublinere. De his autem iocosus in dormientes contumeliis

liis Ramirez Hypom. ad Mart. l. 3. epig. 42. n. 2.

ibid *fuligine longa*] *leg. larga.* Iungermannus. *Longus* pro multo & copioso. vt *μακρὸς ἀπὶ τῆς πολυίας*, Aristotel. in Politic. *οἱ μακρὸς ὅσας κερτιμύμει.* videndus Suidas & Etymologus. in Iuuenal. Sat. 5. -- *Multa veteris filigine teste.* Ad rem est, quod infra legitur; *Omnia lincamenta fuliginea nube confudit.*

v. 20. *non sentientis labra*] quia ebrij. Infra de Gnythone in lectum Ascyli translato; *sive non sentiente iniuriam, sive dissimulante.* Genes. 19. vers. 33. de Loti filiabus; *Dederunt patri suo bibere vinum nocte illa: & ingressa est maior, dormiuitq; cum patre, at ille non sensit, nec quando accubuit filia, nec quando surrexit.* Et statim. vers. 35. *Dederunt & illa nocte patri suo bibere vinum, ingressaq; minor filia, dormiuit cum eo, & ne tunc quidem sensit quando concubuerit, vel quando illa surrexerit.*

v. 21. *sopitionibus tinxit*] *L. sopitis titionibus*, vt *sopiti titiones* contrarij sint ardentibus & vigilantibus. Gruterus Suspic. l. 2. c. 3. vel, *sopiti titionibus.* τὸ T I, quod ter scribendum erat, bis à librario neglectum loco deprauando fuit. Humeros *sopiti* siue dormientis Ascyli ancilla carbonibus pinxit. Catullus; *Frontem tabernatitionibus scribam*, i. e. elogiorum carbonibus implebo. Schopp. Verisim. lib. 2. cap. 14. Rectè Gruterus, *sopiti titiones* sunt carbones. Ramirez Hypomnem. ad Martial. li. 3. epig. 42. num. 2.

v. 27. *Lucerna quoque humore defecta*] eadem narratio de eadem re apud Propert.

Sed neque suppletis constabat flamma lucernæ,

Decidit inq; suos mensa supina pedes.

Scaliger ad Propertium. *Humore*, id est oleo.

v. 28. *extremum lumen spargebant*] *extremum*, id est, minimum. Schopp. verisim. l. 1. c. 18.

v. 31. *diductam*] i. e. in duas partes ductam. Infra, *per ruinam improbe diductam.* Pulmannus in Horat. car. l. 3. od. 18.

v. 32. *mensa cum argento*] *mensa* est abacus, buffet, dressoir. lac. Lectius.

v. 34. *Caput fregit*] nihil est mutandum. Locutio hæc Plautina est ac elegans, Terentio quoque & aliis visitata. Marcellus de Medicam. cap. 1. *tracto capiti tela aranei ex olea, & aceto imposita non recedit, nisi sinauerit.* Petron. infra; *Nisi primo ista harundo quassata verberantis impetum*

*imperum minisset, forsitan etiam brachia mea caput quo
fegisset. Quod quid sit, explicat alibi hñce verbis; ego
sinum meum saxu onerabo, ut sanguinem tibi à capite mit-
tam. Hinc illud Plauto familiare, va capiti tuo. Ergo ca-
put frangere, est yulnerare. Habet autem prouerbij spe-
ciem, Gallis nostris non ignotam, apud quos minitan-
tes dicere solent; le te rompray la teste. Cuius originem
ex nouo orbe traxit Ioan. Lerijs Hist. nauigat. in Brasi-
lium cap. 15. vbi hunc ad modum scribit; Nonnunquam
inter colloquendum mactator, qui prestò adest, claua lignea
utraque manu in altum sublata, orbiculo extremo captiui
caput totu ferit viribus, adeo ut paucissimo sanguine effuso
altero ittu non sit opus. Hinc prouerbijs illorum, quod iam
apud Gallos nostros erat in usu, (confringam tibi caput, pro
eo quod solent altercantes milites aduersario ministrari his
verbis, Ego te confutiam. sed falsò, ut ea, quæ commemo-
rauimus, edocent.*

*Pag. 56. v. 4. secundum lectum conciderunt] secundum, id
est, iuxta Infra; secundum illam eandem casulam. Liuius;
Vulnus secundum aurem accepit. vide Priscianum.*

*vers 5. tanquam olim dormientes] olim, pro diu. Infra;
Mercenarium suum iam olim dormientem exire cum sarcini-
nis iubet.*

*v. 7. Incernis occidentibus oleum infud.] eleganter notat
Scalig. veterum superstitionem, qui ignem, velut anima-
tum quid, exstinguere, religionem ducebant, sed oleo
infuso saturitate, cum volebant, obruebant, elidebantq;
quasi spiritum flammæ. Barthius in Ceir. Virgil. nu. 344.
Adde VVeitizium Indic. in Dracontij Hexaem. Flamma
moritur, resurgit.*

*vers. 10. concrepans ara] concrepare eleganter vsurpatur
de instrumentis tinnulis. vide quæ notauit Douza.*

*v. 12. rursum Quartilla ad bibendum renouacit] rursus
videtur abundare. Giphanius in Obseruat. ling. Latinæ,
vel leg. inu:tauit, pro renouacit. Pflugius. Rursus renouacit
eleganter dictam, sicut rursus recipere, rursus repetere,
rursus rescribere, rursus reticere, & similia. Schop. Expla-
nation. in Bacchid. a. 3. sc. 3. & ante eum Casaubon. in
Sueton. Petronius antè; Rursus in memoriã renouacit
iniuria.*

*v. 14. cinadus homo omn. insulsißimus] cinadi dicti sunt
apud veteres saltatores vel pantomimi, δὲ δὲ τὸ κινεῖν τὸ
σῶμα, ut vult Nonius, vel, ut Bulengerus mauult, δὲ δὲ
τὸ*

ἐκείναι τὴν αἰδω, vel τὰ αἰδέσθαι, quod pudenda com-
mouerent, de Theatro l. i. c. 43.

ver. 18. *Huc huc conuenite*] lusus Sotadicus. Scalig. in
Catal. sic in Carm. libero Priapi;

Huc huc, quisquis es, in Dei salacis

Diueriti graue ne puta sacellum.

verf. 20. *manu procaces* Jan leg. *procace*, vt sit cum illo,
quod in fragmentis legitur;

Manu puer loquaci?

an *procaces*, vt in primo carmine libero;

Carminis incompti lusus lectura procaces.

id est, lasciuos & impudicos; an verò intellegit libidinā-
tes, id est, λισίαζοντες & masturbantes, de quibus apud
Catullum, Martialem & in Priapeis. Ioannes Antonius
Campanus epigrammate ad Graualonum mastupra-
torem;

Non damnoſa mihi grati manu ipſa placebit,

Inq, meu digitis hermaphroditus erit.

O pudicum virum? At ludit, inquis, in nequam illum
futurum. At non decebat, inquit, illum, cuius est of-
ficij, ſeueritatem in caſtigando adhibere, non riſum io-
cūmque facere. An nesciuit, quod vniuerſa Theolo-
gorum natio dicat, huiuscemodi *manu procaces* ab A-
poſtolo *molles* vocari? neque etiam quid idem illis mi-
netur? *Neque molles*, inquit, *regnum Dei poſſidebunt.* 1.
Corinth. 5. verf. 9. vbi *molles* Syrus Paraphraſtes, inter-
prete Eman. Tremellio, exponit, *corruptiores ſui ipſorum.*
Quod eodem dictum quoddam Salomonis trahere vi-
detur Sanctus Epiphanius in lib. aduerſus Valeſios, qui
ſeipſos caſtrabant, vbi inſit; *Salomon reprimens Eun-
chorum turpitudinem dicit; Beatus eunuchus qui non ope-
ratur in manu ſcelus, neque cogitat malum aduerſus Do-
minum.* Loquitur de eunuchorum titillanti laſciuia &
impudicitia apud Anaſtaſium Nicenum quaſtio. 79. in
Scripturam. Adde Vincentium Beluacenſem Episcopū
in Speculo Naturali. Et quoniam ſemel occæpi, pergā
exſequi, & aliquid addere de ciuili pœna, quod non
paucos fugere videtur, qui hoc ſugitium eleuare, quod
in ſe eſt, ſtudent. Angel. Aretinus in tract. de Maleficiis
num. 53. cenſet eum, qui propriis manibus fallit, pœna ca-
pitis afficiendum, ſuffragante etiam M. Antonio Delcio
in Miſcellan. ad L. cum vir nubit, Cod. ad L. lul. de adult.
Ioann. Gerson in tractat. de confeſſion. mollitiei ſcribit,
leges

leges publicas pœnam ignis infligere. B. quoque Bernardus Clarzualleus Abbas, cum eoque idem Gerson. sermon. in solemnitate omnium Sanctorum mittunt ad latrones ad latrones, ad ignem ad ignem. Mitius tamen cum illis agendum Iodoc. Damhouderius, magnus ille quondam maximus Cæsaris Caroli V. Consiliarius, censet, dum scribit; Primam speciem Sodomiticam committunt, quicumque secum Venereâ secretis exercent, quod crimen Apostolus mollessem vocat. Latini verò magis propriè masturbationem nominant. Hos itaque masturbatores damnant propter fœdâ enormitatem aut exilio aut alia pœna extraordinaria: in Prax. rer. criminal. c. 96. num. 5.

v. 21. *Molles*] Cinædi, qui propriè *molles*. Barth. ad Claud. n. 1485 pathici seu (vt Petronius loquitur) mulieribus patientiæ scorta. Benedictus Magister in Grammat. *Molles à mollis derivatur, quia vigorem sexus enervati corporis dedecorat, ut quasi mulier emolliatur. Arnobius lib. 5. Enirati isti mollesq.*

ibid. veteres] interpretantur exoletos, nescio quomodo hoc conveniat epithetum superioribus: *Pede tendite, &c. Femore facili. Perpende sis mecum, an locum habere non possit, teretes, id est, rotundi, cuiusmodi homines agiles, in vulgus iam notum. Horat.*

Brachia & vultus teretesq., suras

Integer laudo——

Virgil. 6. Aeneid. *teretes circumdare humeros. Mansit illud linguae nostræ. Commendaturi enim hominem viribus moribusque, etiam forma, egregium, dicere solemus, das ist cin runder Kerle. Piccartus Pericul. Crit. cap. 17.*

ibid. Deliaci manus recisi] *Deliaci* fuere mercatores, qui Delum frequentabant, ubi nobilissimus erat mercatus. Sic Cic. pro Cornelio scripsit; *Neque verò ornamenta ista villarum, quibus L. Paulum & L. Mummius, qui rebus his orbem Italiamq., omnem referferunt, ab aliquo video perspicile Deliaci aut Syro potuisse superari. Fortasse igitur ex his molles multi fuerunt: sed verius sit, illic etiam venditos fuisse eunuchos & molles Deliacorum etiam galinariorum. Columella meminit l. 8. c. 2. & Cic. in Lucullo; Antibi querendus annularius aliquis, quoniam gallinarum inuenisti Deliacum illum, qui ova cognosceret. Turneb. Advers. l. 19. c. 7. quem tacito nomine reprehendens Scaliger scribit; *Deliaci manus recisi sunt* (padones. Nam capones *Deliaci**

Deliaci manu castrantur. *Deliacus* enim pro curatore gallinarum. Plinius lib. 10. *Gallinas saginare Deliaci ca-*
perunt. ad Var. de Re rust.

v. 22. *immundissimo me basio confpuit*]

Catull.

Suavia comminxit spurca salina tua.

Et alibi;

Tamquam commincta spurca salina lupa.

Scaliger ad Catull. epig. 79.

v. 24. *recusantes*] omnino ex vet. cod. legend. *recusantes*
 [scilicet me.

vers. 25. *diu multumq;*] particulæ à Plauto mutuatæ
 Mostell.

Recordatus multum & diu cogitavi.

ibid. *frustra moluit*] *Molere*, subagitare. Horat.

Alienas permolere uxores—— Auson.

Deglubit, fellat, molitur per utramque cavernam.

Lucil. Scalig. in Auson. lect. Palmerius in Spicileg. Petronius infra; *Quid sibi vult tam furtiva mollitio*. Petrus Comestor, vulgò Magister dictus, in Hist. Scholast. ad illa libri Iudic. verbæ; *Samsonem clausum in carcere molere fecerunt*; *Malere*, inquit, *fecerunt*, quasi opere servili eum affligentes: nam *molere* est terere, sicut triticum vel aliam annonam. Hebræi tamen tradunt, quod Philistæi fecerunt eum dormire cum mulieribus robustis, ut ex eo prolem robustam susceperent: nam *molere* etiam est subagitare vel coire. & est tracta hæc significatio à prædicta, qui enim coit, quasi *molere* & terere videtur.

v. 26. *perfluebant per frontem sudantis acacia rivi.*] Si-
 don. l. 4. epist. 8.

Nam cum dignatur regina hic tingere vultus,

Candor in argentum mittitur in faciem.

vbi Sauaro in Notis. Felix Fabri Hist. Sueuor. l. cap. 9. In alijs regionibus farsina fucis utuntur, dealbant & colorant facies, &c. *Fucus* propriè est color, quo panni & lanæ inficiuntur, L. 1. C. quæ res vend. non poss. Hinc pro medicamento seu colore illo ponitur, quo facies pingitur, ut speciosior videatur. Ab Hebræis appellatur *pus*, à verbo *baphac*, quod est invertere vel immutare. Et sanè vera & elegans est etymologia; quoniam huiusmodi picturis vultus & facies vertuntur ac immutantur, cum longæ aliz appareant, quàm sint naturali constitutione. Græcè autem generali vocabulo, hæc appellantur *καλλισμομα*,
 L I quod

quod faciunt ad ornamenta & mundum muliebrem. Dicunt etiam *φάσμα*, unde Latinis *facum* deductum arbitror: non autem *δόξω* & *φάσμα*, ut quidā opinati sunt. Speciatim verò *Cerussam* vocant *ῥιμμάριον* & *ῥιμμά*, quod nos *sibium* nominamus: *Purpurissam* verò *ὑπόπιναν*, *calliblepharum*, cuius meminit Plin. li. 23. c. 4. necnon Tertul. lib. de Cultu fœmin. inde dictum, quod palpebras & supercilia venustet. Finis horum: lenociniorum est, conciliare pulchritudinem, ac faciem immutare, quo videatur ornatio, & tegantur vitia, vel inducatur melior forma, quàm à natura habetur. Colores verò præcipui sunt, aut albor, quem præbet *Cerussa*: aut rubor, qui *purpurisso* queritur: vel nigror, vsitatus ad palpebras & supercilia, quem præbet *sibium*. Pœr. Martyr. Locor. commun. tom. 1. Cl. ff. 2. loc. 11. num. 58. & seq. De *Cerussa* ergo accipendus hic Petronij locus. De *sibio* autem illa verba Cypriani serm. 5. de Lapsis: *Nigro pulvere lineamenta oculorum pingui, cum te Deus aliter fecerit*. Et fortè etiam hic Petronij locus, quoniam dicit *per frontem*. Ridiculum autem est, quod de Americanis fœminis narrat Lælius. neque enim me piget locum appingere. Faciei, inquit, hunc adhibent cultum. Accersita ad hoc ministerium socia vel vicina circulum penicillo in media gena delineat, in cochlea verò formam *facum* caruleum, flauum, rubrum tantisper circumducit, dum universam faciem colorib. illi distinxerit ac variarit. quin etiam palpebrarum ac superciliorum locum (quod fœminas parum pudicas in Gallia *factitare* audio) penicillo oblinis.

v. 27. *tantum erat creta*] utilem esse ad hoc *cretam* docent etiam alij, quod fieri solebat & *tomento*, ut est apud Martial. lib. 3. epig. 42. *Tomento rugas uteri*, &c. Ramirez in Hypomnemat.

v. 28. *detectum parietem nimbo laborare*] perflui testorimato. Plaut. Mostel. act. 1. sc. 2.

Venit imber, lavit parietes, perpluunt
tigna——

Salomon Ecclesiast. 10. c. 17.

In infirmitate manuum perstillabit domus.

v. 31. *cinadam Embasciatam vocari*] *ἐμβασιατὴν*, idem quod *ἐμβασιατὴν*. unde *ἐμβασιατὴς*, incubus, quod nomen cinædo huic, & in eo locus, quod promisso incubo representetur cinædus, cui id nominis, sicut in Capo scissore infra. Nam cinædi sanè alij ab incubis los. Mercerus

Not.

Not. ad Aristenæum, libro 2. ep. 22. ἐμβαστικῶς, aut ἐμβαστικῶς, à verbo βῆσαι, pro quo Latini perambulare. Catul. Perambulabis omnium cubilia. Scalig. ad Catulum Athenæus libro 11. ἐμβαστικῶς, τὸ καλεῖσθαι πορνείαν ἐμβαστικῶς ἄνθρωποι καλεῖσθαι φιλήμον. Eustathius legit, ἐμβαστικῶς, quod sum miratus. nam & membrana & excerpta; & hoc loco Petronius ἐμβαστικῶς tuentur; Casaubon. Animaduers. libro 11. cap. 5. ἐμβαστικῶς dicitur, quod faciat ἐμβαστικῶς εἰς τὰς κοίτας, & ad libidinis concitamentum adhibetur. Ianus Kottericius. Dicitur ut ἀσυνκοίτης. Ioann. Leri. Hist. nauigat. in Basiliam, cap. 17. de Americis; Memini eos nonnunquam inter rixandum, conuiuium hoc, Ἰννιρε, hoc est, ἀσυνκοίτης, μυτὸν sibi obijcere solitos, ex quo conijcere est, flagitium illud apud eos locum habere.

Pag. 57. v. 5. Ab hac voce equum cin. mutauit] Infra; Statim ab extrema parte verbi consurrexit. vide quæ supra notauimus ad illud, Dum loquimur.

ibid. equum cinadus mutauit] obscœnitas summa à solentibus auctoribus, equus adsimilatur. Martialis;

Heitōreo quoties sedeat uxor equo.

Hinc, inequitare obscœnum Arnobio. & multa talia ab equis ad res Veneris tralata apud Barthium Animad. in Claudian. n. 3119.

v. 7. Stabat inter hac Gyton] leg. iuncta & una voce, inter hac, sicut interea pro interim, post hac, post illa, propter ea, &c.

v. 14. pertrahato vasculo tam rudi] Leg. & protrahato vasculo; Tam rude hoc, inquit, belle. Vasculum, ea pars, quæ inter res seriâs nominari non debet. Plaut. Pœnul.

Facio quod manifesti mœchi hand solent.

Refero vasa salua.

Lipius Antiq. lect. lib. 1. Græcorum imitatio: nam apud medicos ea pars οὐκ ἐστὶν. Scalig. ad Priap. Leg. rude hac, inquit, belli eras in prom. Rudi lanistarum ac gladiatorum est, quæ illi gladiatorum vicem ad pugnam exercebantur. ergo vasculum illud; rudem vocat, quæ in primo coitu, libido cœu pugna irritaretur. Palmer, in Spicileg. protrahato vasculo, Hoc tam rude, inquit. Ludis in promulgidis voce nimium arguere Scotillum, quæ protrahato peculio pueri Gytonis, significat illum pueri peniculum paruum quasi anteludium sibi fore ad robustam libidinem concitandam. Scukius Antiquitat. conuiuiat. lib. 3. c. 1.

v.16. in promulsi de libidine nostra militabit] significat pueri vaticulum minutum, quasi in antecenam sibi fore, ad libidinem. robustam concitandam. Promulsi autem antecena, ideo quod daretur affre nullum. Lipsius Anniq lect lib. 3. Seukius Anniq. copulial lib. 3. cap. 2. Rosinus Antiquitat. Romanar. libro 5. cap. 29. Similitudine Andreas Hierosolymitanus sermon. eis 7. *Διαφορὰ μὲν ἐστὶν ἐν ἀπολογίᾳ, quia ἡ ἀρετὴ ἀπολογία ἐστὶν.*

v.17. post asellum diaria non sumo] vide Palmerium in Spicilegio. Aselli enim bene peculiari. Rugaltius ad Phaedrum fab. 29. Diaria diurna cibaria. Hadr. Iunius in Nomenclat. Isidorus Gloss. Diaria cibis unius diei, quorum dimensa feruis & ancillabus assignabantur, prout se fidos prestabant. Beza in Marth. c. 24. v. 51. locus ergo est in ambiguitate verbi asellus. Glossæ vet. d. *ἐν τῷ ἀσέλλῳ, asellus & in deliciis maxime erant aselli pessimum.* v. scribit A. Gellius. Hoc itaque dicit, se post tam lautum sedulum viles istos & minores cibos non desiderare, *auff ein guten Salben schmecken keine Schneiderfisch.* Alter Scal. hæc interpretata apud VVouuer. ad illud infra, Asellus erat Corinthius.

v.21. deuirginetur] depudicetur. vititur & I C. in l. 21. D. de off. Præf. & D. Hieronymus Alb. Gétilis de Latinitat. vet. Bibl. verisionis. Deuirginare dicitur pro virginitatem eripere. Nam non augendi solum vim, sed & minuendi pro D E habet. Bernartius Schol. ad Statium lib. 1. Achilleid. & Christian. Becmanus de Originib. Lat. ling. verbo, Plenus.

v.22. producta est puella] produci verbum est nuptiale. Barth. Animaduers. ad Claud. num. 450.

v.23. quæ non plus quam septem annos habere videbatur] immaturior scil. quam hodie sunt Mombasæ puellæ, quæ ante decimum ætatis annum ad viros non producuntur, sed eo anno deuirginant. deinceps cum quouis voluptati libere audendo. Lectum id a me in Historia navigationis in Idiam Gallicè ab anonymo instituta, libro 1. cap. 14. de Natorum (ita Aethiopes Indi suos Nobiles appetant) filiabus: *He postquam annum attingerunt decimum, & iam eius ætatis essent, ut muliebris patientia legem possent accipere, cognati ad adolescentem quempiam ex illa fines regni habitantem mittunt, qui cum muliere & donis & precibus exorant, ut cognatam suam velis deuirginatum venire.*

venire. Qui cum venit, multis gestibus multaq; letitia accipitur. Puella, quam defloravit, egregium quoddam & pretiosum relinquit clinodium, quod illa de collo suspensum omnem vitam suam superbi & ostentabundè circumgestat, est enim insignis licentia, qua corpus suum prostituere cui libet, dicit. Nam hoc vitæ non peracto, coniungi homini nato ne vni potest.

v. 17. *nuptias fecerunt*] Alibi, *facuerunt* unâ non tantum illa nocte quâ nuptias fecerunt. *Nuptias* facere, τὸ συνῆναι. Inde Festo *nupta* verba, obscœna. Lipsius *Antiq. lect.* lib. 2. cap. 9. Barthius *Commentar. in Musæum*. Eodem sensu Germanis *bräuten* obscœna dici coepit, cum verbum esset mukò honestissimum. Saxo Grammaticus in *Hist. Danor.* de informi viri cuiusdam cum puella congressu; *Nuptiarum deformitatem seminis aptitudine coloraret.* In Proteuangelij Iacobi; Τὴν ἀποθνήσκουσαν ἀπέλασεν ὁ κύριος κτείναν, ἵνα μὴ ἀποθνήσκῃ, ἐκ τῆς τοῦ γαμοῦ ἀπορίας. Hinc partura D. Mariæ Deiparæ semper virginis, Methodius Iconij Episcopus vocat, εἰς λόχον ἀπειργάμων, hom. εἰς ἀποπάρτων.

vers. 30. *muliebris patientia legem possit accipere*] Suprà; *Muliebris patientia scortum*. Infrâ; *Annus ad patiendum gestientibus*. Isidor. *Etymolog.* l. 11. cap. 2. *Virgo ad corruptionem, quasi vir iugo, quod ignoret famine ad patientiam*.

v. 32. *Cum primum virum passa sum*] *primum virum* pari dicitur puella, quam dèvirginatur. Infrâ; *Feminam hœnam & hæc primum anno virum expertam*. Contra virum facere puella, quæ prima sui corporis copiam illi præstat. Martial.

Et qua te faciet prima puella virum.

Itaque Pannychis Gythonem & primum virum passa est, & primum virum fecit. Schoppius in *Miscellan.* Ineptè nam cum primum, particulae sunt adverbiales Petronio familiares, pro, quando primum, postquam primum. Suprà; *Cum primum ergo explicuimus mercem*, i. e. simulatque. Alibi pro eo ut primum dicit; ut primum beneficio Gythonis preparata nos implemus cœna. Sed & ἀπὸ τῆς τὸ primum adverbialiter amat ponere. quo modo accipiendum est in illo ipso ab Schoppio adducto; *Hoc primum anno virum experta*. Et hæc pagina; *Ea ipsa, qua primum cum Quartilla in cellam venerat nostram*. Vir autem dicitur non tantum maritus, aut is qui ve-

nit ad virilem ætatem, sed omnis, etiam puer, qui viri-
lia cum femellis facit. Petronius infra; *Quem tam-*
quam puellam conduxit, etiam qui virum putavit. Au-
gustinus (serm. de Decem chordis; Si quis existat, qui di-
cat se castum, non facere adulterium, natum autem sit,
quod non faciat, erubescit accedere ad illos non sui similes,
ne insultent, ne irrideant, ne dicant non esse virum. Ad
hoc delapsa est humana peruersitas, ut vir habeatur victus
a libidine, & vir non habeatur victor libidinis. Triumphan-
tes exultant, & non sunt veri, iacent prostrati, & viri sunt?
Balbus Catholico; Puber, i. e. puer pubem iam habens
vel emittens, sc. qui generare potest, hic vir incipit esse a qua-
tuordecim annis: sed femina incipit esse vitipotens ab an-
nis duodecim. Insuper is etiam vir dicitur, qui habet id
quo viri dicimus & sumus, de quo inferius. Benedictus
Magister in Grammat. Vir discernit sexum, ut quum di-
citur, Dubium est an iste sit vir, an femina. Versus anti-
quus apud Balbum in Catholico & Gardinerum in Pro-
uerb. vet.

Vir notat ætatem, sponsum, sexum, probitatem.

v. 33. *Iunonem meam iratam habeam*] Iunonem Geni-
talem, quæ sexui illi sequiori lucis primum tuendæ co-
piam dedisse censebatur; non pudicitie tantum matro-
nali Præstes ac Præses, sed etiam meretriciæ libidini.
Drouza. Præcidan. pro Tibule. 18. videndus Polizianus
Miscellan. cap. 89.

v. 34. *si me umquam meminerim virginem fuisse*] Ad
V. l. Guil. Porsterum in Obserua. c. 15. & Alber. Gentilem
in Virg. lect. cap. 11.

v. vii. *Cum paribus*] *συν ἰσχυρίταις*, cum æqualibus. In
Priapeiis carm. 50.

Totam cum paribus, Priape, nostris

Cingemus tibi mensulam coronis.

ita enim illic Schopp. legit & interpretatur in com-
mentar.

Pag. 58. v. 4. *Posse taurum tollere qua vitulum sustul.*]
Adagium in fornice natū, vti videtur, sed quod ad vsum
verecundiozem commodè torqueri possit, si quando si-
gnificabimus, maiora peccaturum aduultum, qui puer vi-
tus minoribus assueuerit Non absurdum videtur ada-
gium ad Milonis Crotoniæ factum referri, qui quoti-
die vitulum aliquot stadiis gestare solitus, eundem tau-
rum factum citra negotium gestasse legitur. Atque ita
quadrat

quadrat in eos, qui paulatim rebus etiam maximis assue-
scunt. Erasmus in Chiliad. adag.

v. 7. ad officium nuptiale] Ouid. Amor. 3. eleg. 6.

—Ter

Libas officio continuata meo est.

Barthius ad Claudian. n. 1551.

ibid. *pucella caput inuoluerat flammeo* : iam *embasica-*
tas] in vet. ed. *flammeo iam embasico. atas praf.* vnde leg.
flammeolum basicum. Oetas, &c. Rob. Titius Loc. Con-
trouerf. l. 9. cap. 19. quem reprehendit Yuo Villiomanus
Animaduers. l. 9. cap. 21. cum quid *basicum* sit, & quod
animal *Oetas* à Titio non explicetur. Defendit se Titius
Assertion. l. 9. cap. 19. sed ita ut ostendat, quàm difficile sit
pertinaciter à mendacio stare contra veritatem. Hu-
guetio; *Flameum* à *flama* dicitur *uita sine insula nuptia-*
rum tenuis & rubra, qua utebantur nubentes ad designan-
dum pudoris lationem, operientes vultum cum ea. vnde
Lucanus in 2.

Lutea demissa velarunt flamea vultus.

Sulpitius Seuerus Sacre hist. lib. 2. de Nerone; Post etiàm
Pythagora cuidam in modum solemnium coniugiorum nu-
beret, inditumq; Imperatori flammum, dos & genialis tho-
rus, & faces nuptiales, cuncta denique qua vel in fœminis
non sine verecundia conficiuntur. Quidam codd. habent
flammeolo apud Petron. & rectè, puellulæque conuenien-
ter. Iuuenal. Sat. 10.

—Sedet illa parato Flammeolo—

Prudent. Psychom.

Flammeolum, strophium, diadema, manile.

Adde Brissonium Select. antiquitat. l. 2. cap. 18. Tira-
quellum de Ritu Nupt. Rosinum Antiqu. Rom. l. 2. c. 37.

v. 8. iam *Embasica* *atas praferebat facem*] nouæ nuptæ
faces, quæ nuptiales rectè dicuntur, quoniam nocte vir-
go deducebatur ad sponsum, nuptiæque fiebant; matres
olim solere præferre, multis è locis tum Græcorum tum
Latinorum ostendi potest, quamquam Catullus paulò
sensit aliter. Quocirca quod in V. C. *embasico atas praf.*
ita propemodum ausim corrigere, è *basilico mater praf.*
fac. Ac *basilicum* dicere videtur, quam alij *basilicam*:
cui respondet Græcorum *prytaneum*. Gul. Canterius
Nouar. lect. l. 3. cap. 14 Faces nuptiales, *νυμφικαί*. He-
liodor. libro 2. τοιῶτας ὅτι σοι λαμπράς ἀντὶ τῆς νυμφι-
κῆς καὶ δαίμωνος ἀφ' αὐτῆς. Et libr. 4. τὴν πρὸ τῶν μοικῶν
καί τῶν

γῆραια, ὡς ἴσθ' οὐ γὰρ τίς τῆς νυμφικῆς λαμπρότητος
 πρόσβηται. Item, δ' ἄδεις γαμήλιον eidem Heliodoro libr. 10.
 faces in nuptiis praelata. Achilles Tatius libro 1. de
 nuptiarum παρασκευῇ; Βίμω αὐτῷ, διελίδων κτύπῳ,
 αὐροῶν δ' ἀδύχια. Ibidem sponsum Chariclem triste
 pereuntem deslens pater; τὰς μὲν σὺ τέκνον, ὃ θάλα-
 μῳ γάμῳ δὲ ὁ θάνατος. Ἐπὶ δὲ ὁ ὑμῖν αὐτῷ, ὃ δὲ πᾶ-
 ρυτῷ τῷ γάμῳ δὲ ὁ θάνατος; ἀλλ' οὐκ, τέκνον, πορροὶ ὄκνον
 αὐτὸν δ' ἀφ' αὐτοῦ, &c. ἢ νυμφικῇ σοὶ δ' ἀδύχια παρὰ γίγνεται.
 Ioan. Salisburienſis libr. 1. Polycrat. c. 4. *Legitima amoris
 gaudia solennes lucis sua praefert tadas.* Has faces vide-
 tur pater sponsi vel sponsae accendisse. Balbus Catholi-
 co: *Quia tada & faces solebant fieri ardentes ante nubentes;*
idea tada ponitur saepe pro nuptijs vel coniugio. Pamphi-
 lus de Amore eleg. 27. *Res ut testatur, Galathea tada pa-*
rasur. Achil. Tatius de Clitoph. lib. 2. vbi Hippas filio
 suo filiam ex alia vxore desponsans habet triste ἐνύπνιον;
 ἔδοξε, αὐτὸν ἄγῃ ἡμῶν τῶν γάμων, ἃ δὲ ἀφ' αὐτοῦ ἀπὸ τὰς
 δ' ἀδύχιας ὑποσέσθ' αὐτῷ τὸ πᾶν, &c. Iungermannus Claud.
 de Raptu Proserp. l. 1.

Iam vicina toro, plenis adoleuerat annis

Virginitas, tenerum iam profuga flamma pudorem

Sollicitat——

Idem libr. 2. de nuptiis Plutonis & Proserp. vocat *festas
 tadas;*

Ac festas alio succedunt lumine tadas.

Parrhasius in Comment. vide Euagrium Hist. Eccles. l. 6.
 cap. 1. vbi de Mauritij Imp. nuptiis. Adde Muretum ad 5.
 Catull. Anton. Horomannum de Ritu nuptiar. cap. 15. B.
 Rhenum in Tertullian. libr. aduersus Valentin. cap. 32.
 Bern. Briffonium de Ritu nuptiar. Tiraquellum de
 Nupt. Rosinum Antiq. Rom. l. 2. cap. 37. Barth. ad Claud.
 num. 878.

v. 10. *chalamum q. incesta exorn. veste*] *Lingesta.* Thoros
 nuptiales purpureis olim vestibus consterni solitos mul-
 tis exemplis clarum est. Barth. ad Claudian. num. 1793. &
 num. 2733.

vers. 17. *inclusi iacerent*] ex verecundia humanitatis
 communis. & more nuptiali, quem tangit D. Augusti-
 nus de Ciu. Dei l. 13. c. 18. *Quid concubitus coniugalis, qui
 secundum matrimonialium praescripta tabularum pro-
 creandorum sit causa liberorum? Nonne & ipse quanquam
 sit licitus & honestus, remotum ab arbitrio cubile requirit?*

Nonne

Nōnne omnes famulos, atque ipsos etiam paranympbos, & quoscumque ingredi qualibet necessitudo permiserat, ante mitti foras, quàm vel blandiri coniunx coniugi incipiat, &c. Vide Historiam S. Eugeniz.

v. 23. *considerantium hæserant vultus*] sc. Quartillæ & mæus, qui iunctis capitibus novos nuptos per eandem rimam considerabamus.

v. 24. *Commonebat vbiter labra, & me tanquam furtivis subinde osculis verb.*] al. oculis. Hic commonet labra, qui lasciui oris motu ad amorem allicit, & sic conformat os, vt basari velit. Nam & talis oris habitus suaviū dicitur, cum ita figuratur labris promissis, aut lingua profusa, vt cum mulieres suauiantur amatores. Vnde & Plaut. in Asin. sc. *agedum istum ostend.* scripsit,

— *Nec sic tustiat*

Vt cuiquam linguam in tustiendo proferat.

Rerum Ibidem; — *Tu labellum abstergeas,*

Potius quàm cuiquam suaviū faciat palam.

Id est, quàm sic comparet & formet, vt ad basiandum aliquem inuitet. Quod tamen Petroni. scribit, esse videtur potius signum innuentis, & inuitatiunculam amoris significantis, quàm ad basium vocantis. Turneb. Aduersar. l. c. 15. Leg. ex Fulgent. *common. valziter labra.* Palmerius in Spicileg. Plautus Milit.

Itaque hic mæstices labiis dum dactylantem,

Maiorem partem videat valgis suauis.

Quod nescio quis apud A. Gellium dixit *semitulco suauio suauari.* Meursius Animaduers. miscel. l. 3. c. 12.

v. 25. *furtivis subinde osculis*] sic furi osculantem suam amicam componit Agathias libr. 7. Antholog. sic Ouid. *furtiva voluptas.* sic. *γὰρ ἡ πόρνη* pro furtiuo concubitu frui, dixit Phocylides. Barthius in Musæum num. 182.

v. 29. *Videmus senem caluum*] infra vocat ad rasum; Pallio coccino ad rasum incluserat caput. Videndus Rader. ad Martial. l. 8. epig. 46. Ad hanc verò Trimalcionis historiam illustrandam facit inscriptio antiqua apud M. Velferum in Monumentis Augusta Vindel. vltima, vbi inter cætera;

Vrsusq; canite vote concordis senem

Hilarem, iocosum, pilicrepm, scholasticum, &c.

ibid. *trunica vestium russea* Gloss. Græco Lat. *αυρῶπις, ruffens, rubens, rufus.* Apul. lib. 2. Metamorph. *russea fasciola.* Coluius ibidem in Notis. Anton. Thylesius de

Coloribus cap. 6. putat rusticam esse vocem, *urbanis* ignotam; dicique *ruffum*, qui planè ruffus non sit, sed aliquantò minus ruboris habeat. Al. *ruffa*. & placet. verbum est vetus & probum. Apul. *Dentem atque ruffam pumi. are gingivam*. Schopp. in Miscell. n.

vers. 30. *inter pueros capillatos*] sic vocat impuberes siue eos, qui ad generationem inepti. Nam pueri olim non radebantur, sed comam alebant; signum impubertatis. sic infra; *Digitosq; paululum aspersos in capite pueri cersit*. Martialis;

*Et pedagogo non iubente lascini
Parere gaudent villico capillati.*

Perfius; — *Quibus indetonsa iuuentus*

Inuigilat filiqu, & grandi pasta palenta.

indetonsam vocat *iuuentutem*, haud dubiè impuberes aut proximos pubertati. Putean. in Genial. serm. Ramirez Hypomn. ad Martial. lib. 2. epig. 57. num. 4. Sarrice Trimetroni illudit, quòd senex caluus inter pueros ludat pila. nec enim senum est exercitium pilæ lusus, sed iuuenum. Saurio Not in Sidon. l. 1. ep. 8.

vers. 33. *soleatus*] describit senem omnia insolenter, & præter hominum morem facientem, & inter alia hoc ipsum, nempe soleatum pilæ luisse post lotionem. Erat enim insolens negotium post lauacionem aptatis soleis iterum ludere. nam lusus pilæ erat ante lauacionem. Martial. l. 7. epig. 31.

Non pila, non follu, non te paganica thermis

Præparat —

Et quidem in ipsis thermis, vbi lauabantur, exercebantur etiam pilæ, vt ex Martiali & Papinio notum. A balneo autem cum ad cornam pergerent, soleas aptasse pedibus, & soleates è balneo exiisse probat aliquot locis idem Martialis, de quibus adeundus Ramirez in Hypomnem. ad l. 3. epig. 50. nu. 1. & de lusu pilæ in balneo ante lauacionem ad l. 4. epig. 8.

ibid. *pila sparsina*] Leg. *sparsina*. videndus Hieron. Mercurialis de Arte gymnast. l. 2. cap. 5. An *pila sparsina* fuit *trigona*, quæ parua erat, non triquetra figura, sed à loco trigono, vel à numero, figura, sita ludentium: stabant enim tres eo ordine, vt trigonum seu triangulum redderent; vt ex nummis M. Aurelij Antonini apud Byzantios percussis apparet, quorum figuram in libris posuit Mercurialis. Raderus ad Martial. l. 4. epig. 14.

v. vlt.

v. ult. *contingerat*] *Leg. contigerat.*

Pag. 59. v. 4. *matellam tenebat argenteam*] *luxum tangit*
& Aristophan. in *Acharn.* καὶ χεῖρ οὐτὸν πύλας ἐνὶ χρυ-
σοῖν ὄρεον, *in aureis lasanu.*

vers. 3. *qua inter manus luxu expellente vibrabant*] *Leg.*
quasi in. insu expellentes vib. *Iungermannus.* Tria sunt in
ludo pilæ notanda. *Raptim ludere*, quod sit quum caden-
tes pilæ è puluere rapiuntur, & postquam solum per-
cussere & saltu assurrexere, reuocantur, quod *Lucanus*
in *Paneg.* dicit *renocare cadentem pilam.* Tum *Datam lu-*
dere, quando inter multos in corona vel choro ita ludi-
tur, ut alius alij pilam det, & sæpe fallat. nam cum gestu
significet se alicui iacere, iacit alij, qui securus est in
choro. Idem *Lucanus* dicit, *reddere fugientem non sperato*
gestu, id est, quando videtur pila præteruolutura luden-
tem, eam reddere eo corporis gestu & membrorum po-
sitione, quam nemo suspicaretur aut speraret. Denique
Expulsum ludere, quod erat, quando iacta pila se inuicem
lusores, ne eam possent rapere, expellebant: *Lucano ga-*
minare volantem pilam, id est, reddere dum ipsa volat,
nec adhuc decidit. *Varro* apud *Nonium*; *Purgatum scito*,
quoniam videbu Roma in foro ante lanienas pila expulsim
ludere. Quod narrat de *Lacedæmoniis* in theatro luden-
tibus. *Lucianus* in *Anacharsi*: sub *Solonis* persona, &
Inl. Pollux libr. 4. *Onomast.* meminit huius ludi. Hinc
est quod *I. C. Alphenus* in *L. si ex plagis*, 52. §. ult. *D. ad*
leg. Aquil. sic casum quendam deciderit; *Cum pila com-*
plures luderent, quidam ex his seruulum, cum pilam recipere
conaretur, impulit seruus cecidit, & crus fregit *Quere-*
batur an dominus seruuli lege Aquilia cum eo, cuius im-
pulsu ceciderat, agere posset. Respondi non posse: cum magis
casu quam culpa videretur factum. ubi nota illam impul-
sionem de ludi ratione fuisse, casu autem in fregisse crus,
& non culpa impellentis, cum qui expulsim luderent, &
lege ludi se inuicem impellerent. Sed *Trimalcio* iste præ
mollitie rapere volebat decedentes pilas. *Ramirez Hy-*
pomnem. ad *Martii* l. 4. epig. 19. n. 7.

v. 8. *Trimalcio*] sic appellatus, quemadmodum *trifur,*
triscurrium, tricongius. In *Gloss. Malchio*, ἀνδρῆς. Est verò
Syriaca vox, & Regem propriè designat. *Meursius Ani-*
maduers. miscel. l. 3. c. 11. An sic etiam *Terconsul* in vetere
inscriptione apud *Veserum*;

Sum victus, ipse facit cor à Terconsule

L I

Vero

Veropatrono, &c.? Sic Tertullius apud Tacitum?
vnde Tertullianus.

v.9. *digitos concepsit*] nota verbum *concrepo* cum accusandi casu. Putean. in Genial. serm. Crepitu digitorum poscebant domini vilius aliquid imperantes. Rader. ad Martial. l.6. epig. 64. Ramirez ad eundem l.3. epigr.82.num.8.

vers.11. *aquam poposcit ad manum*] *poscere* proprium & vsitatum in hac re verbum. Sauro ad Sidon. lib.1. ep.11. Rader. ad Martial. l.8. epig.63.

v.13. *Longum erat singula excipere*] sic infra; *conuersus ad eum ut plurima exciperem, longe arcessere fabulas capi.*

v.14. *& sudore calefactis*] in Caldaico sc. quod Thalmudicis Iudeorum, חשך מן שחך id est, ferues & ebullit. Bucerus in Psalm. 45. v.2.

v.15. *momento temporis*] Daniel. cap. vlt. v. vlt. *intramisi in lacum, & deuorati sunt in momento coram eo*; id est, statim, illico. Infra Petron. *Vt solum hospitem vidi, momento recepi.* Et alibi; *Non est moratus Gnython imperium, momentoq; tempus inferuit vinculo manus.*

ibid. *ad frigidam eximus*] veteres post caldariam in frigidariam cellam descendere solebant, ut corpus solidarent. Plin. lib.5. ep.6. *In proximo puteus, ex quo possidetur adstringi, si perniteat teporis.* Sidon. carm.9.

*Intrate argentes post balnea torrida fluctus,
Vt solidet calidam frigore lymphæ cutem.*
Sen. ep.86. Aufon. Mosella, Cor. Celsus de re med. lib.1. c.4. idem Sidon. lib.2. ep.9 vbi Sauro.

v.16. *unguentis persusus*] Sozomenus Hist. Eccles. l.1 c.13. de S. Antonio; *Oleo ungi, balneis & similibus rebus vti recusauit, quippe corporis firmitudinem, eiusmodi rebus humidis in molliem mutari solere censuit.*

ibid. *tergebatur non linteu, sed pallis*] sed infra; *Video Girona cum linteis & strigilibus.* Apul. lib.1. *Metamorph.* E promptuario oleum unctui, & lintea tersui. Coluius in Notis. Ammianus lib.28. de balneari cui sui luxuria; *Cum è Siluani lauacro vel Mammeæ aquis veniant sospitalibus, aut quisquam eorum egressus tenuissimis se terferat; linteis, solitis pressorii vestes luce nitentes arbitra diligenter explorat, qua una portantur sufficientes ad inuandos homines undecim; tandemq; electu aliquot inuolutus, receptis anulis, quos ne violentur humoribus famulo tradiderat, digitis ut metatis abis.*

v.17. *pallus ex mollissima lana*] Ergo *pallium* propriè ex lana. Balbus Catholico; Dicitur *pallium* à pellibus, unde fiebat prius: sed modò dicitur *pallium* quoddam genus panni ex serico, & quilibet mantellus.

v.20. *lectica impositus est*] de earum usu, forma, discrimine, Lipsius Elector. l. 1. c. 19.

v.21. *phaleratis cursoribus*] *cursores*, serui vocabantur, qui in itinere faciendo vel deambulando per urbem, rhedam vel equos, pedites præcedebant in comitatu, quos Galli *Laquais*, & inde nos Hispani *Lacaios*, vocamus. Ramirez Hypomnem. ad Martial. l. 3. epig. 47. nu. 9. Petronius paulò pòst; *Notant in porticu gregem cursorum cum magistro se exercentem*. Germanis *Lackeyen*. Balbus Cathol. *cursor* à currendo, ut *cursor Domini Papa*.

ibid. *chiramaxio*] viderur esse genus modici plaustrì, quo homo tantum gestari poterat, & à feruis, non à manibus trahebatur. unde vocabatur *chiramaxion*. Scalig. ad Fest. *Arctima*. In tali vehiculo catamiti oblita facie, ut Seneca loquitur, id est, *masquez*, vestari consueuerunt, ne sol aut frigus teneram ac delicatam cuticulam perfringeret.

v.22. *delicia eius*] *αἰσδοία, αἰσνυία*; pueri amati. Socrates Hist. Ecclesiast. lib. 3. cap. 19. interprete Epiphanio Scholastico; *Adrianusq; ipse Antinomum, suas delicias, in deos reposuit*. in Cassiodori Tripartita Histor. Cicero; *Amores autem & qua deliciae appellantur*. Rectè, *Amores*, qui Græcis *ἐρῶντες, ἀμασί, τὰ αἰσδοία*

v.24. *(um ergo afferretur)* Leg. *efferreretur*, scilicet ex balneo. Putschius, vulgatam comprobat ipse Petron. in eo, qui sequitur, loco; *In his eramus lautitii, cum ipse Trimalchio ad symphoniam allatus est*.

v.25. *(um minimis symphoniaci tibus)* Sueton. de Caligulae luxuria, c. 37. *Fabricauit & de cedris liburnicas, &c. quibus discumbens de die inter choros ac symphonias, litora Campaniae peragraret. prorsus ut in Euangelio D. Lucæ c. 15. Audiuisti symphoniam & chorum. Salisberienfis pag. 165. Recumbentis pedes calamistratus comatulus exceperit, & teneris manibus tibias tractat. Quid sunt autem minima symphonica tibia? an leg. mimica? sic enim infra de pueris in ministerio cantillantibus; Pantomimerum non patrius familia triclinium crederes.*

ibid. *accessit*] impropriè de eo qui vehitur,

v.27. *cantant*] scilicet tibus.

v.30. *ostiarium prasinatum*] in circo erant factiones, diuisæ in partes coloribus distinctas. Cassiodor. var. l. 3. ep. 51. *Transit prasinus, pars populi moeret; procedit venetus, & posterior turba cimitatu affligitur. vbi haud dubiè leg. procedit venetus, pro, occumbit.* Hinc autigz nomina sortiti, vt illi dicantur *prasinati*, hi *venetiani*. Nec in circo solùm, sed in scena quoque factiones istæ. Exierim Cassiodor. l. 1. ep. 2. 27 & 33. vbi inquit, *Partu prasini (leg. prasina) in sinuatione comperimus seditiones turbulentas imitari, & causam latitæ publicæ ad furoris certamina prorupisse. Quapropter, &c. à vobis prasini pantomimus constituitur.* Et Antoninus Imp. in vita sua; τὸ μὲν μέρος, μὲν τὸ μέρος, μὲν τὸ μέρος, intelligit eos, qui factioni studebant *prasinæ* aut *venetæ*. Fuisse Neronis *prasinum* agitorem scribit Sueton. in Neron. cap. 22. & Spartianus, qui eū insuper *prasinæ* parti fauisse tradit. Satyricè ergo Petronius Neronē sub Trimalcionis nomine perstringit, quod vel extra ludum & circum seruos haberet *prasinatos*, qui à se videtur addidisse *cerasinum* cingulum, id est, *russeum*, studio, opinor, innouandæ factionis à se *Claudianæ* dictæ.

ibid. *Cerasino succinctus cingulo*] Anton. Thylesius de Colorib. cap. 7. *Vini genus est quoddam inter russum albumque: nulli non cognitum; quod quoniam cerasi colorem refert duracini, cerasolum aliqui dicunt Italia populi. Alamannis Schiler. Ergo vt prasinatus est à Græco μέρος, ita cerasinus est à κίερος. vtrumque à colore eius fructus: illo viridis, hoc russeus notatur.*

v. 31. *pisum purgabat*] sic infra; *partem leguminis super mensam effudit, insitq; me diligenter purgare.*

v. 32. *Cauca pend. aurea*] Rader. ad Martialem lib. 14. epig. 68.

vers. 33. *pica varia*] Douze dicitur famosa garrulitate nobilis: sed puto sic dici, vt apud Lucret. plerumque *varia volucres, vel dissimiles, vel varij coloru.* Plin. l. 10. c. 29. *picarum genera, quæ longa insignes cauda, varia appellantur.* Interpretes hoc loco confundunt *pica* *variā* cum *gaio*, nisi fallor, perperam. *Pica varia* est, quæ Alamannis *agersta*. Francis Orientalibus *alstera*, Occidentalibus siue Gallis *agassa* vel *agacha*. de qua est capiendus versus ille Monasticus apud Gardinerum in Prouerb. antiq.

Nomen abest pica, nisi quid varij tenet in se.

Et

Et ille alter apud Balbum in Catholico;

Nigrior una pice, pars altera candida pica.

Videndus Dialogus noster de pica in Epigram. vet. lib. 4. pag. 128. Vincentius Beluacens. in Spec. nat. Albertus Magnus, Robert. Constantinus in Supplem. ling. Latin. Conradus Gesnerus in Hist. aurum, & diligentissimus harum rerum & omnis antiquitatis perscrutator Vlix. Aldrouandus in Ornitholog. *Gaius* à sono vocis sic dictus, quem Galli hodie *Geay*, Latini *graculum*, Germani *Heer* nuncupant. Quem enim Alamanni *gen* vel *gan* appellant, est ex genere larorum pectora rubicantium, capita superius nigricantium: quo de accipiendus Eucherius Lugdunensis in Interpret. nom. Bibl. cap. 11. scribens; *Larus* in *Pentateucho*, *gaiam* significat. *Picus* martius Gallis est, *pimart*: *picus* viridu, *piwerd*, *Grunspecht*. nam & *Specht* nostrum à Latino *picus* originem habet. Igitur illa

ibid. intrantes salutabat] Isidorus Gloss. *Chare* *Casar*, *amicos*. Corrigit Goldast. à *psittaco*, ut sit illud Martialis; *Hoc didisci per me dicere, Casar* aut. & illud in Philom. Ouid. *Atque suo domino Chare valeq, sonat.* & illud Persij; — *expediunt suum χαῖμα* Benedictus Magister apud Balbum; *Pica* verba in discrimine vocu expriment, ut homo, & si linguas in sermone explicare nequeunt, somnum tamen humana vocu imitantur. Vide Phil. Camerarium Horat. sueciuar. Centur. 3. ca. 71. Pierium in Hieroglyph. Raderum ad Martial. l. 14. epig. 67.

Pag. 60. v. 2. *ostiarj cella*] cellam atrienfem dicit, ubi vigilius ianitor custodiam ianua gerebat. Rader. & Martial. lib. 9. epig. 55. Memoria opinor lapsus. non enim servus vinctus servabat, sed canis: ipse servus liber à vinctulis erat, ut ex Plauto discimus.

v. 2. *canu ingens catena vinctus*] Seneca *catenarius*, Artemidoro *στέμω*, Phædr. à *catena* collum detritum canis. Rittershus. in Not. More veterum canes ad ostium non viui modò, sed & sculpti, ut in regia Alcinoi,

Χρυσοὶ δὲ ἰκάνθηδες ἐν ἀργυροκέντρῳ

Δαίμων φηλασσοῦνται

vel picti in pariete, ut hic in Petronio. Aufon. Popma ad Varron. Vide Douze Præcidan. pro Tibulc. 1. Casauboni Comment. ad Theophrasti Character.

vers. 3. *quadrata litera*] Petronij & ante temporibus iam inuenta erant aliz literarum formæ, teste Quintiliano

tiliano libro 1. cap. 7. inter quem & Petronium non adeo multum xui interfuit, vt non earundem literarum formis vti potuerint: quæ formæ erant quadratæ. Meursius Animaduers. misc. libro 3. cap. 18. Vide tamen Cuiacium.

✓ 4. *Cane, cane canem*] vin&os canes ad ædes habebant; vt, & tabernas. Ianuæ autem vel parietes inscribebantur, vt caueret si quis introiret, hac formula, *Cane, cane canem*. Ch. Colerus Parerg. cap. 16. Rader. ad Martial. lib. 11. epi. 17. Titus Popma de Oper. seruor. verbo *Ostiarj*. Quem morem antiquum tangit etiam Puteanus principio Genialium serm. Alioqui teneretur lege Aquilia dominus, cuius canis damnum fecisset, argum. 1. si *qui foueat*, §. vlt & 1. si *putator*. D. ad legem Aquil. vbi Doctores. Sic & equitantes debent cauere & admonere gentem, alta vocando, *CAVE, CAVE*, vt scribit Varronius de Malefic. tit. Damno dato, num. 45. & Geminianus in cap. si duo, & cap. sæpe, distincto 50. scribit, *quod ira debet acclamare, quod emitari possit*. Hippolytus Bonacossa tract. in Mater. Equor. quæst. 178. Varro; In ianua, *cane canem*, inscribi iubeto, & titulus Mænip. *Cane canem*. Hoc vti conueniet, quoties monebimus, cauendum ab homine maledico & obtrektore, vel ab hospite inhumano Aufo. Popma ad Varron.

ver. 7. *Venalitium titulis pictum*] *venalitium* vocat & *πωλεισιον*. tituli autem non solum in venalitiis pingi soliti, sed etiam collo aptari vendundi mancipij. Proptertus:

*At quotum titulus per barbara colla pendit,
Celati medio cum saliere foro.*

Scalig. ad Propert. Rancinus Var. lect. lib. 1. c. 4.

v. 12. *Pictor cum inscriptione reddiderat*] vide Plinium in epist. fol. 176.

vers. 16. *Parca aurea pensa torquentes*] Sidonius eodem mine 7.

Aurea concordēs traxerunt filæ sorores.

Sauaro in Notis. Alludit autem ad disciplinam Hetruscorum. Germanus Valens Ouel. Pomp. ad Virgil. Eclog. 4. *Aurea pensa sunt felicia Parturum omina*. Sidon. carm. 15.

— probat *Atropos omnes*

Fuluaq; concordēs innexerunt filæ sorores.

Rader. ad Martial. lib. 6. epigram. 2.

v.20. *ſacellu*] ſacello, ſacrario, ſarario, quæ in Magnatum domibus fuiſſe notauit Barth. ad Claudian. numero 480.

v.22. *In qua barbam ipſius conditam*] Vulgaris ac neceſſiſſima veterum conſuetudo deponendæ barbæ multis æſtimoniis confirmata à Criticis noſtris. Lipſio ad Tacitum Annal. libro 14. Torrentio ad Sueton. Neron. cap. 12. Alexandro Neapolitan. Genial. diſcr. libro 5. cap. 18. Tiraq. ibid. in Addition. Raderio ad Martial. l. 3. ep. 5. Ramirez Hypoman. ad Martial. lib. 3. epig. 6.

v.24. *quas in medica piſturas habent*] Leg. in media, ſcilicet porticu. Moris erat apud Romanos, hiſtorias, fabulas, & alia multa porticibus depingere, ſubſcriptis Poëtarum verſibus, quos deinde otioſi ſolebant ſpatiantes relegere. Ramirez ad Martial. libro 3. epigramm. 20. num. 5.

v.26. *Procurator rationes accipiebat*] Pag. ſeq. *Diſpenſatorem in precario aureos numerantem.* Ex quo videtur Petronius *Diſpenſatorem* alium facere à *Procuratore*. *Diſpenſator* eſt, quem nos hodie *theſaurarium* vel *camerarium* dicimus, toti fiſco dominico præpoſitus: *Procurator* autem, quem nos *fiſcalem & rationalem*, *Keckenberr* und *Zalmeiſter*. Matth. 2. *Dicit dominus vineæ procuratori ſuo: voca operarios, & reddo illi mercedem*, incipiens à nuſſiſſimis uſque ad primos. Sic infra; *procurator inſula Bargaræ*, qui ſeruus fuit inſulæ, ſuæ domûs adminiſtrator. Petrus Diaconus in vita B. Gregorij Papæ; *Cum ergo Gregorius ei ſex argenteos dari feciſſet, & abiſſet, eadem die iterum rediit, &c.* Sed Gregorius cum à *procuratore* ſui monaſterij didiciſſet nihil dandum (leg. eadẽ) præter ſcutellari argenteam, quam mater ſua cum leguminibus mittere ſolebat, in monaſterio remanſiſſe, illam ſtatim dati præcepit. vide G. nihil autem, 43. Inſtitut. de rer. diuiſ. De *Diſpenſatore* Papias ſcribit; *Diſpenſator*, cui creditur adminiſtratio pecuniarum: quia prius, qui dabant petuniam, non numerabant, ſed appendebant eam.

v.28. *in poſſibilibus triclinij faſces cum ſecuris erant fixi, quorum unam partem*] Leg. *inam partem*. *Faſces*, bacilli aliquot teretes, loro colligati in modum faſcis. *Securis & faſces* inſignia Magiſtratus, quibus à liſtoribus prælatæ. Duumviris autem, Aedilibus Quinquennialibus, Sexuiris (qui Magiſtratus municipales) liſtores præbant: non cum faſcibus, ſed nudis virgis aut bacillis. ideo miratur adole

adolescens, quia insolens & præter morem. Lips. Elect. l. 1. cap. 23. Moris autem adfigi fasces postibus liminum Magistratus, de quo Barth. ad Claud. nu. 480.

vers. 29. *quasi embolum navis ancus*] id aduncum erat. Hinc in Catalect. --- *Pappi adunca cucurrit*. Propertius, Statius, & alij, *cursuam navem* dicunt. Et propterea *rostrum* à Latinis scriptoribus vocatur. Petronius Græcā vocem retinuit. Ex hac forma *Rostrum* in foro ἑμβολον nominant. Appianus; καὶ αὐτὸν δὲ Σύκλας ἐν ἀγορᾷ καὶ ἑὸς ἑμβόλων θύει. Lindenbrog. Not. in Catalect. Adde Bayfium de Re navali.

v. 34. *lucerna balychni de camera*] Candelabrorum priscis in cœnis nullus usus. Noctis tenebras lucernis pensilibus dispellebant. Bernart. Scholiis, Stat. libro 1. Thebaid. Sidon. lib. 9. ep. 13.

Laquearibus curuscin

Camera in superna lychnus. Sauro in Not.

Pag. 61. v. 5. *Stellarum q̄, vii.*] pro planetarum.

v. 7. *discingente bullo*] non in ostro, ut vult VVouvv. sed tabula affixa, ut nos hodie *Fastos nostros*, id est, Calendaria solemus, illa quæ perpetua vocantur, & distinguente bulla notari amant.

vers. 13. *subducta vestimenta sibi dispensatoris in balneo*] quas in apodyterio, ubi vestes lauari reponebant, negligenter custodiebat. Fuisse apodyteria iuxta balneas, ipse usus etiam hodie docet. Rader. ad Martial. libro 12. epig. 58.

vers. 18. *Non tam iactura me monet*] Sic in Priapei. carmin 55.

Non mouet amissi tam me iactura pudor q̄

Quam præbent iusti, &c.

Schop. in Comment.

v. 19. *vestimenta mea cubitoria*] Leg. *accubitoria*. Romanis alia vestis domestica, alia forensis. inter domesticas cœnatoria, quam non vas videre publicam lucem. Mart. lemm. *Cœnatoria*;

Nec fora sunt nobis, nec sunt vadimonia nota:

Hoc opus est pictis accubuisse thoris.

Lips. Saturnal. lib. 1. cap. 2. At Petron. *cubitoria* voluit, ut Plaut. Af. in. & identidem *cubare*, pro *accubare*. *Cubitoria vestimenta*, ut *cœnatoria vestes*, Capitolino in Maximin. tricliniaria. Theod. Marcilius ad Pers. Sat. 1. vide Bayfium de Re vestiaria.

v. 31. *Tyria sine dubio*] vestis triclinaris mollior & coloris exquisiti argumentum est solutorum morum. satis constat ea aetate, qui elegantiores videri volebant, comatoria & vniuersam vestem tricliniarem splendidissimam habuisse. In dibapha igitur purpura, & in coccinis aut hyacinthinis discumbebant. Casaub. Comment. in Persium Sat. 1.

ibid. *sed iam semel lota*] Leg. *sed haud semel lota*, ut dibapha significet. Lips. Saturnal. libro 1. cap. 2. Ita ille mutat. contra Petronianus iste nugo vult, Tyria quidem esse, non tamen dibapha. Et intellige, *sed iam semel*, id est, *sed tamen*, ut L. Senec. ep. 6. *Intelligo Lucili non emendari me tantum, sed transfigurari. Nec hoc promitto iam aut spero, nisi in me superesse quod mutandum sit, &c. pro, nec hoc promitto tamen, &c.* Extenuat dispensator iste rem ciuilitatis. itaque & sequitur, *Quicquid ergo est, dono vobis.* Marcellius ad Pers. satyr. 1. *Sed iam semel lota*, id est, non bis tincta murice seu purpura. Barenius explosa Lipsiana commendatione ad Claud. n. 1958.

vers. 28. *Vinum dominicum*] Inscriptio Romana apud Vellereum in Monument. Augustae; *Merum profundito Nigrum Falernum, aut Sestinum, aut Caccubum, Vino ac volenti de apotheca dominica.*

v. 30. *pueri Alexandrini*] Aegyptiis, quos infra vocat, Aethiopiibus. vide Goldasti Animaduert. ad VVinsbeck. par. 1. Parznetio vet.

ibid. *aquam in manu niuatam*] id est, ut loquitur Seneca, *multi niue inclusam*, ut frigore refrigeraretur aliena: vel ex niue coctam. Decoquebat veterum luxuria niues, easque percolabat. vnde *ninarium colum* Pomponio in L. in argent. D. de aur. & argent. leg. & Martiali libro 14. lem. 103. eidemque *ninarium saccus*, lem. 104. quibus niues attenuabant. Plin. lib. 19. cap. 4. *Decoquant alias (niues) quas mox & illas hyemant.* Decoctas quippe niues, & spissis vimine qualis inclusas, aut infusas vitro, rursus in niuem mergebant. vnde *decocta dicta aqua niuata*, quae Martiali *niuea cocta*. Est autem Neronis inuentum Plin. lib. 31. c. 3. *Neruius principis inuentum est, decoquero aquam, vitroque demissam in niues refrigerare.* quem sub persona Trimalcionis Satyrice irridet Petronius. Sauaro ad Sido. lib. 2. cap. 2. And. Baccius de Vinor. histor. lib. 6. Rader. ad Martial. lib. 14. ep. 107. & 108. In vsu lauatio fuit olim, & iam est: etsi diuerso atque alio ritu. Nos ante mensam laua

hoc eorum luxus stetit, imò etiam fercula ad symphoniam inferre mos erat. Petronius infra; subito signum symphonia datur, & gustatoria pariter a choro cantante rapiuntur. Sereus Sammon. in fragmentis apud Macrob. Lindenbrog. Not. in Catalect. Dicam infra.

pag. 62. v. 2. non minus me acido cantico excep.] fort. acuta cat. Martianus Capella; Uox aut acuta est aut gravis. Sonus gravis est, cum ex intima spiritu trahitur: acutus, cum ex superficie auri emittitur. Stat. 6. Theb.

Et lituis aures circumpulsantur acutis.

Sic infra, ubi legitur; Ægyptius puer, atque ipse etiam teterrima voce de la serpiciario mimo canticum extorquet: conseo corrigendum, tenerrima voce, pro, gracillima, qualis esse puerorum solet, quod & V Vouvverum notasse video.

13. a. pantomimorum.] Rigaltius Not. ad Phædrum li. 5. fab. 88. Adeo verò prisca illi symphoniaci pueri in deliciis, ut etiam nomen proprium inubnerint. Gloss. vet. Fabiarum, cantores.

v. 5. gustatio valde lauta] aliis gustus, est exordium cœnæ, seu antecœnæ. Rader. ad Martial. l. 11. epigr. 16. Rosin. Antiquitat. Roman. l. 5. c. 29.

vers. 7. Cui locus nouo more primus seruab.] Regio sc. & Imperatorio more. Festus; In conuiuiis solus Rex supra omnes accubabat. Dittmarus Merspurgensis in Othone Imp. libro 4. Chronic. vide Sauaronem ad Sidonium libro 1. ep. 11.

v. 8. in promulsidari] i. e. in gustu. Rader. ad Martial. li. 11. epigr. 16. Describitur hic gustationis laterculum, siue rostrum, vide Casaubon. Animaduers. in Athen. l. 2. c. 17. In al. in promulsidæ danda. Leg. in promulsidariis. Vlpian. L. etsi non sunt, g. argento, D. de aur. & arg. leg. promulsidaria vasa appellat. hic promulsidaria intelligit cibos, qui in gustu. Lip. Epistol. quæst. lib. 3. ep. 2. Vlpian. autem vasa, quibus cibos vel promulsidem apponebāt. Baysius. Leg. in promulsidare eo exemplo, quo postea; Canemus hoc est, ixius cœnæ. Græca forma. Gell. l. 9. cap. 2. Petit as sibi dari, eis æpruc Palmer. in Spicileg.

v. 9. Asellus erat] vix adfentior Scaligero, asellum fuisse vas, sequentia verba Petronij aliud mihi dicunt. Iungerman.

ibid. Corinthius cum bisaccio positus] L. Corinthiis. Corinthia autem pro vasis Corinthiis, ut ferum, Numidica,

P

Afr

Africana, cōcreta pro abstractis dicimus. *Pasmerk*. in *Spicileg. Perperam*. *Askelus Corinthius* est ex are Corinthio factus, à forma sic dictus, onustus duobus hinc & inde saccis, quibus ferculorum lances & parapsides in mensa imponebantur. Cuiusmodi est, quam nos Germani *geissam*, h. e. capram, similiter à forma dicimus, propter cornuum bigam, quasi *δίσκογ*. Apud Helueticos ejdem vsui destinatum vas, *Bisuss* dicitur: interim etiam *Bisack*, plane ut hoc loco apud Petronium, *Bisaccium* intellexit Ouid. 1. *Metamorph.* in re gemina germana;

Ponitur hic bicolos sincera bacca Minerva.

Gallis hodie & Alamannis *Bisack* etiam dicuntur assuti utrimque more nostrò sacci manicarum & femoralium. Salomo Constantiensis Episcopus, vel potius Ifo Magister Sancti gallensis, Salomonis (ut Goldastus noster in Alamānicis docuit) præceptor, in Lexico; *Mantica, bargola, visaccia*.

v. 16. *tomacula*] Martialis lib. 14. Platina Cremonē. lib. 6. *hiscium* appellat, quod cum descripsisset, subiicit; *Tomacula* hac vulgus appellat, qua fortasse melius *omacula* cum inuoluta omento fiant, dicerentur, vel *tomacula*, ut Martialis placet. Sed non placet: *omacula* pro *tomaculis* dico: Raderus ad Martial. l. 1. epig. 35. Item Martialis l. 14. epig. 191.

Parna tibi curua craticula fudet ofella.

Ofella pro *tomaculis* posuit, quæ craticulis imponuntur torrenda. Idem Rader & in Comment.

v. 18. *Syrīca pruna*] quæ omni Latinis Græcisque, & Gallis hodie *Damascena*. Rader ad Martialem libro 13. epig. 29.

ibid. *In his eramus lantitiis, cum ipse Trimalcio, &c.*] More Octau. Augusti, de quo Sueton. cap. 74. *Conuiuia nonnunquam & serius inibat, & maturius relinquere bacium conuine & cenare inciperent priusquam ille discumberet, & permanerent digresso eo.*

v. 20. *posita*] quæ in cervicalia minutissima expressit imprudentibus risum] quia vulgo vno tantum puluinari utebantur. Apuleius li. 7. Et in summo puluinari locatus, cœna & poculis magnis inaugurat. Quod & capitale. In Vitis Patrum lib. 4. Videns eum Ægyptius vestitum mollibus rebus, & mattam de papyro & pellem stratam sub ipso, & medicum capitale sub capite eius. Si Encolpius hodie ad Sueuos Algonios & Helueticos Turgouios veniat, apud quos

quos tenuissima subtilissimaque texantur lina, quid putas quæso dicturus sit, ubi videat in lectis struem minutissimorum cervicalium sex, octo, decem, interim etiam plurium, ad ostentationem lautitiarum paratorum? Iacobus Gaudensis Monachus in Aerar. aureo Poëtar. *Analectides dicuntur modici cuspini, ad exaltandos humeros apti.*

v. 22. *Pallio coccino adrasum incluserat caput*] Græci Romanique capite intecto: qui delicatiores, capite incedebant palliolato, non sine suspitione luxus. Senec. de Mæcenate; *Hunc esse, qui in omni publico cætu sic apparuerit, ut pallio velaretur caput, exclusis utrimque auribus.* Plutarchus superbiam Demetrii taxans, *Domino stante, inquit, ipse accumbebat, ἔχων δὲ αὐτὸν χεῖρ ἡ κεφαλὴ τῆ ἰμάτιον.* Lips. de Amphith. c. 20.

v. 23. *Circaq; oneratas veste cervices laticlavianam immiserat mappam*] (*clavi*, quibus honoris causa utebantur Senatores vel Tribuni vel Equites, non erant consuti vesti, sed supra eam demissi in pectus vsque, alij arctius, alij, latius, ut rectè Horatius dixerit;

— *Latum demisit pectore clauum.*

Acro ad illa verba; *Prætextam & latum clauum.* *Latum clauum purpuram dicit, qua in pectore extenditur Senatorum.* Græci τὸ κολοβιστῆρα vocant. usum eius retinent Principes, inicientes vesti à cervice ad pectus indumentum ex purpura, vel pellibus preciosis muris Pontici, vel alijs, dum Regio habitu prodeunt in publicum. Cuiac. Obseruat. l. 12. c. 39. *Clavi non tunicis solum adsuebantur, sed & suppellectilib; præsertim triclinari. Linteorum toralium, duos clauos habentium latissimos, meminit lib. 16 Ammianus. Linteorum & mätillum clauatorum in Alexandro Lamprius, facitque duo genera cocco vel auro clauatorum: fiebant enim clavi, qui accessionis loco vestibus cedebant, ut scribit Vlpianus, è cocco vel purpura vel auro.* Hieronym. in Esaiam lib. 1. *Tunicam μεσσηρίαν, id est, clauatam purpura.* Casaubon. in Ael. Lamprid. Martialis l. 4. epig. 46.

Et lato variata mappa clauo.

i. e. clavis purpureis vel aureis variegata. *Clavi in veste vel lati vel angustii vnde latus clauus Senatoria, angustius Equestris vestis: & latus clauus, pro Senatoria dignitate, & angustus clauus pro Equestri.* Hinc irrisorie Noster *laticlavianam mappam* dicit Trimalcioni fuisse lautissimo &

& superbissimo diuiti, quasi non ei homini competentem, sed Senatori. Ramirez Hypomnem. ad Martial. lib. 4. epig. 46. nu. 7. Alij aliter scripserunt. vide Torrentium ad Sueton. Ad Manurium N. de Quæsit. per epistol. l. 2. c. 2. Sigonium lib. 3. de iudiciis, Rosinum Antiquit. Rom. l. 5. c. 31.

v. 24. *immiserat*] pro, *stramerat*, non communi notione, ut apud Ael. Lampridium in Alexandr. Seuer. *Conuiuium neque optimum neque nimis paruum, sed nitoris summi habuit. ita tamen, ut pura mantilia mitterentur, sapius quoque clauata, durata uero numquam.* Ramirez d. loco.

v. 26. *in minimo digito sinistra manus annulum*] Apud Iul. Polucem lib. 2. cap. 1. annulus, qui minimo gestatur, vocatur ob paruitatem *ἀναγής*: sicut *ἀναγάρων*, quo index ornetur.

v. 13. *eboreo circulo lamina splendens*] L. *splendens*, quæ videtur Capitolino dici *costula*, in Maximinis; *Dextrocherium cum costula de hyacinthis quattuor.* Casaubon. in Lamprid. *Splendente refertur ad circulo*, non ad *lamina*, quæ videtur fuisse aurea. *Ebur* namque auro subornari solitum discimus ex versu illo, quem non procul à fine huius Satyrici habes:

Non indum fulgebat ebur, quod inhaeserat auro.

v. 34. *Spina argentea dentes perfodit*] Raderus ad Mart. l. 14. epig. 19.

Pag. 63. ver. 1. *absentinus essem*] al. *absentius essem.* Leg. *absens diutius essem.*

v. 2. *Permittitis tamen finiri lusum*] inter cœnam laudabant aleæ. Sueton. August. c. 72. *Inter cœnam lusimus ægyptius & heri & hodie.* vbi de aleæ lusu, qui senum est. vnde Cic. de Senect. *Nobis relinquant talos & tesseræ.* Sauaro ad Sidon. l. 1. ep. 8.

v. 3. *cum tabula terebintina*] *tabula* erat alueolus, in quô calculos siue tesseræ iaciebant. Sauaro ad Sidon. lib. 5. ep. 27. & l. 8. ep. 12.

v. 4. *Crystallinis tesseris*] *Latrunculi* quoque fiebant ut plurimum ex vitro. Lucan. in Panegy.

— *Vitreo peraguntur milite bella.*
Martialis, *Vitreo latrone clusos.* Fr. Lindebrog. Not. in Catalect.

v. 8. *stantibus adhuc nobis*] dictum sicut *stantibus*, *præstantibus*, *cantantibus.*

v. 9.

v.9. *repositorium allatum est*] sic statim; *Repositorium* rotundum XII. habebat signa, &c. Plin. libr. 18. extremo; Nec non & conuiuijs mensisq; nostris, vasa quibus esculentum additur, sudorem repositorys linquentia, diras tempestates pronuntiant. Græcis dicitur ἐγθῆκη, vt Callixeno apud Athenæum. Glossæ Antiquæ; Enceteria machina lignea, quæ amphora sustinetur. Videntur vsi vocæ Græca, engetheca, quæ hîc leuiter corrupta. Romani prisca vocabant incitegam, vt ad Festum suum obseruauit Scaliger. Iauolenus βῆτον in L. 10. D. de legat. 111. Casaubon. Animaduers. in Athenæ. l. 5. c. 17.

v. 11. *quæ incumbunt omnia*] mutant in incumbant sine lege Dictatoris. Cuius audi edictum infra propositum; Non frueris hac prada, super quam solus incumbis.

vers. 20. *non minus sex libras pendentia*] Legend. *se libram pend.* Gruterus Suspicion. l. 2. cap. 10. Fort. *sexquilibrium*, pro *sesquilibrium*. quin verum puta, *non minus se libras pendentia*.

vers. 22. *penè proieci partem meam*] *Portionem meam.* Ciborum *κλάσματα, μέρη*, partes dici notum. Rigaltius Not. ad Phædrum fabul. 5. singulis conuiuiis distribui solitas. Piccartus Pericul. Critic. cap. 19. *Partes* sunt fercula, quæ unicuique apponuntur in conuiuiio sigillatim vt in conuiuiio *Κοινῶ* quod Athenæus describit, vocatque *μέγας*. Dicuntur etiam *σῆντες*. Moyses Genes. 43. vers. 33. de conuiuiio Iosephi, quo imprudentes fratres in Aegypto excepit; Et mirabantur nimis sumptibus partibus, quas ab eo acceperant: maiorq; pars venit ad Benjamin, ita vt quinque partibus excederet. Samuel 1. Reg. 2. v. 4. de conuiuiio immolatio Elcanæ; *Deditq; Phenenna uxori suæ, & cunctis filiis eius, & filiabus partes*: Anna autem dedit partem unam tristis, quia Annam diligebat. Nec præsentibus tantum, sed & absentibus, partes mittebantur. Plutarchus in Agesilao; *ἅμα δὲ αὐτῷ εἶδον θυγατέρας, & δίδωμεν μέρη τοῖς φίλοις*, &c. Esdras lunior lib. 2. (qui vulgo 3.) cap. ult. v. 52. *Digressi ergo manducate pinguisima quaque, & bibite dulcissima quaque, & mittite munera his, qui non habent*: hoc est, partes. Hermas lib. 3. Pastoris cap. 5. *Conuocatu amicis paterfamilias misit de cæna sua seruo illi partes complures, quas cum accepisset ille, sustulit ex eis quod sufficiebat sibi, reliquum autem conseruis suis distribuit.*

v. 25. *Hic nescio quid boni debet esse*] verbum debet ele-
M m ganter

ganter vsurpauit, pro necesse est vt insit. Sic & Lucret. crebro vsurpat, vt Plautus verbum oportet. Schopp. Explanat. in Mostel. 2. 4. sc. 2.

v. 26. *pinguissimam ficedulam piperatam*] Martialis l. 13. epig. 5.

Cerea qua patulo lucet ficedula lumbo,

Cum tibi forte datur, si sapis adde piper.

sine pipere enim fatui est saporis. *Ceream* dicit, quam hoc loco Petron. *pinguissimam*, *πετρωπιμωτ*. *pinguia* enim cerea videntur & mollia. Rader. in Comment. ad Martial.

v. 27. *Iam Trimalcio eadem omnia lusu intermisso poposceras*] fors est vt rectius legatur, certè elegantius, *alia omnia*. quæ locutio prouerbij speciem habet, vt ab alijs est obseruatum.

v. 29. *feceratq; potestatem clara voce si quis nostrum iterum vellet, minus sumere*] mutant in *sumeret*, imperitè. *fecerat potestatem sumere*, est Græcismus, pro *sumendi*. Sic loquitur & Iustinianus Imp. siue potius Trebonianus in Instit. Iuris l. 2. tit. 7. de Donation. §. 2. in fi. *Licentiam præstitimus certis ex causis eas renocare*. Et tit. 9. *Per quas personæ cuiq; acquirit*. §. 2. *Vt etiam esset eis licentia alij filio, vel extraneo donare, vel vendere, vel quocumque modo voluerat, adplicare*. Et ibidem; *Tertiam partem retinere licentiam habebat*. Et tit. 10. de Testam. ordin. §. 10. in fi. *Nec heredi, neque alijs personis licentiam concedimus, sibi quodammodo testimonia præstare*.

v. 31. *cum subito signum symphonia datur*] Symphonie signo dato inferebatur & auferebatur cœna. Sammonicus Serenus ad Seuerum Principem; *Cum intersunt conuiuium sacro, animaduerto hunc piscem à coronatis ministris cum sibi cine introferri*. Sauaro Not. ad Sidon. l. 1. ep. 2. Dixi suprà.

v. 34. *parapsis*] adi Sauaronis Not. ad Sidon. l. 2. ep. 9. Rader. ad Martial. l. 11. epig. 16 *Argenteas fuisse parapsides* patet ex L. 19. §. 3. D. de aur. & arg. leg.

Pag. 64. v. 3. *lecticarius*] *supellecticarius* alij legunt. Rader. ad Martial. l. 14. epig. 72.

ibid. *argentumq; inter reliqua purgamenta scopis verre*] *scopis* pauimenta seu assarota negant verri, quod ex Iu uenali & Plinio refutat Domit. Calderinus. Sed Calderinum refellit Alexander Neapolit. l. 4. cap. 21. Verior tamen Calderini sententia, pro quo apertus est hic Petronij

tronij locus. Rader. ad Martial. l. 14. epig. 73. Gruter. ad Senec. epist. 27.

vers. 8. *minorem nob. astum sua frequentia facient*] Mon-
stri simile, vt ætate media triclinium frigeat homi-
num multitudine. L. *sua infrequentia*. scilicet seruos ali-
quot exire iusserat Trimalcio, mitigandi ætus: quem
constat intendi spirituum illa indiscreta copia. Gruter.
Suspici. l. 5. cap. 12. Aliàs legitur, *sublata frequentia*. neu-
trum probè: & puto vulgaram lectionem intellegi & to-
lerari posse.

v. 9. *amphora vitrea diligenter gypsata*] nuce, pice, & re-
sina oblita & clausa, amphoræ seu testæ seu lagenæ pica-
bantur, ne anima vini reconditi expiraret, vinumque fu-
geret. Rader. ad Martial. l. 11. epig. 14.

v. 10. *pittacia erant affixa*] Balbus Catholico; *Pistaci-
um*, epistola brevis & modica: item scedula de membrana
excisa. Isidorus Glossis; *Pistaciuncula*, membranula. Britto
in Vocabulario.

v. 11. *cum hoc titulo*] amphoris titulos appositos, vel
Iuuenal. versibus Sat. 3. satis liquet;

*Cras bibit Albanis aliquid de montibus, aut de
Setinis, cuius patriam titulumq. senectus
Deleuit, multa veteris fuligine testa.*

Eorum formulam prodit huc Petronius. Brissonius libro
8. de Formul. in quibus Galeno teste, scripta erat ætas, id
est; quo tempore quibûve Consulibus vinum esset con-
ditum. Brodæus Miscel. lib. 1. cap. 3. Rader. ad Martial. l. 9.
epig. 74.

ibidem. *Falernum Opimianum*] L. Opimio Cos. V. C.
D C X X I I I. vini optimi copia prouenit; quod dif-
fusum & conditum dictum est Opimianum cuiuscunq;
generis esset. Rader. ad Mart. l. 1. epig. 24. & l. 7. epig. 65. &
l. 13. epig. 106. quod est de Falerno.

v. 14. *ergo diutius viuit*] viuere dicitur vinum, vt con-
tra ngulari, mori, & veneno necari, per metaphoram. Ra-
mirez Hypomnem. ad Martial. l. 1. epig. 19.

vers. 16. *heri non tam bonum posui*] ponere vinum etiam
Martial dixit l. 4. epig. 76.

Tu Setina bibis semper, vel Massica ponis.

Raderus in Commentar. Pocula enim vino plena in
mensis vnicuique conuiui apponebantur: nec vini tan-
tum, sed frequentissime ferculorum appositionem apud
Martialem hoc verbum significat. Ramirez Hypom-

nem, ad Martial. l. 1. epigramm. 44. num. 4. & lib. 2. epigr. l. num. 4.

v. 19. *[larvam argenteam]* quo sensu Apul. *scelotum* dixit, qui & ipse *larualem* formam appellat, & *laruam*. Et vet. Glossæ; *Σκελετός, larua scelotus*. Sed & hominis nihili, *larua*. Scip. Gentilis Comment. in Apul. Apolog. nu. 613. Erat *oscillum* sigillarium sic aptum & coagmentatum, ut articuli vertibulæque, quibus commissum erat, in omnem partem flecterentur, & figuras omne genus exprimerent. Id in conuiuium inferebatur, quo breuitatis vitæ monerentur. Bulengerus de Theatro l. 1. cap. 31. & cap. 35. Aufonius; *Simile ut dicas ludico isto, quod Græci σωματῶν vocant, oscilla ea sunt. Ad summam quatuordecim figuras geometricas habent. Sunt enim aquilatera, vel triquetra, aut recti anguli vel obliqui, vel isopleura: orthogonia quoque, vel scalena. Harum vertibularum varijs coagmentis simulantur species mille formarum, &c.* Huiusmodi laruz in medium conuiuium iaciebantur, & ex illis eas figuras rex conuiuij exprimebat, ut mutationis & breuitatis vitæ commonefaceret, & propterea bibendum, ut nihil de fructu huius vitæ periret. Nam alioqui semper in conuiuiis mortis mentionem iniiciebant, & caput mortui, ubi laruz copia non erat, in mensa apponebant, vel è triclinio suspendebant. Epigramma Græcum;

ὦ πῶχον χάρισσα πλουπλήν, ἀπολαύμῳ
αὐτῇ κ' ὀροσερῶν ἐν πετάλῳ εἴφαι.
ἤπειτα φθιμένοιο ποσάσιον ἰερὸν ὅς ἐστι,
ἐγχεφαλὴ ψυχῆς πρὸς ἄλῃον ἀκρότατον.
πῶς, λέγῃ τὸ γλυμμα, εἰ δ' ὀνειδὲς ἀφελείσῃ
ἀνθρα τοσῶτοι γινόμεθ' ἐξαπίνης.

quæ ad verbum interpretantur Petronium. Scaliger Aufon. lect. l. 2. c. 25. Et Aegyptij ceream in conuiuium circumferebant mortis imaginem, ut conuiue de morte admoniti largius se inuitarent, genioque suo benignè facerent, quod animam vnà cum corpore putarent nonnulli interire, ut est apud Herodotum de Aegyptiorum institutis. Idem in hoc conuiuium Trimalcio obseruauit. Raderus ad Martial. l. 2. epigram. 43. Antiqui hoc ritu ad mollietatem & voluptatem inuitabant, qui larvas quasdam in mensam inferre soliti, sic aptas ut articuli vertebræque, cui commissæ erant, in omnem partem flecterentur, variâque figuras exprimerent; ut hac ratione conuiue breuis vitæ celerisque mutationis commonefacti in solutam

bulari

hilaritatem irent, omnibusque, dum liceret, deliciis adfluere. sic impij illi in libro Sapientiz, *Vmbra transitus est tempus nostrum, & non est reuersio finis nostri. Venite ergo & fruamur bonis quæ sunt, & utamur creatura tamquam in iuuentute celeriter. Vno pretioso & vnguentis nos impleamus, & non pratercat nos flos temporis. Coronemus nos rosas antequam marcescāt: nullum pratum sit quod non pertransceat luxuria nostra. Nemo vestrum exors sit luxuria nostra: ubique relinquamus signa latitij: quoniam hæc est pars nostra & hæc est fors nostra. Vbi verò larum eius copia non erat, craniū in mensa apponebant, & manibus versabant, vel è triclinio siue stibadio suspendebant in eundem illum finem. Nos aliter imbuti, vt non ad luxum & voluptatem mortis memoria duci debeamus; sed multò magis absterri. Latari tamen in tempore etiam suadeo, nec subtrahere corpori delicias penitus, sed temperare: edere, bibere, ludere, sed intra continent & sanctissimæ fines. Puteanus in Genial. sermon.*

V. 20. articuli eius vertebraq;] Lucilius apud Festum;

Hæret verticuli adfixum in posteriore

Parte, atque articulis, vt nobis talus, genuq; est.

Vertebra generaliter dixit pro σπόνδυλοις. Titius Assertion. l. 2. cap. 22. Sic & Aufon. *vertibulas* vocat vel σχα-
σμελας, vel simile quid, in eleganti oscillorum descrip-
tione; *Harum vertibularum*, inquit, *varijs coagmentis*
simulantur species mille formarum: elephantus bellua, aut
aper bestia, anser volans, &c. Casaub. Animaduers. in A-
thenæ. l. 4.

V. 22. & catenatio mobilis aliquot figuras exprimeret] eiusmodi simulacra vocantur αὐτίματα & αὐτοκίνητα, Græcis, quorum vel singula vel vniuersa membra certis nervis vel fidiculis vel catenulis in hanc vel illam partem cum quadam venustate & conuenientia, sua sponte mouebantur. De quibus Herodotus in Euterpe; Ἀντί δὲ φαλλῶν ἀλλὰ σφί δὲ ἐξευρημένα ὄντων τε ἀνθρωπεία ἀγάλματα νευρόπασα, τὰ ἀεικονίζοντι καὶ κίματα αἱ ζωαῖκες. Et Lucian. de Dea Syria; πολλὰς ἑλλήνας τῶ Διονύσῳ ἐγ-
ρον, ὅτι τῶ καὶ τοιαῦτα τε φορέουσιν, ἀνδρῶν μορφὴς ἐκ ξύλου ποικιλόμεναι, μεγάλα αἰδέεσθαι ἔχοντες, καλεῖται δὲ τὰ δὲ νευρόπασα. Ergo αὐτίματα sunt νευρόπασα ἀγάλματα, de quibus & Horatius l. 2. sat. 7.

Tu mihi qui imperitas, alijs seruis miser: atque

Duceris, vt nervis alienis mobile lignum.

M m 3.

Qui

Qui eiusmodi simulacra ostendebant, *νευραῖς αὖ* dicti. Aristotel. de Mundo; *Καὶ οἱ νευραῖς αὖ μὴν μὲν ἰδὼν ὁμοπαράλλως αὖτοισι καὶ αὐχένα κινῶσαι ἐχειν τὸ ζῆν, καὶ ἄρα, ἐὶ ὀφθαλμῶν. ἔστι δὲ ὅτε πάντα τὰ μέρη μετὰ τὴν ἀρρυθμίας.* Apuleius de Mundo; *Etiam illi, qui in ligneolis hominum figuris gestus mouent, quando filum membri, quod agitare solent, traxerint, torquebitur cernix, nutabit caput, oculi, vibrabunt, manus ad ministerium praesto erunt, nec inuenisse totus videbitur vivere.* Budæus in Commentar. L. Græc. Hen. Stephanus in Thesaur. L. Gr. Vulcanius ad Apul. de Mundo.

vers. 25. *Hen hen nos miseros*] hos tres versus ita etiam iundim citat Iac. Magni in Sopholog. l. 7. cap. 1. quem vide.

v. 26. *Sic erimus cuncti*] In Sophologij d loco legitur, *Nil erimus: mendosè.* Scalig. putauit deesse versum pentametrum, itaque interposuit asteriscos hoc modo;

Hen hen nos miseros, quia totus hominatio nil est.

* * * *

Sic erimus cuncti, postquam nos auferat Orcus

Ergo vinamus, &c.

in Cat. dect. contra fidem antiquorum codicum & consensum constantissimum.

v. 27. *Ergo vinamus*] hoc sermone laceſſebant latitiam. Inscript. *Amici, dum vinimus, vinamus.* Lipsius in Saturnal. Hac dictione *vinamus* utimur, quoties aliquem ad fruendas nobiscum voluptates cohorratur: & que poëtis est perfamiliaris, & inter pocula vſitatissima, pro, genit. liter *vinamus.* & *vitam* eam demum vocant poëtæ, quæ voluptuaria est. Gilb. Cognatus in Adag. apud Hebræos verò *vinendi* vox pro beatè viuendi per antonomasiam ponitur. Esaias 26. *Morientes non vinant, gigantes non resurgant.* gigantes vocat homines violentos & tyrannos, quos ad beatam vitam ait non resurrecturos. Zuinglius Apolog. Complanat. Isaia cap. 26. Hic autem extremus versus non est Petronij: quem multi sequius accipiunt, quàm auctori suo scriptum est, illi in bonam & piam partem, hic in deterrimam vertit. Nam *vinere* poëtis est, genio, voluptatibus, comestationibus, potationibus assidue vacare & indulgere: vt exemplis Catu'li, Cæc. Iij. Lucillij, Varronis, Anacreontis & Amphididis docet Radierus ad Martial. lib. 1. epig. 15 & lib. 2. ep. 43. Adde Ioan. Brodæum in Annotat. ad Antolog. libro 1. epigr.

rpigr. Palladæ εἰς πλοῦτος, & Vincent. Obsopœum ibid. Anto. Parthenium, Pallad. Fuscum, Muretum, Achil. Stadium ad Catul. epig. 5.

Ibid. *dum licet esse, bene*] malè interpungitur vulgo, & planè tollenda ~~interdum~~ post esse, — *dum licet esse bene. Bene esse*, *ἡμῶν* vitam omnem voluptuariam complectitur. Origo formulæ, quòd cui omnia secunda velent, ei precarentur, *bene esse*. Guilelm. Plaut. quæst. in Epidic. c. ult. Etiam apud Hebræos. David. Psalm. 16. in princ. *Præter te non est mihi bene*: id est, sine te nihil mihi volupe est, non possum vivere.

vers. 28. *ferculum infecutum est*] *ferculum* pro missu carni-um. Stukius Antiquit. conuiuium. libr. 3. cap. 1. Duo-
bus ferculis instructum erat conuiuium, vnum iuru-
lentarum carni-um, alterum assarum. Cato; *Et in atrio,
& duobus ferculis epulabantur antiqui*. Sidon. libro 2. ep. 9.
Conuiuium per edulia nunc iurulenta, nunc assa varietur.
Seruius in lib. 1. Aeneid. Portunianus apud Salisberiens.
in Polycrat. libro 8. cap. 7. Sauaro Not. in Sidon. libro 2.
epigr. 9.

ibid. *planè non pro expectatione magnum*] Infra dicit;
tristiores ad tam viles accessimus cibos.

v. 30. *Repositorium erat rotundum*] *Repositorium* idem
quod *gustatorium*, in quo gustus seu antecœna appone-
batur. Suprà; *Cum subito signum symphonia datur, & gu-
statoria pariter à choro rapiuntur. Gustatoria* cupilla sunt:
Repositoria pro quauis mensa accipiuntur, struicæque
patinarum ædificabantur in eisdem. Rader. ad Martial.
lib. 14. epig. 78.

v. 32. *in orbem disposita, superq; conuenientem*] Leg. in or-
bem disposita super qua conuen. sc. signa. Calaub. in Suetō.
An est tmesis, construendumque *superimposuerat*, vno
verbo, quod & alibi legisse memini.

v. 33. *materia*] edidiorum.

Ibid. *struitor imposuerat cibum*] *Structores*, qui fercu-
la puerorum manibus allata commodè disponunt. Iu-
uen. sat. 6.

Structorem interea, ne qua indignatio desit

Saltantem spectat —

Lipsius Saturnal. serm. lib. 2. cap. 2. Rader. ad Martial lib.
10. epigram. 44. Titus Popma de Oper. seruor. Ammia-
nus lib. 16. *Mensamq; operimentis paribus rectam antio-
rem chlamydia partem utraque manu vehens, intrinsecus*

structuram amens, ut amicis adornaverat, principalesq; res
cuerit.

v.35. *bubalc frustum*] Scalig. legit *bubala*. illud verò 88
Casaub. retinet. Balbus Catholic. *Bubalus* & *Bubalis* in
eadem significatione sc. ad bubalum pertinens, vel de bubalo
existens. Ineptè. Verus Interpres Regum lib. 12. c. 6. *Assa-*
zuram bubala carnis unam. Strabus Glossator; id est, *fru-*
stum boui assatum.

Pag.65.v i. *super cancrum coronam*] Martial. lib.13 ep.
51. de turdorum corona;

Texta rosas fortasse tibi vel diuine nardo:

As mihi de tirdis facta corona placet.

v.2. *super leonem, f.icum Africanam*] hinc illustrari multis auctorum loca possunt, qui *feras Africanas* absolute ponunt, contra interpretum varias sententias. Certum est enim, nullas alias *feras*, quam *leones* intelligi debere. Phil. Pareus in Notab. Palatinis.

v. 4. *Scribilis*] *Leg. scribilis*, ut apud Plautum & Catonem. nam *ῥυγμῶν* *scribilis* à Poëtis metri causa dicitur. alij legunt, *scribilis*, *ῥογμῶν* *scribilis*, quod est torquere: ideo quod in circuitu torqueatur restis in modum. unde nos *sortam* dicimus. Ramirez ad Marcial. lib. 3. *epigramm.* 17. num. 1. *Vera scriptura est scribilis*, est enim *ῥυγμῶν* *scribilis*, quem Græci *ῥυγμῶν*, nos hodieque *scrible* vocamus, voce siue Græca, siue Latina utcumque retenta.

v.5. *super sagittarium, ad opetam*] est *odopeta*, quæ lampetra vocatur, aurita enim est lampetra, & auribus foraminata. Sæuare ad Sidon. lib. 8. cap. 12. Pro *odopetam*, constanter *opetam* lego, nec frustra Glossæ; *Auritus*, *pro-*
trix. Leporem autem hîc intellego, qui *Auritus* dicitur Germanico, Phœnominis:

Auritus leporem sequitur canis, & fugit ille.

Nec inconcinne *super sagittarium*. Hic enim instar Centauri pingitur, nisi quod cum arcu : at Centaurus è thyrso dependentem gerit leporem, in Hygini imaginibus. Nisi tamen magis arrideat *otopetax* de oto vel otide intelligi, de qua aue Athenæus libro 9. *οἱ αὐτοὶ ἐν τῷ τρυφῶν ἀναμύρουσιν ὅτι οὐκ ἔστιν ὡς οὐκ ἔστιν ὅτι οὐκ ἔστιν*. Planè ad sagittarium, cuius maxima pars equina. Sed ne *auriti* vocabulum requiramus, talis Otus, & hinc dicitur. Idem Athenæus, & ibidem, ex Aristotele;

εχει τὴν πλάγαν τὰ ὦτα πλεονεχία διό, καὶ ὠτὸν καλεῖται. Pariter Plinius libr. 10. cap. 23. *Otus bubone minor, noctua maior, auribus plumbeis eminentibus: unde et nomen illi.* Addit: *Quidam Latine asionem appellant.* Annon ab auribus sic exertis? Gesnerus adnotavit. Iam verò quàm ad fercula hæc avis faciat, pauca item Athenæi verba docent: τὰ δὲ ἐπὶ αὐτῶν ἰσθία ὄντι. Eryc. Puteanus epist. ad Goldastum.

v. 5. *super capricornum, locustam marinam*] *Locusta* sunt pisces marini è genere cancrorum, ab illis cauda distantes. Plinius libro 9. cap. 31. ubi *carabi* dicuntur ex Græco. Glossæ; *Locusta, καρχαρόδον*. Aristot. de Natur. animal. libro 8. cap. 2. Sidon. libro 8. ep. 12. ubi Sauaro in Not. Castronus Cretensis in Lexico secundùm Stichæa; *Καρχαρόδον, locusta piscis, ἑστίασμα*. Balbus Catholicus; *Locusta dicitur, quia pedibus sit longis sicut hasta: unde et eam Græci tam maritimam quàm terrestrem astaton appellant.* Vide Robert. Constantinum in Supplement. ling. Lat.

vers. 7. *super aquarium, anserem*] *Anser* veteribus inter ea vocabula, quæ sine præfatione honoris vix nominata. unde infra Petron. *Occidisti Priapi delicias, anserem omnibus matronis acceptissimum.* Et ideo super aquarium arbitror *anserem* impositum, quod ille non tam aquarius ab aqua pura, quàm incesta, Iouis sc. pullus. Planè *Anserem* scorta dicta docet Artemidorus libr. 1. cap. 73 item libr. 4. cap. 85. curque id nomen sortiti sint, prodit idem libr. 1. cap. 21. & 17. Gruterus apud Taubmann ad Plaut. Bacchid. act. 1. sc. 1.

vers. 12. *de laserpiciario minio canticum extorquet*] Legend. puto, *de laserpiciario mimo canticum extorq.* *Mimus* autem *laserpiciarius*, qui tibiam ex caule vel radice laserpitij habebat voci expurgandæ. *Laserpitium* enim, ut Dioscorides scribit libr. 3. cap. 94. *veteribus faucium scabritiis opitulatur, gravem subditoq; irrucescentem vocem dilatum aqua sorbitione confestim expedit.* Eryc. Puteanus epist. ad Goldastum.

v. 18. *videmus infra, scilicet in altero ferculo*] Legend. *ferculo.* Suprà laudationem *ferculum* insecurum est. Primum scilicet sub quo erat alterum isthoc. Romani namque vetustissimi, ut modò dictum, epulas magnificas binis perculis distinguebant, non singularibus patinis, ut perperam existimavit Stuckius, sed patinarum

struicibus. Eam frugalitatem Cato prædicat; cuius æmulationem luxuriæ ritu Martis marcebant mœnia. De Augusto scribit Sueton. c. 74. *cenam trinus ferculis, aut, cum abundantissimè, senu, præbebat, ut non nimio sumptu, ita summa comitate.* Ergo ferculum. quod hodie in Aulis Eingang. Primum ferculum, der erst Gang. Alterum ferculum, der ander Gang. apud plebeios etiam eih Auffstall. Ex quo patet, quantula particula tantum de luxuriosissima ista Trimalcionis cœna supersit, quippe cuius præter gustationem & bina ista fercula nihil reliqui habeamus. Numerosa autem fuisse apposita hand dubiè credentibus persuaderi faciliè potest, & Salisberiensis omnem scrupulum eximit.

v. 23. *pisces qui in Euripo natabant*] Sidon. c. 22.

*Facilis Euripus propter: cadit unda supernè
Ante fores pendente lacu, venamq; secuti
Undosa inueniunt nantos cœnacula pisces.*

Est ergo Euripus, ductus & conceptaculum aquarum: ita usurpauit Cicero, Vitruuius lib. 7. c. 5. Frondinus de Aquæ ductu lib. 2. Ammianus lib. 22. *Vetus inde fons Euripus pragelitus, Saur.* Not. ad Sidon. Rectè ergo Hesychius: *Εὐρίπῳ, ὁ ὕψιστος ὁ δὲ ὕψους.*

v. 28. *proceffit statim scissor*] Scissor, quem post Carpum, Iuuen. carptor, qui ut Sidonius, eundem chironomantæ cur dixerit Saty. 5. — & chironomanta volanti Culicello, indicat hic locus Petron. & alter Senecæ libr. Epist. 6. *Cum ad cœnandum discimus, alius sputa detergit, alius pretiosas aues per pectus & clunes certis ductibus circumferens eruditam manum in frustra excutit. eos ipsos diribitores Apul. 12. Lipsius Saturnali. 1. 2. c. 2. eumque secutus Titus Pompa de Oper. seruor. verbo, Struictores. Quos perstringens Ios. Mercerus de chironomis hunc ad modum scribit; Translati isti artifices à theatro ad conuiuium; ubi ad numerum saltarent, & mouerent scissorium illud gladium quod Petron. hoc loco dixit, ad symphoniam gesticulatus lacerabat obsonium. Imposuit viro magno locus Iuuenalis, quasi struictor dictus fuisset etiam Chironomon. At in eo scriptum est, — Saltantem & Chironomanta; ὁ ὕψιστος; non struictorem & chironomantæ quod nomen Carpo huic Petroniano nō magis adstruit Iuuenalis ille locus, quàm Sidonij ille alter, quem addit, Inter Apicios & Byzantinos chironomantes. Nam & ibi nihil aliud quàm saltantes. Not. ad Aristanetum 1. 1. ep. 26. eadem.*

eidemque subscribens Ramirez Hypomnem. ad Martial. l. i. epig. 39. n. i. Iuuenalis verba imitatus est Ioh. Salisberiensis l. i. cap. 4. *Suum habet opificem chironomanta ioculanti cultello.* Balbus Catholico; Chironomanta, ioculator quilibet, qui manibus suis ludit mouendo eas cum cultellis. Inuenitur & in eodem sensu chironomon, qui dictus est ioculator proprio nomine quasi per excellentiam leccacitatis & ioculationis.

v. 31. *lentissima voce*] apud Ramirezium in Hypomnem. ad Martial. l. i. ep. 51 legitur, *lentissima.* an leg. *lenissima*? Sed illud magis congruit imperanti, cuius vox esse solet clara & intentior seu vehementior.

Pag. 66. v. 2. *Carpus vocatur*] similis planè lusus est in Mytili nomine apud Martialem, quod Aemilianus ceco & scissori suo imposuit, ut quoties vocaret cocum, imperaret etiam ut secaret vel scinderet obsonia. videndus Ramirez Hypom. ad Martial. l. i. ep. 51.

v. 10. *nummos modio metiuntur*] modius, mensuræ genus maxime capax, in prouerbij consuetudinem venit, ut modio dimensa dicantur, quæ largè copioseque præbentur. Auf. Popma Coniectan. in Varron.

v. 12. *noluisse de manu eius panem accipere.*] quod nos dicere solemus *Es het kein Händt ein stult Brodt von ihr gehommen.*

vers. 13. *Nunc nec quid nec quare, in cælum abiit.*] Leg. *Nunc nequit negari in cælum abiit.* Hoc dicit, ante fuisse pauperculam, nunc beatam & quasi in cælo collocatam, ipsumque adeò maritum Trimaleionem ex lubricine sua ludificari. Schopp Verisim. l. 2. c. 14. *Gerræ Siculæ.* Huic in cælum abiit. confine est, in cælo esse, pro eo, quod est, suprâ modum fortunatum esse ac gloriosum. M. Tullius ad Attic. libr. 2. *Bibulus in cælo est, nec quare scio: sed ita laudatur, quasi unus homo nobis cunctando restituat rem.* Idem alibi ad eundem: *Si verò qua de me passa sunt, ea non seruantur in cælo sum.* Erasmi in Chiliad adag. Vide infra ad illa verba, in cælo positum ad inferos traheres.

v. 14. *topanta*] Leg. *syrophanta*, ex iis quæ modò diximus. Schoppius d. loco. vel, *hierophanta*. IS. Pontanus in Macrob. l. 2. c. 3. *Nugæ.* Leg. *Trimalcionis τὰ κωμικά* est. Varro *Sesqui-Vlisse*; *Hic omnia erat, & em sacerdos, prator, parochus.* Demosthen. *καὶ ἐν τῷ θεῷ ἐν αὐτοῖς.* Lucian *καὶ ἐν τῷ θεῷ ἐν αὐτοῖς.* Lipsius epistol. quæst. l. 3. ep. 2. *Topanta das fac totum.* ut Germanicum verbum habet.

vers. 15. *mero meridie si diceris illi tenebras esse*] contra Plant. Bacchidib. a. 4. sc. 4.

CH. *Quid dixit? MN. sicut illum solem, sibi solem esse dixeru.*

[*Se illam lunam credere esse, & noctem qui nunc est dies.*

vers. 17. *Cenam Trimalcionis*] Ioh. Salisberiensis de Nug. Curial. l. 8. c. 7. Sed quod sine rubore fidelium dici vel audiri non potest, infidelibus (teste Macrobio) plura turpiter & luxuriosa videbantur, quae saculo nostro placent, & obtinente luxu magnifica appellantur. Nam Titius in Suatione Legu Fannia obijcit saculo suo, quod porcum Troianum mensis inferant; quem illi ideo sic vocabant, quasi aliis inclusis animalibus gravidum, sicut Troianus ille equus gravidus armatis fuit. Cenam Trimalcionis apud Petronium, si potes, ingredi. & porcum sic gravidari posse miraberis: nisi forte admirationem multiplex ignota & inaudita luxuria tollat. Et multa quidem, quae nos usu vel abusu docti non miramur, visa sunt admiranda, imo & stupenda maioribus. Nam & porcum non iam Troianum, sed domesticum dicimus, & in hunc modum faciendi quam plurima facimus esse Troiana.

vers. 13. *Morsum Thracem*] al. *Morsum*. Sunt qui legant *Marsum*, & intelligunt Domitium Marsum, cuius Ovid. & Sueton. meminere, & de quo Martialis est versus;

Quam lenis in tota Marsus Amazonide.

Conr. Gesnerus in Bibliothecae Epitoma.

ibid. *memorata est*] Leg. *immorata est*. Lipsius Epistol. quæst. l. 3. ep. 2. Fort. *remorata est*, ut habet V. C. probò sensu.

vers. 25. *Rogo, inquit Magister*] indubiè alloquitur Grammaticum Criticum, nam Grammaticos Magistros & Professores appellari solitos docent veteres inscriptiones, & illi apud Sueton. de Illust. Gram. in Palat. *Vis tu magister, quoties festinantem aliquem vides, abligare?* Et in Probo; Numquam ita docuit, ut magistri personam sustineret. V. Vovver. Polymath cap. 4. Adeò ut inde etiam cognomina illis cesserint, ut dicerentur, *Dofstheus Magister, Tomas Magister, Benedictus Magister*, &c. quorum libri circumferuntur. Nec Magistri tantum, sed etiam Grammatici; unde disertissimus Danie Historigraphus, Saxo Grammaticus, nomen invenit. Qui hodie dicantur Magistri, notum est: de cuius nominis origine suprà aliquid retulimus, ut & de scolasticorum.

da.

de quibus multa valdè eleganter Goldast. in Not. ad Hieracis Facetias.

v. 17. *honestiorem* [elegantiorem, meliorem, tersiorem, nitidiorem. Columbanus--- *sermonis honesti*. vbi Goldastus in Notis.

v. 9. *Luxuria rictu*] Publij Syri Mimi in luxum Romanorum. Scalig. in Catalect. Inuehitur in Romæ luxus. H. Iunius Animaduers. l. 6. c. 15. Iuuenalis;.

— *Quis feret istas*

*Luxuria sordes? quanta est gula, qua sibi vates
Ponit apros, animal propter conuiuia natum?
Panâ tamen præsens, cum tu deponis amictus
Turgidus, & candum panonem in balnea portas,
Hinc subita mortes, atque intestata senectus.*

Hinc Varro quoque Satyram *æci idiomatum* scripsit. Duteanus Genial. sermonum libro.

ibid. *Martii marcent mania*] nemo ex interpretibus vidisse videtur *mania* veteri scriptura munia hoc loco significare, ut queratur Publius, Martis munia, Romanis antehac decus & gloriam patientia, luxuriæ viribus proruta torpere. Cuius generis querelæ ex Satyra Sulpitiz, Gratiij Cynegetico. Iuuen. Sat. 6. Sulpitio Seuero & Claudiano notæ Si tamen illud vulgare magis placet, *Martii mania* nulli dubium, quin Romam significet, quam & Erinna Lesbica hoc versu adloquitur:

Χαῖρε μοι Ρώμη θυγάτηρ Ἀπὸ Κ.

Et Iuuenal. in eadem materia dixit Sat. 6. — *Pauperes Romana perit*. Barthius Ablegmin. Critic. l. 2. c. 18. cuius polteriore explicationem comprobamus.

v. 30. *Clausus pano pascitur*] Leg. *lautus pano nascitur*. Scalig. in Catalect. vel, *Samius pano p.* Cum de iis sermonem instituerit Publius, quæ proculallata de quæ longinquis regionibus accersita, luxuriam Romanorum instruebant, conuenienter *Samium panonem* nominat. eos autem ab Samo petitos facile fidem fecerit Varro de R. R. lib. 3. c. 6. Barthius Ablegmin. Critic. l. 2. c. 18. acutiùs quàm probabiliùs. Nam pauones olim caueis inclusi, ut hodie anseres in Germania, pascebantur: quos cum Romani in deliciis quidem, sed extra cibum, initio haberent, ut nos hodie papageios & psittacos, primus mensæ inferre ausus est Hortensius. Terrullian. de Pallio; *Præcidam gulam, qua Hortensius Orator primus panum cibi causa potius occidere*. In Iudæam ex India primus indu-

xix Salomo Rex, de quo 3. Reg. 3. sic legitur; *Clasis Salomonis de ferebat aurum, argentum, dentes elephantorum, simias & paucos.*

v. 31. *Plumato amictus auro Babylonico*] *L. auleo* *Babyl.* optimè. cum quid *aureum Babylonicum* sit ne Sphinx quidem cum suo Oedipo sit coniectura. De *Babyloniciis* *saperibus* plurimi, Marcial. lib. 8. epig. 8. *Plumate* autem amictum pauonem elegantissimè dixit, cum nihil illi desit ad exprimendum *auleum*, præter quod plumis vestitus sit, vteribus etiam visitas docet hoc loco VVou-
vver Batthius Ablegm. Critit. lib. 2. cap. 8. & Animad-
uers. ad Claudian. nu. 1530. *Plumatis* vestes innuit, quarum artifices *Plumarios* vocant, qui ex plumis autum vestimenta conficiunt, aut acu variegatim pingunt. Pâ-
cirolus de Magistratibus municipal. cap. ult. VVeitzius
Not. in Prudentij Hamartig. vers. 194. *Aureum* pro pul-
chro & splendido sumi iam pueri norunt, & docebunt
te Apuleij interpretes. etiam *χρυσόν* apud Græcos. unde
χρυσόν Κορρυσόν, *aurea Venus*. Si oculi tui nihil credunt;
nisi quod vident, inspicie sodes pauonem, & resplende-
bit tibi splendorem planè aureum, aurumque maximè
fuluum imitantem. Et *aureum* esse paui epitheton ex
Officina Ravisij Textoris didicimus. Totum Petronij
versum explicat hisce elegantissimis verbis Tertullia-
nus de Pallio; *Pauo pluma* (Leg. *plumen*) *vestis & qui-*
dem cataclitica, imò omni conchylio depressior, qua colla flo-
rent, & omni pa'azio inauratior, qua terga fulgent. Qui-
bus verbis nihil ad rem afferri aut dici poterat accom-
modatius.

v. 32. *Gallina tibi Numidica*] videndus Vlysses Aldro-
vundus Ornitholog. lib. 14 c. 4.

ibid. *Gallus Spado*] capus: Hadria Iunius in Nomen-
clat: Sunt qui *barbur* Hebraicam vocem capum inter-
pretentur; sed hic capum cum gallo confuderunt, ut
alii etiam nonnulli parum Latini fecerunt, cum tamen,
teste Varrone, in gallinaceo genere villatico *capis semi-*
mares dicuntur, quod sunt castrati. Quare ineptè ab Isi-
doro scriptum est, *gallum à castratione vocari*. Nititur
autem eo solùm argumento, quod veteres abscissos
vocaerent *Gallios*, vel ex malè intellecto Martiale, qui
ait;

*Ne nimis exhausto macresceret inguine gallus,
Amisit testes: nuno mihi Gallus erit:*

hoc

hoc est, castratus. ut erant Cybeles sacerdotes, Galli appellati. Vnde idem rursus:

Succumbit sterili frustra gallina marito,

Hanc matris Cybeles esse decebat auem.

hoc est, hanc potius Cybelæ dicare decebat, nempe castratum. cuius castrati etiam essent sacerdotes, quàm gallum: non autem, ut Ornithologus (videtur Gesnerum notare) exponit, hæc potius & propriè debebat vocari Gallus. Nam quod capus hic à Petronio, gallus dicitur, sit cum additione *spadoni*. Vlyss. Aldrouandus. Ornithol. libro 14. cap. 17. Posterius enim vocabulum tollit prius, sicut quum dicimus, *virgo corrupta, non minus adulterinus*. Papias; *Capo vel capus, ex gallo gallinaceo fit castratus*. Balbus Catholico; *Capo, gallus castratus*. Marbodeus de Lapidib. pretios. cap. 4. ex Euacis libro ad Neronem;

Ventriculo galli, qui testibus est viduatus;

Cum tribus ut minimum factus spado, vixerit annis.

v. 33. Ciconia etiam grata] Scalig. in Catalect. edidit; *Graca*. quod quale sit ego non capio, nisi quòd ad simplicitatem priscam dictum, quæ omnia transmarina *Graca* putabat. placet, vulgaris lectio. Barthius Ableg. Critic. l. 2. c. 18.

ibid. peregrina, hospita] sic & Phædrus, vocat ciconiam peregrinam volucrem l. 1. fab. 26. quam Varro aduenam dicit de Re rust. l. 3. c. 5. Rittershus. in Not. Barthius Ableg. Crit. l. 2. c. 18. Leg. *grata peregrino hospita*. Rauif. Textor in Epithet. vel sine distinctione, *grata peregrino hospita*. Crinitus de Honest. discipl. l. 4. cap. 13. Douza hoc loco. Rob. Titius Assertion. l. 7. c. 5. prorsus ineptè.

v. 34. Pietaticultrix] Leg. ex lib. vulg. *pietatis cultrix*. H. Iunius Animaduers. l. 6. cap. 15. Rauif. Textor in Epithet. Rectius, *pietaticultrix*, sicut *nemoricultrix* Phædro, *styliscultrix* Catullo. Rittershus. Not. in Phæd. de pietate ciconiæ, S. Epiphani Physilog. c. 25. τὸ δὲ ὄπριον τῆτο ἡ κατὰ ἐξ αὐτῆς κατὰ αὐτὴν ἀποβέβη. διὰ ματασία γινώσκουσι: & Philes in Lambis. Barthius Ableg. Crit. l. 2. c. 18. Nō desunt apud veteres, qui referant, ipsam ciconiæ imaginem exculpi olim solitam super sceptris Regum, quo eorum pietas atque iustitia indicaretur. Illud enim vetus ἀπειραρχεῖν vulgatum est, de ingenio atque pietate ciconiæ ergi parentes: quod etiam D. Ambrosius confirmat, qui, *Romanorum*, inquit, *usu absterm hanc pietatis nomine*

nomine honestatam. Crinit. de Honest. discipl. l. 4. c. 23. Ad-
de Cael. Rhodiginum l. 23. c. 34. Ambrosij verba sunt lib.
5. Hexamer. Romanorum usu pia anus vocatur, & quod vix
vni Imperatori consulto Senatus delatum dicitur, hoc ista
aves in communi moruerunt. Balbus Cathol. Scias quod
hec anus à quibusdam appellatur gia anus, propter pietatem,
quam erga parentes ostendit.

ibid. *gracilipes, crotalifstria*] antea legebatur, *gracilis
pes è tota listria.* Leg. *choralifstria.* Crinit. de Hon. disc. l. 4.
cap. 14. Rarif. Textor in Epithet. vel, *glorifstria*, aut (vt
Crinit. mauult) *choralifstria.* H. Iunius Animaduers. l. 6.
c. 15. *choralifstria*, id est, *ioculatrix.* Iacob. Gaudensis libro
3. Aerarij aur. Poëtar. Vulgò *coralifstria* scribitur, quod
quid sibi velit, nullo modo assequor. *Crotalifstria* eman-
dandum existimaui, à crotalis, quorum strepitum imi-
tatur crepitante ciconia rostro, vt Poëta Ouid. 6. Metam.
scribit, & Iuuenal. Satyr. 1.

Quæq; salutato crepitat Concordia nido.

Nam etsi mihi non placent eorum inuenta, qui à Poll-
siano. c. 67. Miscel. dissentiant: cornicem enim concor-
diæ imaginem Politianus censet, tamen ausim affirmare
à Satyrico Poëta ciconiam intelligi, vt illi interpretan-
tur. Existimo autem ætate Iuuenalis, in fastigio templi
Concordiæ nidum ciconiarum fuisse: vt & hac ætate in
quibusdam templis aliquando Lutetiæ vidimus. nec
sensum aliquem exquisitiorem & subtiliorem hoc in-
versu latere censeo. Ita cum obuiam sententiã non am-
plectimur, in auia auforimur & rapimur, multumq; no-
bis molestiæ creamus. Videte autem quorsum prorump-
pat audacia mea: audeo enim affirmare in Propertio et-
iam *coralifstria* malè scriptum esse, pro *crotalifstria*, lib. 4.
eleg. 9. hoc versu,

Nile tunc ribicen erat, crotalifstria Phyllis.

Turneb. Aduersar. lib. 8. cap. 18. *Crotalifstria* longè ele-
gantissimè vocat, quod crotalum quoddam glòcitam-
do, si ita loqui licet, vel *glorizat*, vt auctor Philome-
læ loquitur, quod verbum cum hoc epitetho Publij &
re ipsa optimè congruit. Barthius Ablegm. critic. lib. 2.
cap. 18.

v. ult. *Anus exul hyemii*] Leg. *exulhyemii*, nominandi ca-
su, vt ciconiam appellarit *exulhyemem* vna dictione, qua
facie & pietatitricem dixit. Crinit. de honest. disc. lib.
4. cap. 14.

ibid.

ibidem. titulus tepidi temporu] Ita Iunius emendauit, cum antea esset, *trepidi temporu*; Animaduers. lib. 6. ca. 15. Veris nuncia ciconia est. Ambros. Hexamer. libro 5. cap. 14. Cassiod. lib. 2. ep. 14. Claudian. Mamercus de statu animæ lib. 1. cap. 21. Sidon. lib. 2. ep. 14. vbi Sauaro. *Titulum* pro indicio siue gloria posuit. Sic Cremutius Cordus apud Senec. Suasor. 6. de Cicerone; *Breni ante princeps Senatus, Romanique nominis titulus, tum pretium interfectori sui.* Quare remittimus de calore veteris nostræ coniectariunculæ, qua *vitulum* longis multisque ambagibus hîc reponere annitebamur. Barthius Ableg. libro 2. cap. 18. *Titulus*, id est, index, nec opus vllò ambitu.

Pag. 67. v. 1. *Nequitia*] luxuriæ in victualis in vene-re, vt inferius dicitur.

ibid. nidum] Robert. Titius Assertion. lib. 7. c. 5. contra Turnebum & Yuonem Villiomarum siue Scaligerum docere conatur, ciconias in altis turribus nidum ponere non consueuisse. Quare? quia Petronius hîc ait;

Nequitia nidum in cacabo fecit meo.

Bellè verò, vt solet, argumentatur. Ciconias Romani in luxum pauerunt: ergo ciconiæ nidos non habuerunt in turribus. Hunc *νεστωριον* Aristotel. vocat. *ελκισκος* *νεστωριον* τὸ ἐν τῷ πύργῳ. Auctor Philomela, qui nonnullis Onid. Phil. dicitur;

Gloerat immenso de turre ciconia vostro.

non apud Germanos tantum & Gallos, verum ipsos etiam Italos tuos, Titi. Iuuenus Cælius Calanus Dalmata in Hist. de Attila Hunnorum Rege; *Conspexit ciconias aues, quæ in altu urbium turribus nidificauerant ex more natura, exportantes pullos suos de nidu earum foris ciuitatem ad loca campestria, & in arboribus nidos contra morem extruere.* Et mox ibidem; *Aues, quarum natura est summis in urbium maxibus nidificare, &c.* I nunc Titi, & perge summates virorum per imperitiam tuam petulcam impetere. Et sicuti audimus aut legimus, ciconias in arboribus nidificasse, scilicet fecisse defectu currium aut fastigiorum, aut cum depressa fastigio superantur ab arboribus. Nam & Psaltes 1. 4. Psalm. 104. v. 16. canit: *Satiantur arbores Iebona,* (id est, ingentes & maximè excelsæ, sicut omnia magna diuina, dicuntur) *Cedri Libani quas plantauit, quod ibi nidificet volucres, ciconia quarum domus abister: & in Heluetiis Alpibus, earumque radicibus, vbi humilia*

milis sunt ædificia, ciconias in arboribus nidos ponere, & quidem nuciferis, confirmavit mihi *auritus* & quotidianus arbiter Goldastus. Consule gentilem tuum Vlysses Aldrouandum in Ornitholog.

ibid. [*acabo*] Huguitia; *Cacabus*, lebes à sono feruorū dictus est: feruendo enim exprimit hunc sonum, ca ca ca. Papias; *Cacabus* vas de terra, & etiam de aramento. Perperam: nam *cacabus* propriè ex ære; *Olla* ex terra vel luto. Sirach. cap. 13. *Quid communicabis cacabus ad ollam? quando enim se colliserint, confringentur.* In Vitis Patrum lib. 4. de Abbate Machario; *Adducentes ad vicum appenderunt in collo meo cacabos & ollas & ansas vasorum, & miserunt me circumire in vico illo per viam, &c. Cacabatus*, fuligine migratus. Eodem lib. de Abbate Moyse, qui erat Indanus & Aethiops; *Bene tibi fecerunt cinerose & cacabate: quia cum homo non sis, quare se in medio hominum dare presumpsisti?*

v. 2. *margarita*] nam circa margaritas ardebat insana mulierum superbia, de qua re Rigaltius ad Phædrum l. 3. fab. 51.

ibid. *tribacca*] quæ trib. baccis vnionibusq; in auri infertis constabat. Plin. l. 10. ca. 35. *Mos digitos suspendere, & bino ac ternos auribus faminarum gloria est. At baccarum appellatio pro vnionibus vel in illo Vergilij elucescit;*

—— *Colloq; monile Baccatum.*

Had. Iunius Animaduers. lib. 6. ca. 15. Alcimus Auitus de Goldastus. laude castitatis;

Nec tibi transfossis fixerunt auribus aurum,

Qua compensarent pendentes vulnera, bacca.

Barthius ad Claudian. nu. 2402. multis. Papias; *Inuenitur etiam bacca pro gemma pretiosa, & inde baccatus, id est, baccis lapidibus adornatus.* Auienus vel (ut est in vetustis codd.) Auianus in Fabul.

Quid nitido pretium cortice bacca daret.

v. 3. *faleris pelagiis*] marinis. Infra; per antennam pelagia considerant volucres.

v. 7. *Quò carchedonios optas*] *Quò*, id est, cur. Barth. ad Claudianum nu. 115. imò *Quò*, valet, ad quam rem, in quem finem.

v. 8. *Non ut scintillet?*] Leg. *scintillens* scil. ignes lapidei Carchedonij.

ibid. *probitas est carbonem os*] idem Publius apud Macrobium;

Fringa

Frugalitas inserta est rumoribus boni.

I S. Pontanus in Macrobius libro 2. cap. 7. Nam *inserta*, *ἰμεινμα*, vt hoc loco VVouuerius annotauit, tacite auctoris vnde dicit, Scaligeri nomine, quemadmodum Scaliger de ipso queritur in suis ad Publ. Syrum Minum Notis.

ver. 9. *uentum textilem*] vestem ventosam & tenuissimam, æquantemque propemodum subtilitate ventos. Turneb. Aduersar. l. 1. c. 35. quod seq. vers. dicit *nebulam lineam*, id est, linum seu linteum tenuissimum. Irenæus Peliander apud Daubmannum Dissertat. de ling. Latina, *uentum* ea notione extulit quoque Tibullus libro 3.

Post hac carbassei immorem tollere ventis.

Et Propert. lib. 1. eleg. 6.

Osculaq[ue] opposito dicat sibi dedita vento;

id est, veste siue velamine tenui. I S. Pontanus Analec. libro 3. cap. 9.

v. 10. *nebula linea*] pro tenui amiculo lineo, quod nec panni celebritatem, nec telæ densitatem, sed nebulae tenuitatem æmuletur pellucidam. Turneb. Aduersar. lib. 1. cap. 35.

v. 29. *martiolum*] al. *marculum*; quo modo legend. est, vel *martellum*, quod in Gloss. Benedicti sequi, vel *malliolum*, pro, *malleolum*. Iungermannus. Probo, *martillum*, nam *martellus*, *mediocri malleus* exponitur à Papias. & in Gloss. r. Franco Lat. *Martel*, *martellus*. Hinc & Karolo Karoli Magni Augusti aucto nomen *Martello* fuit, quod hostes suos in prælio, vt ferrum faber in incude; domaret. Goldast. Alamannicar. rer. tom. 1. in Glossario ad Burckhardi Sanctæ gallens. Casus c. 14.

Pag. 68. v. 35. *inuenisset*] *Leg. interuenisset*. Putschius & Pflugius.

ibid. X. *vehiculus dines*] Rectè. iungitur enim cum genitiuo & ablatiuo. Horat. *Multarum diuise rerum*. Idem. *Diuite me sc. artium*. Schop. in Miscellan.

v. 27 *per eandem terram*] Legend. *forram*. Pflugius. vel, *festram*. *Festra* est ostium minutum. Schop. Verisimil. l. 2. c. 18. Nihil verius vel apud Sagram.

v. 28. *Dij Deaq[ue]*] formula admirandi, vel etiam exclaimandi, quomodo etiam *ô Dij*, & *Dij mortales*, dicunt. Schopp. Explanat. in Epidic. act. 5 sc. 1. Terent. *Dij boni, boni quid porto*: —

v. 30.

[v. 30. Et transfundimus hinc & hinc labellis Errantes animas] Rectè; quia ita amanteis in fruitione mutua depinguntur adfecti, ut mutuis oribus fieri possit ipsarum animarum fierent commercia. Barth. ad Claudian. num.

375. Infrà de Polyæno & Circe; lam alligata mutuo amplexu corpora, animarum quoque mixturam fecerunt, &c. Catullus de puero Theotimo;

*Aufugit mi animus: credo, ut solet, ad Theotimum
Demenit.* —

Apuleius ad Critiam;

Quod si animum inspires, dona iam carmina. —

Vide Laberij carmen ex Platone, quod inter Pseudographa Petronij legitur, pagina 219. Ovidius siue potius Leo Protonotarius Bizantinus de Vetula, libro 1. cap. 13.

Iamq; viderentur animas efflare vicissim

Alter in alterius faciem. —

Similia his apud Aristenæum in Epist. Theocrit. Eidyli. 28. Bionem Adonide, Macrobius Saturnal. li. 2. c. 2. Gellius lib. 19. c. 11.

[v. 31. solutus mero] Sic infrà; Eumolpus & ipse vino solutus. Et inferius; Anicula soluta mero ac libidine. Alibi; Quid proderit tibi, si soluta inedia fueris; hoc est, si te inedia ingurgitaueris & inebrianeris, ut alij cibo & potu. Ut enim dicimus, ebrius curis, fortuna, diuitiis, agitudine, cuius rei exempla refert Muret. Var. lect. lib. 5. cap. 16. & Nathan Chytraeus Scholius in Buchanani Psalm. 84. ita solutus quoque eleganter ad alia transiit Petronius. Infrà de Gnythone; Conuertit ille solutum gaudio vulturnq; hoc est, plenum. In vita SS. Iuliani & Basilissæ: Venit ergo dies, quo vicini inuitabantur ad nuptias: platea sericis ornantur & aures omnium sonis musicorum & cantilenis virginum oblectabantur. ita ut si homo etiam ferreus esset, luxuria solueretur. vide Douzam lib. 2. c. 18. Pari eademque figura infrà Petron. Totoq; corpore citra summam voluptatem me ingurgitanti.

Page. 69. v. 4. Oblatus iuris humani] id est, iurisdictionum quod gentes humanæ sibi ipsæ constituerunt, §. 2. Institut. de iur. nat. gent. & ciu. Vlp. L. 1. §. ult. & Hermogen. L. 5. D. de iust. & iur. §. 11. Institut. de rer. diuis. Ius humanum dicitur à Liuius lib. 1. Senec. lib. 3. de Benef. Tacito lib. 19.

[v. 12. Quoniam fidem scelere violasti] Encolpius prædicator

cator Ascylo socio in stupro fratris Gytonis, id est . cincti sue pulli sui, deprehensio, quasi nuntium remittit & diuortium facit Durantius Variar. lect. li. 2. ca. 11.

v. 13. *Res tuas ocyus tolle*] Hæc verba videntur esse solemnia in rumpendis & dissoluendis eiusmodi impuris & flagitiosis sodalitiis. Vt contrahendæ societatis, sic etiã dissoluendæ sunt quidam modi. Modestinus; *Societatem coire & re, & verbis, & per nuntium posse nos dubium non est. Dissociamur renunciatione, morte, capitis diminutione, & egestate.* Equidem renũciatione rumpitur, putã si quis cognitis socij dolis & circumscriptionibus, vel dãnosa societatis tãdio, societatem renuntiet. Exstat velut quẽdam distrahendæ societatis formula suprà; *Ascyte, intellego nobis conuenire non posse.* Itaque communes sarcinulas partiamur, &c. Et alia apud Apuleium Milesiẽ fabulæ, li. 10. At verò vt societas, sic etiã amicitia renuntiabatur, & indicebantur capitales & immortales inimicitie. Mos quoque fuit Romanorum, si alicuius suspectam & inuisam haberent amicitiam, renunciare. Et qui renunciabant amicitiam, domo interdicebant; idque erat ex solemnibus dirimendarum amicitiarum. Durant. Var. lect. lib. 2. c. 11. Vide suprà ad illud, *Intellego nobis conuenire non posse.*

vers. 14. *aliũ locum, quem polluas, quare*] Locus hic pro turpi & obscœna illa corporis parte accipitur, in qua masculam zuerfamque Venerem subagitarent. Ita in carmine libero manifestè accipitur;

Quod virgo prima cupido dat nocte marito,

Dum timet alterius vulnus inepta loci.

Ex his quoque versibus constat locum veteres pro muliebri vsurpasse natura, vt è Græcis τόπος Durantius Var. lect. lib. 2. cap. 11. Apud Græcos sic vsurpauit Aristoteles lib. 6. Animal. Galen. lib. 1. de Locis affect. Dioscor. lib. 1. cap. 59. Theodorus Priscianus libro 2. Logic. cap. 11. *Quibus vt ætatis vergentis deflectione, aut morbis locis residensibus, veluti partes frigentes usus Venerij officium pernegarint.* Vtuntur Moschion, Cleopatra, Trotula siue is Eros sit, Albucases, alij.

vers. 20. *super quam solus incumbis*] hinc & incubi dicti pædicones. Papias; *Incuba, qui vel qua semper incumbis vel incubat.* Plaut. Persa act. 2. sc. 4.

Video ego te, iã incubitatam es. P. Absita sum. quid id attinet ad te?

At

At non sum ita, ut tu, gratis.—

[Puer & seruus inuicem raptant pro illa re, quæ intollegi debet, & de qua apud Comicos conuicia sumere serui solent in seruos. Ingenio Critico abutuntur, qui aliud ubi verbum de sua liberalitate comminisci student.

vers. 29. *familiaritatis clarissima*] malim, *karissima*. Ita enim paulò post; paulò antè *carissimum* sibi commilitonem.

Pag. 70. v. 9. *Fulminatus hac pronuntiatione*] sententia. dixerat enim; *commisiq. indicem litem*, cuius proprium est pronuntiare. Non absimiliter Iustinus lib. 1. *Hac denuntiatione Optimates territi*, &c. Et infra Petron. *Confusus hac denuntiatione Eumolpus*.

v. 10. *sicut eram sine gladio*] quippe incinctus. paulò antè, *Inhibuimus ferrum*. Infra, *gladio latus cinger*.

v. 11. *attulisset mihi damnatas manus, si non inimici victoria inuidisset.*] Plaut. *Calina*;

Si nunc me suspendam, meam operam luserim,

Et prater operam, restim sumptifecerim.

Et meis inimicis voluptatem creauerim.

Gruterus *Suspici*. lib. c. 11.

vers. 13. *præmio*] præda, ut paulò antè, *Non frueris hac præda*, &c.

v. 17. *Nomen amicitia*] In tot circulis seculorum, in tanto atatum lapsu, in tanta multitudine & differentia personarum, vix (ut ait Lælius) tria inueniuntur aut quatuor paria in amore. Hoc ipsum arbiter noster ingemiscit, etsi alterius videtur induisse personam. At enim, nomen amicitia, &c. Ioan. Salisberiensis *Polycrat.* lib. 3. ca. 7. Huc pertinet illud Pindari in *Nem.* ed. 1.

Οἷονταί τιμὰ φίλον τάλω μῆκος

Φοῖτι, πάλους δ' ἐν πόλεσσι πῶς

Βορῆς καμάρη μεταμύχεται.

Et illud Senecæ in *Hercul.* Oct. 20:

Nam rara fides, ubi iam melior.

Delrio *Aduersar.* in Senec. nu. 602. Horum versuum hæc est sententia: si amicitiam utilitate potius metiri quàm honestate volumus, hominum profectò vita similis erit ludo calculorum, & calculi inter se armare videbuntur. Nam in ludo tabulæ sic diuisi sunt calculi in duas factiones, ut inter se quidam velut amici sint, quidam hostes. Vnde *Martial.* lib. 14. epigr. 20. scripsit,

Gemmani

Gemmeus iste tibi miles & hostis erit.

Quatenus autem utile est ludo, istam calculi amicitiam seruant inter se. Igitur si emolumentis amicitiam ponderamus, amicitiam, cuius tanta dignitas est & pretium, putemus exercere calculos in tabula, & nobile opus tuendæ amicitiz ducere. Turneb. Aduers. lib. 1. c. 15. Syrach. c. 37. *Omnis amicus dicit; Et ego amicitiam copulaui sed est amicus solo nomine amicus. Nomen amicitia pro ipsa amicitia*, sermo est elegans, nec Latinis tantum, sed Græcis quoque & Hebræis usurpatus. Infra Petron. in carm. de bello ciuili;

— *Imperij deserto nomine fugit.*

Dionysius Cato in Distich. *Inimicum nomen amici*, id est, inimicus amicus, φιλῶ & ἀπὸ φιλῶ. David Psalmo 20. *Protegat te nomen Dei Iacob.* Et nusquam non in Sacris Literis. Videndi Bucer Enarrat. in Matth. c. 7. v. 22. Scalig in Caralest ad Val. Catonis Dicitur, & Notis ad Dionys. Catonis Disticha, Rittershus in Not. ad Gunther. lib. 1. Lindenbrog. Comment. ad tit. Cod. si quis Imper. maledixer. Barth ad Claudian. n. 221.

v. 19. *Cum Fortuna manet*] citat & illustrat Iac. Magni Sopholog lib. 4. cap. 8. De vertumnis istis, qui amicitias utilitate probant, neque indignum putant se fieri comites instantis in orbe Deæ. Venustè Ouidius 2. de Ponto eleg. 3.

Diligitur nemo, nisi cui Fortuna secunda est:

Quæ simul insonuit, proxima quaque fugat.

Huc etiam facit illud Boëthij de Consolat. libr. 3. prof. 5. *Quem felicitas amicum fecit, infortunium faciet inimicum.* vbi Sizmanus in Not. n. 677.

v. 21. *Grex agit in scena mimum*] ita Pichæus Subsec. lib. 1. cap. 17. Nam mendosè vulgati. Pindarus; Perithonos viro, qui priuatur amicu, pauciq; mortalium in ærumna sunt fideles, ita ut sint participes laboris. Noti huic rei confirmandæ Ouidiani loci lib. 1. Trist. & lib. 6. de Ponto, Hocratis in Parænesi, & Aristotelis lib. 7. Moral. ad num. 602. Gregis nomine ludionum iuxta ac mancipiorum manipuli comprehenduntur, catastorum præsertim ac venalitorum. Douss. Centurion. l. 1. c. 1. In q. edit. & apud Salisberiens legitur, *agit mimum*, perperam, & ipso etiam quoque episcopo refragante. Sic enim eiusdem libri cap. 8. hunc & seqq. versus explicat; *Et quidem eleganti utitur similitudine, quia fere quicquid in turba profana*
mul

multitudinis agitur, Comœdia quam rei gesta similis est.
Vide totum locum, & de mimicis actoribus Bulenger.
de Theatro lib. 1. ca. 41. de aliis quæ huc faciunt Gulielmi.
Plaut. quæst. in Epid. cap. ult.

ver. 23. *Mox ubi ridendas*] apud Lindembrog. legitur;
Post ubi ridendas. Risus nempe in comœdiis frequens.
Obseruat. var. lect. in Papinij Statij Siluar. lib. 3. epigr. in
Claudiam.

v. 24. *Disimulata perit*] malim cum Douza, *asimula-
ta perit.* Bulenger. de Theatro lib. 1. cap. 41. An leg. *desi-
mulata*, vt *deformo, depingo, defiguro*, & talia. Pontan. in
Macrob. libro 1. cap. 7. Fortè, si *τὸ De accipiatur vt αἰσχ-
νισθῶν*, non vt *σεπτῶν*. Barthius tamen veretur vt hoc
nimis sit ingeniosum, malitque scribere, *asimulata*, vt
apud Plaut. *asimilate amare.* Animaduers. ad Claudian.
num. 269.

vers. 33. *Ergo me non ruina terra potuit haurire? coniva-
tum innoc. mare? aufugi, iudicium harena imposui*] Ruina
pro terræ hiatu. Rob. Titius Assertion. lib. 9. ca. 17. Apul.
8. Metamorph. In profundam ruinam Cupidinis sese pau-
latim nescius precipitauerat. Ruina ἀρχαίων locus præ-
cipitandi & ruendi, vt labina, locus libendi. Villiomarus
Animaduers. l. 9. c. 20. Leg. *aufugi iudicium, harena impos.*
Tangit præteritas suas historias, iudicium intellegit de
adulterio, qua uxorem Lichæ corruerat *arena imposui*,
quia damnatus ad ferrum, nescio qua fortuita ruina e-
uasit. de qua antea; *Nontaces gladiator obsicæne, quem de
ruina arena dimisit.* Certè ad hanc terræ ruinam etià ista
pertinent. Lipsius Epist. quæst. l. 5. ep. 19. Leg. nou etià in-
noc. *mare aufugi? Aufugi iudicium, arena imposui, hosp. oc-
cidi?* Schop. Verisim. l. 2. c. 18. neque verè, neque verisimi-
liter. *Aufugere iudicium* dixit etiam Valerianus Cimele-
sis, vetus & probus auctor, serm. de bono disciplin. De
ruina vide quæ suprâ adscripsimus ad illa verba, *quem
de ruina arena dimisit.*

Pag. 71. vers. 3. *Græca urbis*] Neapolim intelligunt, atqui
Ancon quoque Græca urbs Stratonii, Plinio & Solino, quæ
Dorica Iuuenali, quod idem valet. Est autem & Ancon
in litore maris. Vide Pighium in Herc. Prodic. & Fra-
Schotum in Itinerario Italiæ lib. 1.

v. 4. *Et quis hanc mihi sollicitudinem*] alij leg. *solitudi-
nem*. nimis multò rectius.

v. 5. *Adolescens omni libid. imp.*] sc. Aescylos.

vers. 7. cuius anni ad tesseram venerunt] Leg. *venierunt*.
 Lipsi Epistol. quæst. l. 5. c. 19. *Ad tesseram venerunt*, explicare ausim *ad libertatem*, siue eam ætatem qua tesseri ludere mos sinebat. Nam puerorum & adolescentum nuces: virorum autem & senum tessera, id est eorum, qui iuris sui erant, nucesque reliquerant. Etenim *nuces relinquere* proverbiū apud Persium, de iis qui virum adfectant adspirantque ad *maturæ vitæ libertatem*. Quid si etiam ætas togæ togæ virili *matura* intelligatur, qui annus erat XVIII? Nam tribus olim tesseri ludebatur, & iactus felicissimus summusque, *ter sex*, id est, XVIII. Sanè de *stola togæ virili* mox sequitur. An rescribi potest; *Cuius anni ante cellam venierunt*? vel etiam, *cuius arma ante cellam venierunt*, pro obscœnis? Explicari hoc ipsum ex alio Petronij loco potest; *In hunc locum me perduxit, prolatoq; peculio cœpit rogare stupram. iam pro cella meretrix assem exegerat*. An huc facit locus ille Macrobij lib. 1. Saturn. c. 10. *Ferunt enim regnante Anno editum Herculis per serias otiantem Deum tesseri promocasse. ipso utriusque manum tuente, adiecta conditione, ut victus cœna scortose multaretur*? Eryc. Puteanus epist. ad Goldastum.

v. 9. *Quid ille alter*] [g. Gnytho puer.

ibid. *Quid ille alter? sic quis tanquam toga*] Leg. *Quid ille alter, o dij? quis tanq.* Lipsij Epist. quæst. l. 5. c. 19. Verissimè. Plaut. Aulul. *Perij, o dici: antiquè pro dij.* Gulielm. Plaut. quæst. in Aulul. cap. 4.

v. 12. *Opus muliebre in ergastulo fecit*] Sic sæpè circumloquuntur nequitias suas. Musæus, *κρυπτόν ἐργον* Longus lib. 4. Poëmen. *ὅς ἐς μυτιλίῳ αὐτὸν ἀγῆν ὅτι μωρὸν ἐργον σπυδαῖς*. Barthius in Musæum num. 141.

v. 13. *libidinis sue solum vertit*] *Solum*, locus qui aratur: etiam pro *uidelicet*. eodem pacto suprà lusit in ambiguitate verbi *Locus*. Sic *arum* quoque & *sulcus* dicuntur muliebria, ut è contrà *vomer* virilia. Coluius, Douza, Schoppius ad Apuleij Anechmon. Schickerath. in Epist. Critic.

v. 15. *mulier secutuleia*] quæ virum appetat & sectetur; si recta lectio est. Quamquam & respectus fortè aliquis ad rem gladiatoriam, quia hi fugitivi, quos inducit Arbitrator, olim in arena. Lipsi. Satur. serm. l. 2. c. 7. de secutore. At non Gnytho puer in arena fuit, de quo hic sermo. Quare Ff. Pithœi explicatio magis est.

v. 16. *unius noctis tactu omnia vendidit*] Leg. *unius noctis*
 N n

ctis

Et in pacto. Apul. Cum ipso de uxoris noctu paciscantur. Macrobr. *Unius pretium noctu.* Pontanus Notis in Macrobr. l. 2. cap. 2. Pro tactu pacto, malim, & pacisci noctes mos & locutio vetus solebant. Er. Puteanus Epist. ad Goldastum. Ne longius à vulgata scriptura abeamus, an leg. *pactu*?

vers. 18. *mutuis libidinib. attriti*] sic infra de Eumolpi opere Venerio cum puero; *inter anhelitus sudoresq. tritus.* *Attriti libidinibus*, λιποπόνητος. Pollux lib. 2. οἱ δὲ ἐκ δαῖς, πυρῶν ἔχοντες, λίπτοι, καὶ ὑπολίπτοι καλεῖται, & λιποπόνητος nimirum nimia Veneris patientia atque affricatione detritas nates habentes. Horatio *Depuges*, Iuuenali *Depyges*. Papyas; Marisca, proprie vestica, qua circa podicem marium ex nimio fricatu & usu agendi opus Sodomiticum solet emulare. Unde Iuuenalis:

—— Si podice leni

Scinduntur tumida medico ridente marisca.

v. 29. *notavit me miles, sine ille planus fuit*] *Planus*, erro. Hinc *planoperipatetici*, ab Lactantio dicuntur Philosophi Aristotelici, propter inconstantiam differendi, & eorum erraticam ambulationem. Gulielm. Plaut. quæst. in Menæchm. c. vlt. Infra vocatur *vagus miles*, — Miles *vagus* exstruit armis. *Planus* ergo miles vagabundus & erraticus seu erroneus, quales sunt quos hodie vocamus *Gardeknecht*, quasi dicas, milites guardianos, qui guardiam, i. e. præsidia quæruunt. quorum fraudes & imposturæ locum translationi dederunt, ut *planus* pro nebulone & impostore dici cœperit.

v. 30 *sine nocturnus grassator*] Abdias Propheta v. 5. *si te fures, si nocturni grassatores inuasissent.* ita Seb. Castalio expressit hunc Petronij locum imitatus. Sic Gell. l. 20. c. 1. *qui vesperti suo vivit, ait Plautus. Philoxen. ἡμερόκοιτος, dormitator, fur nocturnus.* Hinc Sidon. l. 1. ep. 8. *vigilant fures, dormiunt potestates.* In Altercatione Hadriani Augusti & Epicteti, *Quid est nox? Laboranti requies, grassanti incrum.* Sauaro ad Sidon. l. 1. ep. 8.

v. 32. *constantissime*] intrepidè, *σνερχροκον.*

v. 34. *phœcasiati*] Leg. *phœcasiati*. Turneb. *Adversar. l. 1. c. 15.* Calcei alibi *phacasia*. Appian. lib. 5. Senec. 7. de Benefic. cap. 21. apud quem emit *phacasia* Pythagoricus ve Cuvæ Hinc & insolens, miles *phacasiatus* Petronio, ubi malè *phocasiatus* aut *phacasiatus*. Hæc veriora quàm quod Hesych. *phacasiū* esse ait regimen pedis rusticum. Appiani

piani verba; ἡ δὲ λέξις αὐτῶν λευκὸν Ἀττικόν, ὃ Ἀθηνῶν
ἔχοντι ἱππεὺς ἐκ Ἀλεξανδρείης, καλεῖται φαυλάστον. Marcilius
ad Persium, Satyra 5.

v. vlt. *vultu atque ipsa trepidatione*] perinde atque A-
treus apud Senec. testatur, Thyest. v. 329. *Multa sed trepi-
dus solet detegere vultus*. Eludant igitur qui volunt &
sûsque déque habeant leges scriptas; dummodo con-
scientiæ non imponant, & eius stimulos subfannent; eu-
ius intimos cruciatus proditor vultus enunciat. Quod
afferit & Pelignus Vates Metamor. l. 2. v. 447.

Hec quam difficile est, crimen non prodere vultu!
VVeitzius Not. in Prudentij Psychomach. l. i. v. 702.

Pag. 72. v. 2. *ponere iussit arma*] Hinc colligimus tan-
tum milites arma portasse, cæteros inermes per vias in-
cessisse. Et si qui cum armis à milite deprehensus fuerit,
ab eo spoliatus & arma ponere iussus. Infrà de hoc eo-
dem grassatore ait Encolp. *Profuit etiam Eumolpo miles
ille, qui mihi abstulit gladium*. Videtur autem hæc grassan-
tium & raptorum formula fuisse; *Pone arma, & malo ca-
ue*. Fortassis etiam apud Germanos, de quibus id innuere
videtur Ratpertus Turegiensis in Casib. Mon. S. Galli,
vbi Gold. in Gloss. tom. 1. Alaman. scrip.

v. 7. *Non bibit inter aquas*] in avaritiæ & pecuniæ stu-
dium. Scalig. in Catalect. Vide Boëthium de consolat.
Philos. l. 3. metr. 12. ibique Thomam Aquinat. & Natalem
Comitem in Mytholog.

ibid. *poma aut pendentia carpit*] al. *nec carpit pendula
poma*. quod mihi quidem magis arridet.

v. 10. *Dimitis hæc magni*] Cato;

Dilige denarium, sed parce dilige formam.
*Illi enim parce denariorum formam diligunt, qui pro sola
necessitate quarunt. Sed formam illi desiderant qui denarios
vendicant non pro necessitate, sed pro superflua auiditate,
quod faciunt dimites, iuxta illud Petronij,*

Hoc magis sitiens erit omnia cernens

Qui timet & sicco, &c.

Iacobus Magni Sopholog. l. 6. c. 8.

v. 13. *Nequaquam recte facit qui citò credit*] al. *Num-
quam recte facit, qui citò credit* Iesus Sirach. c. 19. *Qui citò
credit, levis est corde*. Calixtus P. P. ad Episcopos Galliz;
Innocens dum credit facile, citò labitur. Plura consigna-
runt Sauaro ad Sidon. l. & epigr. 11 & Goldastus ad Co-
lumban. cap. 6. vers. 40. Plancus lib. 10. Epistol. famil. ad

Cicer. *Credulitas error est magis quam culpa.* Iustinus lib. 21. *Quicquid in eo sit, credulitatem, non perfidiam, culpam esse, cuius tamen iam magna se supplicia pependisse.* Iacob. Magni Sopholog. l. 15. cap. 11. post Petronij verba; *Prudentis est, ut de facili non credat, cum non petas maturitas lenitatem congruens prudentibus.* Namque qui citò credit, citò fertur inconsultus. itaque sapienter non uiuit. Prudentis igitur credulitas nec suspicionis modum habeat, sicut opinio; nec certitudinem morè accipiat, sed more medio se gerat quia, teste Varronis in suis Sententijs, fides est media & opiniones & scientia, neutrum attingens. Prudens igitur de facili non credat, &c.

v. 5. *Nemo cælum putat*] i.e. fata & prouidentiam diuinam, quæ cœlitus destinantur. Infrà; *Habeo tamen quod cælo imputem, si nos fata coniunxerint.*

ibid. *omnes apertis oculis bona sua computant*] Iac. Magni Sopholog. l. 5. c. 13. *Nec solum homines peccata propria non intelligunt, sed etiam bona quedam si fecerint, sublimare valde contendunt iuxta illud Petronij;*

Omnes apertis oculis bona sua computant.

Verior tamen lectio est, opertis.

v. 19. *Quod non expectas, ex transuerso fit*] Similis sententia apud Plaut. Mostell. 2. 1. sc. 1. in fi.

— *Sed unum hoc scito, nimio celerius*

Venire, quod molestum est; quam id quod cupide petas ubi Lambinus in Comment.

v. 21. *Vbi cumque dulce est, ibi & acidum inuenies*] Claud. in *ella* tegunt apes. vide Boëth. l. 1. met. 7. Barth. ad Claud. n. 869. Similis sententia apud Gregorium M. in Moralib. Et vulgo dici amat; *Vbi mel, ibi fel,* ex Apuleio. *Acidum,* i.e. amarum, *λυπηρόν* *saur.* Infrà; *Siccatoq; auide peculo, negat sibi umquam acidum fuisse.*

v. 24. *Nemo nostrum non peccat, homines sumus, non dii*] Terent. *Homo sum, humani à me nihil alienum scio.* Iustinianus Imp. in L. 2. §. 14. C. de vet. iur. enucl. *Penitus in nullo peccare, diuinitati magis quam mortalitatis est: quod & à maioribus dictum est.* Et in l. 3. §. 13. eod. tit. *In nullo aberrare seu in omnibus irreprehensibilem seu inemendabilem esse; diuine utique solius, non autem mortalis est constantia seu roboris, quemadmodum & à maioribus dictum est.* Dictum illud maiorum fortè tale fuit; *μὴ δὲ ἀσπτεῖν δὲ δῖον ἢ ἀνθρώπου κατὰ φύσιν.* Petronius infrà; *Fateor me sæpe peccasse: nam & homo sum, & adhuc iuuenis.* Constantinus M. Imp.

M. Imp. Orat. ad Sanctorum cœtum c. ult. *Humanum videtur aliquando errare: at in humanis erroribus Deus est omnino expers culpa.* Simonides; *ὁ δῶπαι δὲ ἀμωμὸς ἐστὶν.* Dionysius Cato in Distich.

— *Nemo sine crimine vivit.*

B. Iacobus Apostolus in Epist.

v. 29. *Zenoxides*] de hoc Cicero, Plinius, Plautus Pœnulus Festus in Pistor, Val. Maximus l. 3. c. 7.

ibid. *manus*] i. e. picturas. Sic dicitur *χειρ Ἀπόλλεως, χειρ Πολυκλείτου*, apud Pollucem. *Manus* etiam pro scriptura: quia nimirum *γράφειν* Græcis & pingere notat & scribere.

v. 31. *natura veritate*] Douza leg. *varietate* aliter quàm bene. *Veritas* opponitur rei fictæ: qualiâ Protogenis rudimenta. Opponuntur enim inter se *veritas*, id est res ipsa, & *rudimentum*, id est, imago & simulacrum. Vnde Cicero pro Q. Roscio; *Quod est veritate falsum*: h. e. re ipsa. vide Castalionem in Annotat. ad cap. 1. Ioannis Euangel.

Pag. 73. v. 2. *Aquila ferebat cœlo sublimis Deum*] [c. Ganymedem. In Priapeis;

Quodq; Ioni dederat, qui raptus ab alite sacra

Miscet amatori pecula sacra suo.

v. 9. *Iuppiter in cœlo suo non invenit quod eligeret.* & c.]

Similia apud Terentium in Eunueho.

v. 10. *peccaturus*] adulteraturus, scortaturus. hæc est propriissima notio huius verbi *peccare* pro pellicari, h. e. scortari, mœchari. Balbus Catholico; *Peccare dicitur quasi pellicari.* & inde peccator, quod nomen antiquitus tantum flagitiosos & libidinosos significabat: sed postea transiit in appellationem omnium iniquorum: & dicitur peccator quasi pellicator. Hinc peccatrix pro meretrice. Auctor ad Cornel. Papam de Passione Christi; *Filio prodigo revertenti non impropere luxum: mulieri adultera non opponis prostibulum: peccatricis publica non recensas servitium.* Hinc & in sacra Scriptura peccatores dicti prævaricatores divinorum præceptorum, quod spreto & relicto thoro Christi cum alienis Diis adulerentur, & castitate Ecclesiæ prostituta cum carne, mundo & Diabolo liberè voluptentur.

v. 15. & omnes fabula, & c. complexus] v. c. & hos fab. Fort. & suos fabula.

v. 17. *Ligurgo crudeliorem*] Referunt interpretes ad

N a 3

eum

eum Lycurgum, de quo infra legitur; *Quidquid Lycurgi villa grassantibus exhibuisset.* Non rectè, quomodo mihi persuadeo. Nam illa grassatio multo tempore post accidit, quàm hæc fierent. Quare nihil dubito de Lycurgi illius crudelitate interpretari, quod & Ammianus lib. 22. *Indicibus Cassijs tristior & Lycurgu.* Et lib. 30. circa fi. *Iudices nunquam consulto malignos elegit: sed si semel promotos agere didicist immaniter, Lygurgos inuenisse se prædicabat & Cassios.*

v. 18. *Cum ventu litigo*] prouerbialis locutio, omnibus linguis & gentibus usurpata. Iob. c. 6. *Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertur hoc est, inania, φῶλα sine pondere & effectu.* Coluthus in Helenæ raptu;

Ἦν δ' ἢ πᾶσι παλὺ δ' αὖρος ἐς ἅερα φωνήματα,

Μητέρα μασεύουσα μάτην ἐπὶ δ' ἄετο κοῦρον.

Hepidannus iunior Sanctæ gallensis de Vita S. V. Viboradæ lib. 1. cap. 25. *Ille afflictum clamitans cum cognouisset se preces in ventum fundere, surrexit.* Aleonora Angliæ Regina in Epistol. ad Cælestinum Papam apud Petrum Blesens. epist. 145. *Sed quid talibus immoror? curro in incertum, & æræ verbero, atque in ventos nostri gemitus euaneſcunt.* Aul. Sabinus Eleg. 2. sub persona Demophontis ad Phyllidem;

Nunc venti mea verba ferant, qui verba tulerunt.

id est, euaneſcant, & nihil apud te proficiant. Suidas Ἀνὴρ διαλέγεται ἢ ἢ δὲ δινέσκει. Cui simile & isthoc apud eundem; Ἀνὴρ μὲν γὰρ πρὸς τοὺς ἀνέμους, in cassum niteris; frustra laboras. Sic dare verba in ventos dixit Ouid. Et ventosus dicitur is, cuius promissa pro spisso eueniunt, aut in ventum abeunt, qui multa promittit, & pauca præstat. Dionysius Cato in Distich.

Ne sis ventosus, dum vis urbanus haberi.

item vanus & mendax. Osee cap. 9. v. 7. *virum spirituales, hoc est, ventosum.* Loquitur autem de vanis Prophetis.

ibid. *senex canus & exercitati vultus*] ita vocat poetæ pallidum & macilentum vultum. Hinc & imagines Poëtarum macræ pingebantur Iuuenal. sat. 7.

Vt dignus venias bederui & imagine macra.

De pallore poetarum & studiosorum hominum, eiusq; causa vide Rader. ad Mart. l. 7. epig. 4.

v. 20. *qui videretur nescio quid magnum promittere*] accipi

cipi potest promittere de vultu, quasi eius vultus aliquam eruditionem promitteret, hoc est, præ se ferret. Rittershusius Not. in Phædrum.

v. 23. *eum ex hac nota literatum esse, quos odisse, &c.*] ipso vultu Eumolpum ex eo genere hominum agnoscit, quod odisse diuites soleant, scil. Poëtam. Barthius in Ceir. Virg. num. 1. Leg. *eum ex hac nota literatorum esse*, intelligit Poëtas. Ex hac nota, id est, talis phrasi Petroniana. Schopp. Verisimil. 2. c. 18.

v. 26. *si modò coronis aliquid credendum est*] Philosophi coronati in theatro. Synesius ad Pzon. ἄτοι μὲν, ὅν ἐς τὸν λαμπρὸν, ἐ τοῖς θεοῖς στεφανιδίων. Iungerman. Sed hic locus de coronis poëticiis capiendus est, super quibus multa P. Faber in Agonistic. Iacob. Pontanus ad Virg. Eclog. 7. Claudius Minos ad Alciati Emblema 204. Raderus ad Martial. l. 8. epig. vlt.

v. 28 *Quare ergo, inquit*] al. *inquit*. Pflug. *inquit*. Sed nihil mutandum: est enim præoccupatio.

v. 30. *Amor ingenij neminem umquam diuitem fecit*] Simox; *Nescio quomodo bona mentis soror est paupertas*. Cuius rei causam inquit Aristotel. Problem. 4. sect. 29. Rittershusius Not. ad Phædr.

— *Virtus laudatur & alget.*

Tilemannus in Discursu Philolog. de Historicor. delictu, pag. 200. Dicta in hanc sententiam vetusta congeffit Taubmanus Commentar. in Plautum Stich. a. 2. scena. 1.

v. 32. *Qui pelago credit*] in tenuis fortunæ homines, Scalig. in Catalect.

v. 33. *præcingitur auro*] eleganter: quia in zona res pretiosæ, ut aurum, argentum, &c. Sueton. Vitell. *Zona se aureorum plena circumdedit*. Hinc Egesippus l. 5. c. 24. *auro & argento succinctos* dixit. Petronius Animaduers. & var. lect. l. 1. cap. 13.

v. 34. *vilis adulator*] Salisberienfis de Nugis Curial. l. 3. c. 13. Rauif. Textor in Epithet.

ibid. *piſto iacet ebrius ostro*] Innuit, parasitos & adultores ad amplissimas fortunas Principum stoliditate euectos, priorum vitæ sordium non amplius memores, reliquos præ se despicere rerum successu elatos. Ita enim *ebrius* interdum metaphoricè capitur pro demerato & mentis ob rem aliquam nimio immodicam laud compote, quia *ebrietas* mentem alienat & ex-

peccator ob immodicum potum. H. Iunius Animad-
uersion. l. 3. cap. 6. & fufius Gilb. Cognatus in Adagior-
fylloge.

P. 8. 74. v. 1. *pruinofis*] hanc lectionem agnoscit & Pu-
teanus, Epist. fercul secund ep. 3. Ammianus lib. 22. de
Scythiis; *Squalentes & pruinofas ferarum & tetro ritu ve-*
scuntur. id mox declarat; *Aquilone caditur & pruinus.*

v. 3. *Non dubio ita est*] al. codd. *Non dubie*, vt infra;
Haud dubie credentibus indicamus.

v. 5. *propter morum differentiam odium habet*] in eundem
sensum Boëthius de Consolat. Philosoph. lib. 1. prof. 3.
Quod nostris moribus instituti, studijs improborum dissimili-
limi videbantur. vbi Sitzmanus in Notis num. 70.

v. 7. *qui solas exstruere diuitias curant*] pari elegantia
Phædrus exaggerare opes, & Cicer. *exaggerare rem fami-*
liarem. Rittershusius Nor. id Phædrum. Dicuntur autem
pulcherrimè incubones, *ἐμπερινοεῖς*, qui toti in opes &
diuitias incumbunt.

v. 12. *bona mentis soror est paupertas*] quæ Apuleio in A-
polog. philosophia vernacula: Chrysostomo in Acta Apost.
hom. 16. mater sanitatis. Scip. Gentilis Comment. in Apul.
Apolog. num. 243.

v. 16. *ipsis lenonibus doctior*] astutior, fraudulentior. ver-
bum Comicum Plauto & Terentio perpetuum. viden-
dus Schopp. Explanat. in Mostellar.

v. 24. *de usu formosorum*] qui vsum sui dent viris. Sic
Hieronymus quoque in Vita Ioannis Monachi, Val. Ma-
ximus, Plautus, atque alij *vsum* in muliere eodem modo
accepere Barthius Ablegmin. Critic. lib. 2. c. 1. Pamphilus
ad Galatheam apud Maurilianum;

En lasciuia Venus nos ad sua gaudia cogit,

Inq, suos usus non iubet ire simul.

Plautus pro *usu* dixit *usuram*. vnde *usurarius*, cuius vsu-
ram capimus, vel quo vtimur, ad eam faciem, sicut *com-*
modatarius, mandatarius, &c. In Prolog. Amphitruon. de
Ioue adultero;

Alcumenam uxorem cepit usurariam.

de qua vide Goldastum doctè elegantèrque dissertantem
contra interpretum nugas Plaut. lect. lib. 1. c. 4.

v. 25. *tam senera tristitia*] Argumentum huius fabulæ,
sue historię verius, quale est satyræ 2. apud Iuuenal. in
princip. videlicet oretenus & pallio philosophari hypo-
critas, aut scientiam rerum præferre memorabilem:
post

postmodo cū soli sint, facere paria Cybeles apud Apuleium Gallis, aut Petroniano huic Eumolpo. Barth. ad Claudian. nu. 3120. *Seneca tristitia*, id est, tristiore & pædagogico vultu. Sueton. Nerone c. 37. *Pato Thrasea* (sc. mortis causa fuit) *tristior & pædagogi vultus*. De cuiusmodi simulatoribus Sidonius Apollinaris l. 3. ep. 13. *Facilius obtingit, ut quispiam seria loquens viuat obscane, quam valeat ostendi, qui pariter existat improbus dictu, & probus moribus*. Theobaldus Episcopus in Physiologo, de Syrene loquens;

Vt pote sunt multi, qui de virtute locuti

Clunibus indulgent. — Ex illo Iuenal. sat. 3.

— Et de virtute locuti

Clunem agitant. —

v. 26. *violari aures meas obsceno sermone nolui*] Leg. do-
l. ni. Gruter. Suspicion. l. 5. cap. 12. Improbè imitatur enim Varronem Agathone; *Virgo de conuiuio abducatur ideo, quod maiores nostri virginis acerba aures Veneris vocabulum imbuti noluerunt*.

v. 28. *tamquam unum ex philosophis*] bene cum genere humano ageretur, si Eumolpus postremus fuisset eorum, quibus philosophia in ore. nunc hodie plerosque numeres,

Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt.

Gruter. Suspici. l. 5. c. 12.

v. 31. *prædator corporis*] adtemptator pudicitiae sic supra dixit; *Egreditur superbus cum præmio Ascylos*; hoc est, præda, scil. Gnythone.

v. 34. *ludum arte auerat*] scil. literarium.

ibid. *pigrisiamq, recedendi*] otium, ut apud Martialem. l. 12. epigr. 4.

Tu facis ingenium, tu, si quid posse videmur,

Tu das ingenua munera pigris.

id est, otio liberali, à quo literati dicuntur *Scholastici & Otiosi*. Petronij sententiam Germanicis verbis optime exprimimus, *Als mir faul und müde waren und der Lenz schlaffen begert*.

v. ult. *recedendi*] Leg. *recitandi*. Iungermannus; Puto *recedendi*, intelligi & tolerari posse. Putean. epistola ad Goldastum.

Pag. 75. v. 2. *timidissimo murmure votum feci*] qui cupidè & ardenter aliquid à Diis petebant, tacitos ac murmurantes vota facere solites ab aliis annotatum.

N n 5

est:

est. Eius rei exstat exemplum & in Sacra Historia. i. Reg. 1. v. 10. & seqq. de Anna Elcanæ vxore votum in templo pro apertione vulvæ suæ faciente : & quidem vers. 13. sic legitur ; Porro Anna loquebatur in corde suo, tantumq; labia illius movebantur, & vox penitus non audiebatur, &c.

v. 5. par columbarum] appositè. nam columba & palumbæ Veneri sacræ. Rader. ad Martial. l. 8. ep. 28. sed & inter obscœna & nequam vocabula. Gruter. apud Taubmann. ad Plaut. Bacchid. act. 1. sc. 1.

v. 18. totoq; corpore me ingurgitanti] Ovid.

—ingentiq; implet Achille. Freherus.

v. 22. ad auxem malè dormientis] malè. id est, simultanter. Sic infra ; irrepsi tamen & malè repugnanti gaudium extorxi.

v. 21. in unum omnia vota coniunxi] vota in verbis nuptis. Suprà ; Fræmonq; votis usq; ad invidiam felicibus. Inscriptio sepulcralis Romana;

Ingrata Veneri spondebam munera supplex,

Erepta coniux virginitate tibi.

Persephone votis invidit pallida nostris,

Es prematuro funere te rapuit.

Omnia dixit, ut infra ; Forsitan dum omnia concupisco, voluptatem tempore perdidit. Sensus est prætexitatus & nequam.

Pag. 76. v. 6. ubi est assurcus] Iacob. Spiegelius Schol. ad Ric. Bartholini Austriad. lib. 9. Rader ad Martial. lib. 14. ep. 176. An leg. *Assur* ? Volaterranus lib. 25. de accipitribus; *Astorgios* Pausanias ponit, quos Italici *Astures* dicunt. *Astures* alij vocant. videndus Aem. Ranconetus an *livre de marine*, venerie & *falconnerie*, & Iohan. Nicotius an *Thresor de la langue François*.

v. 19. irrepsi tamen] Irrepere est clanculario & fraudulenter capere. Barth. ad Claud. num. 1439. Tralatio à serpentibus. Strabo Epigrammataris lib. 1. in adolescentem pathicum nomine Draconem;

Εἰς Δρακὸν τὸς ἔφηβος ἄγας καλὸς ὦν δ' ὄψιν αὖ.

Ἦως εἰς τὴν πρῶτον αἰὼν ἔφη δ' ἔχθ.

Hinc mollitiei poenam divinam legimus inguinis in serpentem μεταμόρφωσιν. quam refert de libidinoso Clerico Thomas Brabantinus, ex narratione Bonifacii Lausannensis Episcopi, lib. 2. de Propriet. apum, ubi inter cætera ; Vbi hoc semel, ut erat solitus, attentaret, manens inter crura loca virili membri colubrum apprehendit.

v. 20.

v. 20. *gaudium extorsit*] *gaudia sunt, quæ propinat* γλυκύπικρ. illa Dea. Propert.

Quanta ego praterita collegi gaudia nocte.

Calpurnius Eclog. 1.

Dum negat amplexus nocturnaq; gaudia nobis.

Nemesianus Eclog. 2.

— *Venerisq; imbutus uterque*

Tum primum dulci carpebant gaudia furto.

Barthius ad Claudianum, num. 1552.

ibid. *indelectatus*] *pro, delectatus*, cuius generis contrarias notiones huius præpositionis annotavit Alb. Gentilis de Latinitate vet. Biblior. versf.

v. 21. *nequitia mea*] *deliciis & fracta mollitie.* Barth. ad Claudianum num. 1491. Papias; *Nequam*, qui nequit se continere à sceleribus. item *nequam* dicitur luxuriosus, quia in continens est. Hugutio; *Nequitia*, malitia & luxuria. Hermas in Pastore libr. 1. cap. 1. *Quando tibi turpe verbum aliquod locutus sum? Tunc illa ait; in corde tuo ascendit concupiscentia nequitia.* Et cap. 2. *Sed etiam nunc adiecerunt peccatis suis libidines, & commaculationes nequitia.* Hinc capiendus & interpretandus veteris Poëtæ versus;

Nequitia est qua te non finit esse senem.

Et Syracidis Interpres cap. 9. versf. 1. *Non celes mulierem simus tui, ne offendant super te malitiam doctrina nequam.*

v. 23. *sensum meum*] *voluntatem, promissum, vel affectum & benivolentiam*, qua in eum utar. ut nihil opus sit emendatione.

v. 29. *plena maturitas*] *est descriptio ephæbi.* Virgil. lib. 7. *Iam matura viro, iam plenus nobilis annis.* Claudia. *plenus adoleueras annis.* Barth. n. 2538.

v. 30. *annis ad patiendum gestientibus*] *Puella* ἐν τῇ ἀμύν dicuntur *Catulle*, & *Catullire* Latinis: ἑρπύων, παρὰ δὲ ἀν. τῶν γλῶτ. Græcis. Hippocrates de iuuenibus; ἐπὶ τῷ ἀφροδισιακῷ αἵματι ὅτι τῶν γλῶτ. Aristot. Histor. animal. libr. 2. cap. 7. *Didius nomine Ciceronis in ea in Sallust. Et atas tua iam ad ea patienda, qua alteri facere collibisset, exoluerat.*

Pag. 77. v. 2. *Quare non faciemus*] *turpe etiam verbum Ouidio, Martiali, aliis. & desumitur origo à Græcis, qui οὐκ ἔδιδουν, idem est perficere, ut in Iul. Capitolino, & hac Ouidij loco;*

Sed sensim tarda perficienda mora.

Et elegans est iocus apud Martial. lib. 3. ep. 79.

Rem peragit nullam Sertorius, inchoat omnes,

Hunc ego cum fuit non puto perficere.

Romirez Hypomnem. ad Martial. libr. 1. epigrammat. num. 2.

v. 5. *Erectus his sermonibus*] Butschius leg. *Experrectus*, quod non placet. *Erectus*, id est, consolatus sermonibus Eumolpi.

v. 9. *cum pulcherrima artes periissent*] Legen. *cur pulch.* Schopp. Verisim. lib. 2. c. c. 18.

v. 12. *tropica*] conuersiones, mutationes. Dan. Heinsius in Satyr. Hercules tuam fidem, siue Munstero Hypobolim. *Quis Deus tropica hac induxit? aut qua hac est commutatio.*

v. 17. *Itaque * hercula omnium herbarum succos*] num. 2. *pergula*? ut à Democrito contemptum patrimonium, & paupertinam domum significaret. Lucianus quidem in Philopseude scribit, Democritum in monumento clusum fuisse, atque ibi admiranda illa scripsisse. Lippius Antiq. lect. libro 1. c. 8. Leg. *Itaque argilla herb. omnium succos*. id est, in testa seu vase argillaceo coxit. Schopp. Verisim. lib. 2. cap. 18. in qua tamen coniectura valde nutat: non item in Arte Crit. ubi affirmanter ex veteris scripturæ vestigiis *arcula* fecit *argilla*. Al. *harcula*. Leg. *arcula*, id est, prætorio. Euphormio Lufinus siue Guilhelmus Barcbius Pater in Satyrico. Leg. *harcula*. Nemo fuit qui daret significatum ignotiori vocabulo. Fieri qui emendarent. At ego ex Vitruuio euidenter demonstrabo, *arcam* esse machinam, qua marinus fluctus à portu reprimitur, & inde diminutum *arcula*, machina qua humor alicunde exprimitur. Schickerath in Epist. Critic.

vers. 20. *Eudoxus quidem*] al. *quidam*. pessimè. *Quidem* particula est affirmandi, pro, certè proferò.

v. 24. *ser helleboro*] Lucian. *scilicet*. meminit alludit & in 2. Verar. ubi inchoat *ὁ δὲ καὶ Κρυπτικὸς, ὅτις ἐστὶν αὐτῶν ἐκλεινὰ ῥιζὸς διμυστὸν τὸ τετραπλὸν καὶ τὸν ἐκλεινόν.* Idem de Carcade Academico tradit Plin. libr. 25. cap. 5. Pro Chrysippo etiam est Tertullianus de Anima, c. 6. ubi proverbialis est locutio; *Thales in puteum, Chrysippus ad elleborum* vide Erasnum in proverb. *Bibere elleborum*, Chil. 1 cent. 8. adag. 51.

vers. 27. *Myron*] huius meminere Cic. 6. in Verr. & in Bruto,

Bruto, Strabo li. 14. Vitruvius præf. lib. 3. Statius 2. Sylu. Quintilian. lib. 3. Symmach. lib. 1. ep. 25. Iuretus ad Symmachum, lib. 1. ep. 23.

v. 30. *Paratas quidem artes] paratas, i. e. iam inuentas ac traditas, nedum vt noui aliquid indagemus.*

Pag. 78. vers. 2. *ne bonam quidem mentem aut valetud.]* Stoici tria potissimum à Diis rogabant, bonam mentis, bonam animi valetudinem, tertio corporis. ex Iuvenali,

Orandum est ut sit mens sana in corpore sano.

Fortem posce animum; mentis terrore vacantem,

Qui spatium vita extremum inter muneris ponat,

Natura qui ferre queat quoscumque labores.

v. 6 *si thesaurum effoderit] mortes suorum & inuentio thesauri, inter exempla votorum hominis auari solent iungi.* Dio Chrysostomus in 4. de Regno; τὰς δὲ θεὸς τίλκων ἐκ εἶναι λογίζεται, ὅτι μὴ πολλὰς αὐτῷ μὲν μεγαλὺς θησαυρὸς παραδεικνύσῃ ἢ φανέρως ἢ οὐκ αἰκίαν τῶν καὶ συγγράων, ὅπως ἔχοι κληρονομεῖν. Casaubon in Pers. Satyr. 2.

v. 8. *Ipse senatus recti bonique, praeceptor] vide Brossæum in Cassiodorum Variar. lib. 4. epist. 4. Iuretum ad Symmach. lib. 1. ep. 46.*

v. 11. *Iouem quoque peculio exorant] Sulpicius Seruastus epig. in Auaritiam;*

Hos cælo iubeas ut petat, inde petet.

Lindenbrog. Notis in Catalect. Præclare Persius;

Quid inuat hoc, templis nostros immittere mores?

stultos esse probans, qui frustra Diis pretiosa dona offerant, qui diuitiis nec capiuntur nec vtantur. *Quid inuat,* id est, in quem finem in hoc facimus, quod corruptelam morum nostrorum inferimus in res religiosas? nā quia luxuria & auaritia animos nostros occupant, ideo sic erga Deos nos gerimus, quasi & illi essent luxuriosi & auari. Casaubon. in Pers. Sat. 2.

versu 17. *Troia halosin] Tryphiodorus scribit Ἰλίου ἑλωσιν.*

vers. 18. *Opus versibus pandere] Opus pro carmine etiam Hebraeis. Psalmus 44. vers. 2. Dico ego opera mea Regi. Bucerus.*

vers. 21. *messis] annus. sic & aristæ pro annis posuit Virgil.*

v. 22. *atro dubia] Iungermannus leg. atrox dubio.*

N n 4 ibid.

Ibid. *Pendebat*] *dubia erat*. Barthius ad *Claudianum* num. 460.

vers. ult. *Delio profante*] *Leg. profante*. *Profari* verbum est oraculo Delphico & Vatis. suum quasi & proprium. *Lucret. lib. 6.*

Pythia qua tripode ex Phœbi lauraq. profatur.

Schopp. *Verisim. lib. 2. c. 18.*

v. 24. *scissaq.*] *al. spissaq.*

v. 25. *Robora*] *quercus*. Non multò post;

Roborea moles spirat aliena metu. *Virgilius;*

Hanc tamen immensam Calchas attollere molem,

Roboribus textu, caeloq. educere iussit.

Rob. Titius Assertion. lib. 1. c. 25.

v. 28. *Irata virtus*] *pro, irati viri*, hoc est, milites, abstractum pro concreto, & semper de militibus hominibusque bellicosis accipitur. Explanat ipse se *Petronius* infra hoc versu;

Danaï relaxant clostra, & effundunt viros.

Esdras Iunior lib. 1. cap. 4. v. 10. de Regis potentia; Et omni plebs & virtutes eum obaudiunt : id est, tam plebeij, quam milites & potentes. Est autem modus hic loquendi *Hebræis* quàm familiarissimus, de quo videndus *Bez. 22 Annot. in Apocal. c. 13. v. 10.*

Ibid. *graves equi recessus*] *graves recessus bene VVou- vver interpretatur gravidos, ad exemplum Virgilij, qui machinam fatam armis appellavit*. *Zinzerl. Miscel. Critic. lib. 2. c. 5. Salisb. lib. 8. ca. 7. Porcum Trojanum ideo sic vocabant, quasi aliis inclusis animalibus gravidum, sicut Trojanus ille equus gravidus armatus fuit. Ennodius in Epist. Itq. dotatus liberalibus institutus bonam mentem cura gravidam ad spem germinis melioris attollis.*

v. 29. *voto latens*] *dignus vindice nodus, quid sit, in voto latere*. Scio non malè posse dici, illos iam inclusos vnicè huic intētos voto, ut dolus dextrè succederet. Sed aliò collimasse & in tropo perstitisse. Arbiters mihi videtur, ut videlicet quemadmodum in voto spem hominis sue embryonem esse dignus; ita & inclusos equos *Duræi* alio dicat in voto latere. *Zinzerling. Recens. alij in voto interpretantur, i. e. in equo votivo.*

v. 30. *O patria*] *Plaut. Bacchid. act. 4. sc. 9.*

O Troia, ô patria, ô Pergamum, ô Priamæ.

Adi Lambinum.

v. 31. *hæc titulus fero incisus, hæc ad fatam compositus Si-*
non]

non] v. c. hac ad fata. Leg. *Impositus*, hoc ad fata comp. Si-
non, *Ferum* appellat equum Troianum Virgilij & Ca-
tulli exemplo. *Tisulus* autem huic impositus erat voti.
Vnde paulò antè dixit; *Stipant grames Danaï recessus...*
& in voto latent. Gul. Canterus Neuar. lect. lib. 3. cap. 14.
Fero, id est, equo. Hinc *ferinus* pro equino apud Virgil.
Vnde Centauri *semiferi*, quod dimidiata parte equos
repræsentarunt, dicti Prudent.

*Feros instigant subitis clamoribus atque
Flagellis.* ————— Virgil.

— *Inq̃, feri curvam compagibus alium.*

Gifan. Ind. Lucret. Schopp. in Miscel. Barth. ad Claud.
num. 943.

v. 33. & mendacium in damnum potens] Leg. *en menda-
cium*. Seevvechius ad Apul.

v. 34. *Iam turba portu libera*] Portas enim & moenia
quoque ipsa diruerunt Troiani, quo equum admitteret.
Simmias Rhodius in Securi; Εὐπας. ---

Επειὶ ὠέλκυον, ὀππὲκα πύργων,

Θέλει ὕλῳ κατέρπειν αἶψα.

ita enim ibi legendum ex certissima Scaligeri emenda-
tione.

v. ult. *In vota properant*] Iungerman. leg. *In fata propo-
rant*. fortassis: & *Fata* vocare videtur illas res, quæ fatum
Troia portenderent & interitum. Plaut. Bacchid. act. 4.
scen. 9. *Dum ibi exquirat fata Iliorum*. Ipse Petronius sta-
tim post; --- *Fata, sed tardant manus*. v. c. habet, *Iam vota
properant*, sc. turba Troiana seu ciues Ilienses. *Properare
vota*, id est, equum, quem Graij vouerant, est festinare in
urbem admittere. Iudica, Lector, & arbitrare Arbitrio
suum sibi honorem.

Pag. 75. vers. 2. namq̃, *Neptuno sacer*] Iungermann. leg.
Iamq̃, verissime.

v. 3. *Laocoon*] v. libb. *Laocoon*: sicut *Laudice*, *Laumedon*,
Boudicea, pro *Laodice*, *Laomedon*, *Boodicea*. Bongarsius
Not. in Iustinum lib. 13 sic infra, *Lauconte*, pro *Laocoonte*.
sic *Lautumia*, non *Laotomia*. Senec. *Laudicea*, pro *Laodi-
cea*. Plin. epist. Scal. ad Fest. *Alumentum*.

v. 4. *manu redulta cuspide Uterum notauit*] Virgilius;

— *sacramq̃, quæ cuspide robur*

La feru, & tergo sceleratam intorserit hastam.

Rob. Titius Assertion. l. 1. c. 25. *Redulta*, i. e. nudata ex va-
gina, in quam ducta siue condita erat, distincta. Mopl.
eodem

eodem sensu dicit, *Gladios retrahant.*

v. 5. *uteri natauit fata, sed tard*] Virgil. 6. Aeneid.

Pergama — Senec. Agamemn.

Fatale munus Danaüm traximus nostra

Creduli manu — Delrio in Aduersar. ad.

Senec. Trag.

v. 10. *Roborea moles*] al. *Robora*, fort. *Robusta*, vt *robusta materia*. Catoni & Varroni, pro, *robusta*.

ibid. *spirat alieno metu*] *suspirat*, gemit præ metu, qui non se, at alios tangebatur.

v. 13. *celsa qua senedos mare*] *Qua* pro *ubi*. cuius notio- nis elegantiam & probitatem aduersus Gipharium e- uincit Schopp. in Verisimil.

v. 15. *Vndaq; resultat scissa tranquillo minor*] *explico*. *Vn- da minor resultat, qua scissa tranquillo est*. Tertullianus de Pallio; *Sic & mari fides infamis, dum & flabris aquæ mu- tantibus de tranquillo probum, de flustis temperatum, & exemplo de decumanis inquietat*. Puteanus epistola ad Goldastum.

v. 17. *Longè refertur*] *Longè*, i. è longinquo.

v. 4. *angues*] *serpentes vel dracones marini*. Amos c. 9:

v. 3. *Et si celauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo serpenti, & mordebit eos*. quamvis ibi pro *leuia- thane* seu *balæna* à quibusdam accipiat.

v. 25. *infulis stabant sacri*] *sacri*, i. e. sacerdotes. Paulò prius de eodem Laoconte; *Neptuno sacer*.

v. 30. *Uterque fratri transfudit pias vices*] V. C. *pietas*. *Eg. pietas*. &, *utriusque*. Lindenbrog. Var. le&. in Catal. Non placet.

¶ vers. 34. *Iam morte pasti*] al. *In morte parci*. Fort. *Iam non reparci*. vide Gifan. Ind. Lucret. & Iuretum in Sym- mach.

Pag. 80. v. 2. *Peritura Troia perdidit primum Deos*] Cre- debant Genios vrbes expugnandas vel sponte deferere, vt de Troia significat hic noster, & Sen. in Troad. ver. 53. vel solemnī prece euocatos, vt de Veis tradidit Liuius l. 1. decad. 1. & de prece istius euocationis sumendum il- lud sequitur de Græcis;

Contraq; Troas Troia innocant sacra.

Formulam ex Sammonico Sereno proponit Macrobius lib. 3. Saturn. c. 9. Consule Var. le&. Mureti & lib. 14. Aduers. Turnebi, Guellium Poinpontium in 2. Aeneid. & Bris- sonium lib. 1. de Formul. pag. 70. & seqq. Delrio Com- ment.

ment. in Senec. Troad. nu. 53.

v. 7. *Temperant in armis se duces*] Infrà in eiusdem Eumolpi carm. de bello ciuili; — *sumite bellum Et temperate manus* — Sallust. in Iugurth. *Arma atque telum temptare.*

vers. 10. *Commonent orbem manu*] vibrant gyRANDO gladios.

v. 12. *Continuat in mortem ultimam somnos*] Leg. cum Douza patre, *noctem ultimam*, id est, mortem. Douza P. ad Catull. epigr. 5. Legend. aut. *ultimos somnos*, aut *noctem ultimam*, id est, mortem. eligat lector alterutrum. Lindenbrog Not. in Catal. Eligendum censeo neutrum. nam *continuat in noctem ultimam*, est dormientes ita obtruncare, vt vna absoluant vitam plaga. Suprà dixit, *Somnumque morti iungere*. qui locus opportunè admodum huic nostro consentit. *Mors ultima*, quia omnium rerum finis. Dionys. Cato lib. 1 Distichor.

Ne timeas illam, qua vita est ultima finis.

Et Ouidius alicubi:

— *Mors ultima linea rerum.*

Dicitur & mors *suprema* eidem Dionysio Catoni in Distich. vt *mors suprema, ultimum vel supremum supplicium* apud Ictos.

v. 14. *Contraq, Troas Troia inuocant sacra*] fuit enim sua & fatalis quædam vis ruenti huic vrbi. Aspexit & Senec. Tragœd. Troad. v. 53.

Et quoddam sacrum regni iacentis.

I S. Pontanus Analect. l. 2. c. 9.

vers. 8. * *Ex his qui in porticibus spatiabantur*] delendus asteriscus. nam nihil deest: sub iudicatur autem, nonnulli, vel, aliqui. Erat autem ista porticus pinacothecæ iuncta, in qua carmen hoc recitabat Eumolpus, audientibus istis ambulonibus.

v. 15. *lapides in Eumolpum recitantes miserunt*] vt poëtam & recitatorem molestum. Ex more theatrorum, vbi mali poëtæ saxis petebantur, sicut boni iaculo floribus ferti & soluti honorabantur. Ad quem alludit iocus ille in malum citharœdum; Πολύτορος δὲ τὴν κεντράδα φανὼν ῥοφῶντες, καὶ λίθον μασσοαυλῆς, ἐν ταλαίπωρῃ, ἐφῆ, καὶ ἰφώνῃ σε βάλλει: Cum Polyetor citharædus in lenticula forbitione lapidem manderet: O miser, ait, etiam lens te lapidat. Lapidationis theatralis exempla multa apud veteres, præsertim Lucianum. Casaubon. Animaduer. in Athen.

l. 6.

lib.6.c.11. Raderus ad Martial. l.3.epig.33.in Ligurinum eodem vitio quo hic Eumolpus, laborantem.

vers. 24. *sepius poetice quam humanè locutus es*] Poëtæ fingunt se diuinitus afflatos ad carmina rapi canenda, verbaq; effari non sua, id est, humana, sed diuina, h. e. Apollinis & Musarum, vt docet Lucianus ἐν Διαλέξει τοῦς Ἡσιόδοις. Hinc Lucanus, licet à nostro Satyrico vt nimium humanus notetur, lib.5. scripsit;

--- *Aratus*

*Phæbados irrupit Paan, mentemque priorem
Expulit, atque hominem toto sibi cedere iussit
Pectore. --- Et Claudian.*

Iam furor humanos sensus Expulit ---

Barth.in Animaduers.f.n.2448. Eodem modo Apul.lib.5. *Inhumana mens* lauribus vocat dapes cœlestes. Gruter. Suspici. l.8.c.4. *Απεροδονύους* & ineptè ad hunc locum. *Humanè*, pro hominum more ac ritu. Et notandum est, quod *poetice & humanè loqui*, quasi pugnancia collocentur. Schopp.in Miscellan. Apud Strabonem in Phœnicide ait paterfam. de coquo verba effante obscura & inaudita;

Πάλω ἱερὸν γ' αὐτὸν ἤδη μεταβαλεῖν,

Ανδροπῆτος λαλεῖν τε ---

Sic apud Hieronyma accipe *humanum sonum*, cùm in Apolog.in Rufinum *ποδόν* hanc illius exagitans, *qua mihi ad suspicionem veniebant*, ita loquitur; *Compeditam putes linguam eius, & inextricabilibus modis ligatam*, vix in *humanum sonum* erumpere. Casaubon. Animaduersion.in Athen. l.9.c.7.

v.28. *à te exire*] furere. Claudiano obliuisci sui Boëthio ex se extirpari, Apuleio, suum non esse. Martiali se non habere. Barth.ad Claudian.n.1477. vide infra ad illud, *tanquam insanum*.

v.34. *habeam rixandum*] nota loquendi genus ex Græco fonte. Tacit.lib.4. Annal. *At in penatibus iisdem tolerandum haberet.* Et libro 14. *Si nunc primum statuendum haberemus.* Plinius libro 1. epist. 8. *Cùm enitendum haberemus.* Pichena Not.ad Tacitum libro 3. Annal. numero 44.

Pag.81.v.1. *si cinras hodiernam bilem*] Pithæus Aduersar. siue Subsec. l.2.cap.8. leg. deleto asterisco; si cinras hodiernam bilem, unâ cenabimus, mando adiculas custodi cœnula officinas. *Adiculas* ἐν λυμαῖς pro adicula. Ramirez
Hypo

Hypomnem. ad Martial. l. i. epig. 100. n. 6.

v. 2. *adicularum custodi*] an ianitrici? hęc mulier fuit, vt infrā vocatur in his verbis, *mulierque cœna mandata curauerat*: & quidem vidua. nam super eadem capiendum est illud, quod postea sequitur, *Faxo sciatur non vidua hanc insulam esse, sed M. Mannicij*: q. d. non huius viduæ, quæ vobis cœnam parauit, sed heri eius M. Mannicij.

v. 4. *Cum linteis & strigilibus*] Senec. epist. 95. *Vetemus linteæ & strigiles Ioui ferre, & speculum tenere Iunoni.* vide Coluium in Apul. l. 1. Metamorph. & li. 2. Floridor. Turnebum Aduersar. l. 26. c. 20. Philandrum ad Vitruui. l. 5. c. 11. Mercurialem Var. l. 6. l. 1. c. 8. Rader. ad Martial. l. 14. epig. 47.

v. 5. *parieti applicitum*] affixum. Val. Max. l. 2. c. 1. *Iuuenes aliquem ex parietibus conscriptis ad curiam deducebant, affixiq; valuis expectabant, donec reducendi etiam officio fungerentur.*

ibid. *tristem confusumq;*] Infrā: *Confusus hac denuntiatione Eumolpus.* Iterum; *Confusus ille & consilij egenus*, id est, contristatus. Sic *confusio*, pro tristitia. Idem Petron. *Poteris hanc simulationem & lacrymis & vultus confusione obumbrare.* Vide Goldasti Notas ad Valerianum Cimelens.

v. 6. *scires non libenter seruire*] pro scire & videre inde quis posset. sic etiam *putares* suprā posuit. Schopp. in Miscellan. Dixi suprā fusiùs.

ver. 11. *pœnitentiam iudicis tui puni*] de quo suprā, cū Ascyltos peteret Gnythoni arbitrij libertatem concedi, vt sequeretur quem vellet, inquit Encolp. *Conditionem præcipiti festinatione rapui, commisiq; iudici litem.* Huc vidit hoc loco Gnython. *Pœnitentia pro pacto pœnitendo, μετανοία. αἵματος.* Mox statim; *Si bona fide pœnitentiam emendas.* *Pœnitentia* est etiam actio pœnitundinis. Infrā; *Aut fallor, aut Fortuna communis cœpit redire ad pœnitentiam suam.* Sueton. Octau. cap. 12. *Et quò magis pœnitentiam prioris sectæ approbaret, Nursinos extorres egit oppido: i. e. ostenderet, quàm se pœniteret, quòd priorem sectam securus erat.* Quintilian. l. 9. c. 3. *non pœniturum, pro non actum pœnitentiam.*

v. 13. *cecidisse*] mirum, si *καθάρνας* posuit pro casum esse. h. e. vapulasse.

v. 19. *persusum es lacrymis*] præ gaudio sc. Claudian. ---
gaudia

gaudia penè mouerunt lacrymas — Exemplum talium lacrymarum est apud Diodorum Sicul. & Orosium l. 2. c. 17. Barth. ad Claudian. n. 1565. & n. 2258. Alibi Petron. *Mentisq; parida gaudium lacrymas habet.*

v. 26. *peregrini amoru concessio*] pro amasio, qui alteri concessus. *Optio*, qui optatur. Plaut. *Asinar. Sume optionem Leonidam.* Sic Bibaculo Orbilius, *literarum oblatio*, quod scil. literas oblitus esset. Palmer. in *Spicileg. Peregrini amoru concessio*, id est, qui alienum secutus es, ei que te concessisti. Nam *concessio* pro eo dicitur, qui conceditur; sicut *frustratio* pro eo qui frustra habetur apud Plautum. Schopp Explanat. in *Mostell. a. 5. sc. 2. Concessionem* vocat ipsum Gnythonem, peregrino sc. amoru concessum & obsecutum. Talia apud auctores exstant quamplurima, vbi sic adiutorum quid pro substantia personæ ponitur Barthius in *Ceir Virgil. n. 89.*

v. 27. *Postquam se amari sensit, supercilium sustulit, nec amoru arbitrium ad alium indicem tulit*] ita legend. deletis asterisco. cuius rei explanationem affert Plin. l. 11. c. 37. *Frons & alius*: sed homini tantum tristitiæ, hilaritatis, clementiæ, seueritatis index. In ascensu eius supercilia homini, & pariter, & æternè mobilia: & iis pars animi. Negamus, annuimus. Hæc maximè indicant fastum. *Superbia* alicubi conceptaculum, sed hinc sedem habet. In corde nascitur, huc subit, hinc pendet. Douza P. *Præcid. pro Catull cap. 6. Aristænetus in Epist. ad Ieronymum*, αὐτὸς ἑστὶν ὁ ἀνὴρ, ὃς ἀποφύναται μέγα, καὶ σολομὸν καὶ Ἰωνά καὶ τὸν ὀφθαλμὸν. Douza F. ad Catull.

v. 30. *si bona fide penitentiam emendas*] an simul spurcum quid latet in penitentia, vt supra in verbis *Locus & Solum*? Balbus Catholico; *Penitentia* dicitur quasi punientia, dicta eo quod ipse homo in se puniat penitendo quod malè admisit, & scribitur per α diphthongum penitentia: sed quando dicitur penitentia quasi penis tentio, quod penem, id est, priapum, scil. virile membrum, tendat, scribitur per simplex e. Vide Rigaltij Not. in *Phædrum.*

v. 34. *fidem memoria tue appello*] Phædrus l. 4. fab. vlt. *Exhibe vocis fidem.* Rigaltius in Nor.

Pag. 82. v. 10. *rimam fori*] id est, ostij.

v. 18. *in contubernium recepissim Ascyli partem*] Leg. *Ascyli partem*, pro comparè. in Ditis; *Tuq; eris isti par---* Sædonius;

Mello

Helleſpontiaco parem Priapo.

Quamuis in Petronio quidem malim, *Aſcylti par*. Sic enim ſolebant hunc illius *par* dicere, cum geminum moribus ſignificabant. Plaut. Rud. *Et erat hoſpes, par illius, Siculus ſenex*--- Palmerius in Spicileg.

verſu 22. *negat ſibi umquam acidiuſ fuiſſe*] id eſt, ſibi peius fuiſſe, quàm toto eo die, quo tot mala pertulerit.

v. 24. *quia conatus ſum circa ſolum ſedentibus carmen recitare*] Phædrus, *Poeta moleſti*. ſc. recitationibus ſuis, quibus frequentiffimis ferè enecabant homines Nam, vt Horatius ait,

Indoctrum doctumq; fugat recitator acerbus.

Tales Martialis deſcribit tum alios poëtaſtros, tum Ligurinum lib. 3. Talis Eumolpus iſte, qui in triuijs, balneis, in conuiuijs ſua hominibus quibuſlibet carmina recitauit. Rittershuſius ad Phædrum.

ibi. circa ſolum ſedentibus] *ſolum* non erat vas, in quo totum corpus ſubmergeretur; ſed fiebat ad crura ſolum lauanda, ſedentēſque recipiebat, pertingēte aqua vique ad genua. *Circa ſolum*, i. e. in circuitu ſolij. Ramirez ad Martial. l. 2. epig. 42.

v. 28. *Ex altera parte iuuenis nudus*] ſc. Aſcyltos. Atqui ſub veſte veteres lauabatur. Celfus; *Sub veſte primum in balneo inſudare, ibi ungi, tum tranſire in calidarium.* vidēdus Artemidorus de Somniis. Velabantur autem obſcœnz partes. Ambroſius Offic. l. 1. ca. 18. *Licet plerique ſe & in lauacro, quantum poſſunt, tegant, ne vel illic, ubi nudum totum eſt corpus, huiusmodi inſecta portio ſit.* Auguſt. de Cui. Dei lib. 14. *Omnes gentes adeo tenent in uſu pudenda velare, ut quidam barbari illas corporis partes nec in balneis nudas habeant* Sauaro ad Sidon. lib. 2. ep. 2. Sed Petronius deſcribit ſimul & perſtringit impudentiam zui ſui Neroniani.

v. 31. *tamquam inſanum*] *lymphatum*, & ceritum & furioſum, quales Poëtæ & Vates vulgò dicebantur. Symmach. in Epiſt. *Videor vobis mentis inſipere, atque adeo in Poëtæ nomen dediffe.* Etiam Prophetæ apud Hebræos. Oſæ cap. 9. v. 7. *Scitote Iſraël ſtultum, prophetam inſanum, virum ſpiritualē.* Sed & prophetare nihil aliud fuit, quàm inſolentia loqui, vt enthuſiaſmo acti ſolent. Vnde & qui bono Dei Spiritu afflati, de diuinis rebus diſſerebant, carnalibus hominibus inſani habebantur. Sic de eo, quē

Elizaſ

Elifszus ad vngendum in Regem Iehu miserat, dicebant, qui cum Iehu erant; *Quid venit insanus iste ad te? id est, arreptitius.* Sic & Paulum insanire Festus putabat, diuina differetem. Act. 26. Insanum enim caro iudicat, quidquid suum captum excefferit. Bucerus Enarrat. in Matt. 22. in fine.

v. 34. cum plausu & admiratione] de quo plausu mentioniari fieri solito Ramirez ad Martial. l. 1. epig. 24.

v. ult. inguinum pondus tam magnum] vulgò grauidinem appellant, à gravitate oneris. Augustinus lib. ult. de Ciuit. Dei cap. 8. *Quidam ab infirmi pondere genitalium saluus effectus est.* In querolo; *Da mihi Psaltrias & concubinulas.* L. A. R. *Sume Paphien, Cytheren, Bressiden, sed cum pondere Nestoris.* Iuuenal. *herniam* appellat libro 2. satyra vn.

--- Quibus iam incendi frigidus ano

Laomedontiades, & Nestori hernia possit.

Arnob. li. 7. aduersus Gent. *Ingenium herniarum magnitudine ponderosi.* Et Moses Leuit. 21. ubi describit quales esse deceat ministros Dei; *Nec accedes,* inquit, *ad ministerium Dei, si fuerit ponderosus.* ita enim habet antiquus quidam interpres in veteri cod. MS. pro quo vetus versio vulgata *herniosus.* *Hernia* igitur pondus dicitur, propter rapturam pondere factam, cum intestina rupta tunica descendunt in vesicam. *Pondus* etiam pro testiculis vsurpauit Catullus:

Deuoluit ipse acuto sibi pondera flice.

Et Martial. lib. 7. Epigram.

Iudeum nulla sub cute pondus habet.

Idcirco testiculos bilibres appellat loco citato. Quid autem pro pondere, *onus inguinis* dixit. lib. 4. Pastor. Petr. Daniel. Not. in Querolum. Vbi tamen Martialis versum non rectè de testiculis interpretatur, qui de inguinibus loquitur. Iudæi enim non testiculos, sed inguina decutire solebant, quæ vocant *præputia*. De inguinum pondere graphicè Plaut. Casin. act. 5. sc. 2.

Quicquid erat, calamitas profectò attigerat numquam. Et Xiphilinus in Aucto; *πολύ πένος τὸ πρὸς αἰσίοις μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν.* Adde Birth. in Claudian. nu. 1533. Super eodem pondere Polyænus infra circa finem Diis gratulatur. in tanto beneficio granditatem partis huius posuere.

Pag. 83. v. 1. ut ipsam hominem laciniam fascini crederes] *fasci*

fascinum est mentula. Hinc *fascinosus*, id est, mentulatus. Schopp. in Priape. car. 17. Ergo hæc verba sic intellige. Erat tantus Priapus, ut homo ipse appendix eius, vel lacinia esse videretur. id est, multò breuior esse videretur. id est, multò breuior erat homo, quàm suus ipsius fascinus. Ramirez ad Martial. l. 1. ep. 24. Balbus Catholico; *Fascinus etiam dicitur Priapus, quia quibusdam fasciis solebat olim involui, quum carerent brachiis.* August. de Ciuit. Dei l. 6. c. 9. *Sed quid hoc dicam, cum ibi sit & Priapus nimis masculus, super cuius immanissimum & turpissimum fascinum sedere noua nupta iubebatur more honestissimo & religiosissimo matronarum, &c.* Porro *fascinum* dicitur nō à *fasciis*, sed à Græca voce *βάραν*, & translatione inde ducta, quòd Priapi pro amuleto appendebantur pueris. *Lacinia* autem est vestis assumētum redundans, & quod ornatus tantum gratia adicitur. quod quia grauare interdum magis quàm honestare solebat, ideo dixit Tertullianus libro 4. aduersus Marcionem, *Compendiatum est nouum testamentum, & à legu laciniosis oneribus expeditum.*

v. 4. *nescio quis enim eques Romanus*] sub persona huius Equitis, molles & effeminosos sui temporis homines tacit, qui bene vasatos è balneis ad conuiuia, è conuiuio ad lectum educebant, fiebatq; strenuorum huiusmodi militum in balneis delectus. Senec. *Quæst. natur.* l. 1. c. 16. de Hostro quodam profligatissimæ obscenitatis homine: *In omnibus balneu agebat ille delectum, & aperta mensura legebat viros.* Ramirez ad Martial. l. 1. epig. 24.

vers. 5. *ut aiebat*] Iugerman. *aiebant. bene, & ita pridem* Goldastus diuinauerat.

v. 9. *ab officioso recepissim*] *Officiosi*, qui in balneis vestimenta seruabant, *capsarii* dicti Paulo in L. 3. §. ult. D. de Off. Praef. vigil & Interpreti Iuuenali Sat. 3. ad illu, & sonat vinctis *Strigilibus* quos habent *capsarii*. Sauaro ad Sidon l. 4. ep. 20. *Leg. ab officio solus recepissim.* Ab officio interpretor post officium siue lauationem. *Qua* voce vsus ita & alibi sæpe Petronius. Sed disertè Interpres Historiz Apollonij Tyrij in re pari; *Accepto ceromate docta manu circumleuit ei, deinde in solio fouis, & exennte Rege ab officio recessit.* IS. Pontanus *Analect.* l. 2. c. 16. Imò leg. *ab officio recepiss.* nempe balneatorio siue balneatoris. *Officia* pro officialibus, *ministra* pro ministris. Marcellius

ad Suetonij Vespasianum. Vide Goldasti Notas ad Dositheum.

ibid. *notorem dedissem*] *Notor*, qui notitiam rei aut fortunæ proficitur. unde *notoria* est indicina, per quam res occultæ notescunt. Vide Marcilium ad Suetonij Vespasian.

v. 10. *tantò magis impedit inguina*] ut hoc intelligatur; ait Eumolpus, Afcylton, quòd bene valatus esset, facile inuenisse vestes: se verò doctum & literatum suas nò recepturum, nisi notorem dedisset: additque, *tantò magis impedit*, id est, tantum præstat, peculio pensili quàm ingenio docili præstantem esse. Scopp. in Miscellan. Legend. *tanto magis expedit*. V. Vouuerius, Putschius, Pflugius. vel, *tanto magis impedit ingenia quàm inguina*. Iungermannus. Quid si legamus, *tantò magis impendit*, id est, prodest, præstat, ut accipiatur substantiuè?

v. 14. *Ut cumque tamen, tanquam non agnoscerem fabulam, tacui*] Ramirez legit & distinguit; *Ut cumque, tamen tanquam non agnoscerem, fabulā tacui*. Hypomn. ad Martial. l. ep. 100. nu. 6. Fortassis non inepte, ut et *utrumque*, referatur ad illa duo, iniuriis — commodis. Et *fabulam*, id est, rem inter nos gestam.

v. 15. *cœna ordinem explicui*] *explicare cœnas* vocat, ita struere, ut ea quæ complicauerat & asseruauerat, acce explicaret, & promeret in iis Martial.

Explicat et cœnas unica mensa duas.

Eadem dicēdi formula alibi dicit *explicare conuiuia*. Ramirez Hypomnem. ad Martial. l. ep. 100. nu. 6.

v. 16. *Vile est quod licet*] videntur esse verba Encolpij gaudentis iniuria Afcylti.

ibid. *animus errore lentus*] an *lentus*, id est, tardus propter errorem, & pro vile, leg. *utile*, deletis asteriscis? an ex vet. cod. leg. *lenitus*, ut infra; *Flectite mentes satisfactione lenitas?*

ver. 18. *Ales Phasiacis*] in luxum Romanorum. Scallig. in Catalect. Sicut Agellius ait, *mensas nobis occupant Pannus à Samo, Phrygia Attarena, grues Melica, haud ex Ambrachia, Pelamis Chalcedonia, murana Tartessia, aselli Pessinuntij, ostrea Tarentina, petunculus Chius, olips Rhodius, scari Cilices, nuces Thasia, palma Egyptia, glans Iberica*. Puteanus in Genial. serm. Vide de his elegantissimis versibus, ut gula omnes terras omniāque litora peragrauit, Scip. Gentilem Comment. in Apul.

Apolog.

Apolog. num. 419. Námque temporum suorum luxum notat, quibus copiosiores, conuiuia sumptuosa pararent, illudque melius & delicatius censeretur, quod carius plurisque venderetur. Rader. ad Martial. l. 13. epigramm. 71. De Phasiacis auibus etiam infra Petronius meminit;

— iam Phasidos onda

Orbata est auibus: multoq; in litore tantum

Sola desertu adspirant frondibus aure.

Raderus ad Martial. lib. 13. epigramm. 67. Aldrouandus in Ornitholog. An hinc propter similitudinem nomen acceperunt nostrates *Phasiani*, quorum frequentia in apibus Heluetiorum & Rhætorum, vt tradit Stumpius in Chron. Heluetiorum, & Simlerus in Commentar. de Alpibus?

v. 21. anas] prima longa, quod obseruandum. Taubmannus in Dissertat. de Ling. Lat.

Ibid. enouata] fort. enotata. Iungerman.

v. 22. plebeium sapit] plebeius, id est, vilis, vt Cic. plebes vocat philosophos: & Propert. amittum plebeium dixit, Lucret. vestem plebeiam. Gifanius Indic. Lucret. Infra Petron.

— Non usu plebeio trita voluptas.

Martialis;

Imbue plebeias Clusinis pulvisibus ollas.

Casaubon in Pers. sat. 3.

v. 23. Attractus scarus est, & Asra Syrtis] aliz editt. habent: atque arata Syrtis. Arata Syrtis, vt Mæcenæ apud Senec. Vide vt alium lintribus arant. Pertinent autem huc Horatii versus;

Non me Lacrinis inuerunt conchilia,

Magisve rombus aut scarus,

Si quos Eois intonata fluctibus

Hyems ad hoc vehat mare.

Et egregie Latinus Pacatus Panegy. Theod. Aug. dicto; Illi demum cibi acquiescebant, quos extremus oriens, aut positus extra Romanum Colchus imperium, aut famosa naufragij maria misissent, quos inuita quodammodo reluctantiq; natura hominum pericula rapuissent. Lindenbrog. Notis in Catalect.

v. 25. Mulas iam grauis est] Carus. Sallust. libr. 3. Hist. Cum per omnem provinciam infæcunditate biennij proximi grane pretium fructibus esset, vide Nonium. Cui opponitur

tur facile pro vili & bene parabili. Paulò antè; *Quod non sunt faciles.*

vers. 26. *rosa cinnamum veretur*] ne scil. ab eo expellatur.

v. 27. *Quicquid quaritur*] multo magnòque labore acquiritur. Barth. ad Claud. num. 175. & num. 1711.

v. 31. *qui in eodem synœcio potant*] de quibus infrà; *Fit concursus familia, hospitumq, ebriorum frequentia. Synœcium, συνοίκιον, quæ & συνοικία. Philoxenus Gloss. συνοικία, conclatium, conclavia, insula. Aeschines contra Demarch. ἐπεὶ γὰρ πολλοὶ μεθυσσάμενοι μεταβίβοντες, μεταβίβοντες ἔχοντες. Συνοικίας καλεῖται.* Ergo *vicinia* hic non significat coniunctas in eadem Platea habitationes atque ædes, sed coniuncta in eadem domo conclavia, quas suprà *adículas* dixit. ex singularim inquilinis vocabantur, præponebaturque mulier, quæ earum curam gereret, & suprà *adicularum custos* dicitur. Ipsa domus vocabatur *canacularia*, interim etiam *insula*, vt paulò pòst à Petronio hæc ipsa domus. Itaque falsus Budæus in Commentar. ling. Græc. & Henr. Stephan. in Thesaur. ling. Græc.

v. 33. *sub eadem causa*] Iungerman legit, *causa sub eadem causa*, est, propter eandem causam, ob idem elogium, quasi sc. & nos omnes fureremur. sic *caussa*, pro elogio siue titulo ponitur Matth. 27. v. 37. quæ Mar. 15. v. 26. *ritulus causa*, Lucæ 94. v. 38. *subscriptio* Johan. 19. v. 19. *titulus* Videndus Beza in Annotat.

Pag. 84. v. 4. *quam humanitate posuissem*] liberalitate & benignitate. suprà; *Ne tam grande munus suspectam faceret humanitatem meam.* Infrà; *Porrexisti ad humanitatem inuitantis, vitæ manum.* Sic capio & interpretor illud; *Scitu quid tentare plerumque soleat humanam satisfactionem.* Infrà, *liberalem & meliusculam.* Iterum Petron. *sive quod humanius est, commodas, effice ut beneficium debeat.*

ibid. contumelia tollerem] hinc *contumeliosa humanitas*, apud Senec. epist. 4. quid sit, intelligi debet.

v. 7. *O felicem, inquit*] ex illis, quæ sequuntur, non *quæst* *iracundiæ causam*, colligo, aut paucissima, aut nulla hoc loco desiderari. Nam cum Gnythonem audiisset obiurgantem & pro se loquentem, hæc verba adiecit Eumolpus.

ibid. O felicem matrem tuam] Homer.

1755

Τειρομάνας πῦρ σίγῃ καὶ αἵματι καὶ ὕδατι μίχθη.

Barth. in Musæum num. 138. & ad Claudianum num. 56.
Luc. 11. v. 27. *Beatus venter, qui te portauit, & ubera, quæ
suxisti.*

v. 9. *Raram facit mixturam cum sapientia forma*] Iac.
Magni Sopholog. lib. 10. cap. 8. addit; *quia scilicet pulchri-
tudo nihil facit ad sapientiam. vide locum: Et — quem
vultus honestat, Dedecorant mores, ut ait Claudian. nu-
mer. 1764. Αἱρεῖται δὲ δὲ eis τὸ ὄψιν, καὶ μὴ eis τὸ ὄψιν, di-
cebat ad herum Aesopus apud Planudem, & Mar-
culphus ad Salomonem. vide multis notantem Ritters-
huf. ad Phædrum. Veteres tamen cum puellas laudant,
semper sapientiam cum forma iungunt: quod & Petro-
nius vbique in suo Gnythone obseruat. Barth. in Mu-
sæum num. 33.*

v. 12. *Ego pedagogus & custos*] vide Colerum in Pa-
rerg. & Bern. Martinum Var. lect. 1.2. c. 15. Alb. Gentilem
Lect. Virg. c. 9.

v. 19. *extra cellam processit, tamquam aquam peteret*] hoc
est, tamquam vesicam exoneraret. Veteres verò honestè
aquam pro vrina posuerunt; & veteres dicebant, *sumere
se aquam*, cum ibant ad secessum. Ouid.

Sumenda detur cum tibi tempus aqua:
id est, cum tibi detur tempus ad exonerandam vesicam.
vide Scalig. ad Propert lib. 3.

v. 26. *Putam me furiosum esse*] sic infrà; *Neque in aman-
tium esse potestate furiosam amulationem. Amantes enim
furiosis æquiparantur. qua de re videndus Andr. Gail.
fusè differens Obseruat. lib. 2. cap. 110. num. 23. & passim
Poëtæ Amorem insanum & furiosum vocant. Dixerat,
ego iracundus sum. Hinc Horat. lib. 1. c. 1.*

Ira furor brevis est. —

v. 30. *adduxit repenti ostium cella*] al. obduxit. non malè.

v. 33. *Inclusus vero*] Petfchius leg. ergo. perperam.

v. ult. iam semicinctio stanti ad parietem spondam iunxe-
ram] Leg. sponda me vinxeram. Semicinctium est. Zona
minùs lata. Meursius Animaduers. miscel. libr. 3. cap. 7.
Rectius fortè, quàm Rader. ad Martialem libro 14. epi-
gram. 139.

Pag. 85. v. 1. *Cervicemq. nodo condebam*] Virg. 12. Aen.

Et nolum informem letho trabe necit ab alto.

Ambros. de Thob. c. 2. *Informis laquei nodum stringitur.*
Sedul. Carm. Paschal. lib. 4.

— *Nodatis faucibus angens*

Infelicem animam laqueo suspendit ab alta.

Iuretus in Symmach lib. 4. ep. 51.

v. 8. *si putas contingere posse*] exturbandum contingeret
nam sententiae officit. Palmer. in Spicileg.

vers. 11. *periturus per precipitia sui*] al. *petiturus pra-*
cipitia.

v. 12. *querentibus mortem*] scribe, *querentibus.*

v. 14. *mercenario Eumolpi nouaculam rapit*] *Esaia c. 7.*

Radet Dominus nouacula, trans flumen mercede conducta,
Rege Assyriorum. LXX. verterunt, nouaculam ebriam,
falsi ambiguitate Hebraicae vocis. Hieronym. autem
nouaculam acutam, cur verterit, non video: nisi per mer-
cedem, ductus sit ad acumen. Nos, quum Graecis & Latinis
videamus mercenarios & mercede conductos appellari mi-
lites, qui Carum more vitam pro aere venalem habent,
adducti sumus, ut Prophetam credamus *ἡδύπονον*
ἄδης *Deo tribuisse mercenarij militis conductionem,*
hoc sensu; Conduet 'Dominus nouaculam trans flumen,
Regem Assyriorum. en notam allegoriam. Nouaculam au-
tem pulchrè fecit eum, qui gentem Iudaicam vel cum
minimo pilo, hoc est, cum puluiculo è sua terra abrasit,
hoc est, deportauit. Zuinglius Apolog. Complanat. in
Esa. cap. 7.

Pag. 86. v. 4. *potionibus liberum urceolum*] vacuum &
inanem. sic intelligendus versus iste suprà relatus;

Iam turba portis libera, ac bello carens.

v. 13. *redditaq; scordalo vice*] in V. GL. Memmij cod.
scardalo scribitur, ut existimo, *perperam. Scordalum* in-
terpretor velut *scorodalum*, id est, hominem alliatum &
illuue squalorè,que *scordum* & *sordidum* & *impurum*; ut
de quodam de seruo apud Plaut. in Mostel.

Germana illuues oboluiti allium.

Talis enim cum balneas inibat, & in elegantes lautosque
inciderat, magno clamore & vociferatione exoriebatur
nisi fortè ab immundicia & foetore excrementorum alui
nomen habet. Hoc verbum etiam exstat apud Senec. ep.
57. *Adijce nunc scordalum & furem deprehensum.* Et ep. 84.
scordalum appellat, quam veriore scripturam esse reor.
Tullius, inquit, *Cimber & mimus erat in conuiuiis & scor-*
dalus. Est & hodie Graecis *scordalus* morbus in oculis
equorum, in angulo crescente caruncula. Turnebus *Ad-*
uersar. lib. 6. cap. 4. Ramirez magis probat, *Scortillo* ad
Martial.

Martial. libr. 1. epigramm. 107. num. 2.

v. 14. *Et cella utor et nocte*] familiaris Latinis dicendi modus, promittere noctem, negare noctem, pacisci noctem, uti nocte, ut honestè concubitus significetur. Ramirez Hypomnemata. ad Martial. l. 1. ep. 107. n. 2.

v. 26. *ansa ostioli rupta*] in aliis libb. *ansa ostialis rupta*. Leg. *ansa ostij disrumpa*. Had. Iunius Animaduers. l. 6. cap. 15.

Pag. 87. v. 3. *in mediam rixam perfertur*] Leg. *med. noxam*. & annotandum quòd hodie in Gallia iurgium ac dissidium vocatur *noise*, id à *noxia* detortum esse. Ausonius;

Sape in conuiujs fit noxia, si nimia est dos.

Noxiam & *noxam* idem esse vult Seruius in Virg. Scalig. in Catalect. ad Priap. Fallit ergo Giphanius, qui *noxam* pro iurgio, rixa, aut contentione apud veteres reperiri negat, in Obseruar. Ling. Lat.

v. 7. *Poëtarum disertissime*] hinc sumpsit Iac. Henrichmannus, qui ante annos plus centum vixit, quum initio Instit. Grammat. ad Bebelium scriberet; *Quiste non iure laudabit Poëta disertissime?*

vers. 11. *mihi factum facit*] me contemnit despici- que. Tacit. l. 4. Annal in fin. *iuxta, gratiam aut fastus ianitorum perpetiebantur*. Pichena Not. ad Tacit l. 2. Annal. num. 1.

v. 12. *maledic illam*] *Maledicere* aliquem veteres dicebant, quòd nos vulgatius, *alicui*. Sic *benedicere*. Barthius in Ceir. Virg. num. 85.

v. 15. *Intrat stabulum præco*] *Furtum*, quod à liçtore aut viatore licio præcincto, ipso aut alio quolibet comite indicium & fidem in lance præferente, siue hoc priuata siue publica ex auctoritate Magistratus perquisitum inuérumque est, *per lancem et licium conceptum* videtur. huius rei amissæ perquirendæ & concipiendæ ratio etiam apud Plaut. Mercat.

Certum est præconium iubere iam quantum est conducier.

Qui illam inuestigent, qui inueniant: post ad prætorem illico

Ibo, orabo, ut conquisitores det mihi in vicis omnibus.

Extant & alia præconij huius exempla, quæ collegit Pet. Pithœus Aduersar. & Subsec. l. 1. c. 2. & l. 2. c. 19. Brissonijs Antiquitat. l. 2. Marq. Freherus Parerg. l. 2. c. 30. Theod.

Marcilius in Interpr. leg. XII. Tabb. c. 7. P. Coluius Not. in Apul. Metamorph. l. 6. & l. 9. Cuiacius Obseruat. l. 16. Vitus Amerbachius epist. De furto per lancem & licium concepto, M. Tadius Alpinus epist. ad VVolfgang. Hungerum de furto per lancem & licium. Nec apud Romanos modò ; sed olim quoque apud Germanos, maxime Danos, rei furtiuæ publica per domos inquisitio fuit, de qua est in Legib. Scaniz c. 2. lib. 7. *Si scutinium negatur fuerit*. Et hodie nostris moribus furti perquisitionem Christianus apud Iudæos cum seruo publico siue lictore instituere potest, quod vulgo *Gehulbandt* appellatur.

v. 16. *aliat, sanè modica frequentia*] Leg. *sanè non modica*. Pithæus Aduersar. & Subsec. l. 1. cap. 2. quod non placet.

v. 19. *annorum circa XVI.*] al. *circiter*. Pithæus d. loca. Annus decimus sextus, legitima ephæbi ætas. Iosephus Antiquitat. Iudaic. l. 15. cap. 2. de Antonio Aristobulum Alexandri Iudæorum Regis formosissimum filium in amores & delicias concupiscente, & Herodi Regi, vt mitteret, mandante ; *Herodes haud iudicauit forma & ætate florentem Aristobulum (erat enim annorum sexdecim) & genere præstantem, mittere ad Antonium, hominem lib. dñi deditum, & voluptates inuerecunde conquirentem*.

v. 23. *amictus discoloria vestis*] apud veteres, qui in domo alterius rem furtiuam quærere volebat, nudus eam quærere cogebatur, licio tamen, quo pudenda tegebat, cinctus erat, & lancem, quæ patina erat rotunda & ampla, ante oculos tenebat, propter matrumfam. aut virginum præsentiam. Ioh. Borcholten ad *g. furtorum autem*, Instit. de obligat. quæ ex delict. nasc. imò quæsitore licio cinctus fuit, & manu lancem tenuit, in qua prærium inuentionis siue indicium esset, vt ex hoc loco probat Giphanius ad *g. conceptum*, Instit. eod. tit. *Discoloriam vestem*, vt iuris auctores *versicoloriam*, *Vopisc. ccloriam*. *Discoloria* autem veste uti solitos, qui quid publica auctoritate facerent, testimonio est Constit. Cod. Theod. tit. *de habitu quo intra urbem uti oportet*. Pithæus Aduersar. l. 1. cap. 2. Fortè colore publico eius ciuitatis insigni, in qua tal. quid fiebat. qui mos hodieque in Germania, & maxime omnium Heluetia, observatur, vt viatores & præcones in actibus publicis discoloria vtantur veste.

Recht

Rectè autem Balduinus à Borcholten reprehenditur, quòd in Legib. XII. Tab. c. 12. furta per lancem & licium ea fuisse tradiderit, quæ sacerdotes licio amicti, & panem Oëtite lapide conditum in lance circumferentes deprehendebant, cum is panis à fure deuorari non potuisset. ei enim præter Platonem, Festum, Gellium, manifestè repugnat hic Petronij locus.

v. 24. *indiciũ & fidem*] *Indiciũ* pro præmio, quod indicibus datur. Ait enim, Ascylton, qui famulum suum amiserat, cum præcone circumiuisse, & in lancee indicium prætulisse, i. e. pecuniam, quam daturus esset illi, qui sibi fugitiuum suum indicaret. Cic. de Diuinat. *Quapropter si tibi indicium postulas dari, quod tecum una feceris*, Vlpian. L. 4. §. ult. D. de condi&. ob turp. caus. Sic & *nuntium & euangelium* in Cic. ad Attic. dicitur præmium nuntij & euangelii.

v. 27. *institis, quibus sponda*] lectos funibus tentis fuisse docet etiam Herod. Calliope in fin.

v. ult. *uniusq; hominis vestigium*] Aristænetus l. 2 ep. 22. *ἡ τῶν ὑποκλινομένων ἐν ταῖς ἀρχαῖς, καὶ τῶν σὺν χεῖρσιν αὐτῶν ἐκείνων ἡ δὲ τῶν ὑποκλινομένων ἐν ταῖς ἀρχαῖς*.

Propertius;

Apparent non vlla toto vestigia pressi;

Signa voluptatis non iacuisse dno.

Mercerus in Not. ad Aristænet.

Pag. 88. v. 4. *quòd diligentius*] al. *quòd diligentius*, non paulò rectius.

vers. 19. *quem post fatalem rixam habuit carissimum*] de qua pag. 46. nam post illam rixam reconciliati fuerunt, ut patet pag. 47. quæ reconciliationis narratio desideratur.

vers. 22. *raptam cauponem harundinem*] Leg. *cauponis*. harundinem ostio appensam intellige. infra; & *harundinem ab ostio raptam*. ea virga Senecæ, ianitoris gestamen l. 2. de Tranquillit. Douza Præcidan. pro Tibull. cap. 1.

v. 23. *omniaq; etiam foramina parietum scrutatur*] solebant veteres imperquisitione furti vel minutissima quæque quamuis obsignata perscrutari & excutere. Plato de Legib. l. 12. Apul. 9. *Immissis itaque libtoribus caterisq; publici ministris angulatim cuncta perscrutari iubent*. P. Pithæus Aduers l. 2. c. 19.

v. 25. *reducte timidissime spiritus*] Ammianus l. 19. de no-

nocturnorum militum insidiantium silentio ; *Atque ipsum spiritum reprimentes.*

Pag. 89. v. 6. *continuo ita sternutavit, &c. saluere Gnythona iuber*] Mos est antiquissimus, sternutantibus bere precandi. Schopp. Verisimill 4. c. 12. Barth. ad Claud. n. 1432. Præter Plin. Apuleius lib. 9. Titianus l. 3. Epigr. eleganter. Non ergo propter inguinariam luem institutus fuit, ut scribunt Paulus Monticassinus & Guilelmus Mimatensis, quæ multo post tempore Romæ ita grassata est, ut oscitantes ac sternutantes efflarent animam. Sauaro ad Sidon. l. 7. ep. 1. Eadem consuetudo apud Hebræos, ut sternutanti dicatur **אֲשׁוּחָה** *asushâ*, i. e. salus, vel **רֵפּוּאָה**, *repuah*, i. e. medicina. Fingunt enim Rabbinii, morbum initio mundi fuisse, qui **אֲשֶׁרָה** *asera* à verbo **רָבַח** *sear*, i. e. strangulare, primùmque pueros, post id adultos corripuisse, atque strangulasse temporis puncto, ita ut cum sternutamento spiritus simul omnis auolaret, qua de re Elias Leuita in *Thisbithi*. Gasp. V. Vaserus de Antiquis nummis Hebræor. lib. 2. sed more suo solentes suauiter fabulantur Rabbinii. Sternutationem ad malum omen refert Frontinus Stratag. cap. 12, ad bonum Xenoph. Anabaf. libr. 3. Ex quo procedit etiam noster hodiernus mos, ut arripientes velut omen salutare, sternutantem saluere iubeamus. Barthius d. l. cui caussa est cur non assentiamur.

v. 19. *amplexusq; iam mitigatum*] *aliam mihi gratum. Leg iam mihi iratum. Sc. Eumolpum. Gruter. Sulpic. l. 6. c. 15. vel, amplexusq; iam mitig.* Iungermannus neutrum placet. Gnython amplexus Eumolpum iam mitigatum, sc. sibi, nondum autem Encolpio, ut ex sequentib. planum fit.

v. 27. *Conuenires inimici*] *fort. amici.*

v. 29. *ut ultimam quamque lucem*] ex præcepto Philosophorum. Horat. lib. 1. ep. ad Albinum. Musonius: *ὡς ἐστὶ τὴν ἐσχάτην βίωσιν καλῶς βιώναι, καὶ τοῦ θανάτου ἀντιπαραστήσειν* *ὡς ἐσχάτην βίωσιν* apud Strobzum serm. 1. Antonium in Melissa & Maximum Monachum serm. 51. Auianus Boetius de Moribus: *Omni dies velut ultimus indicetur.* Vide quæ consignauit Goldastus Not. ad Columban. cap. 7. Alius Poëta: *Visus memor lethi, &c. Extremumq; tibi semper adesse puta.*

Pag. 90. v. 2. *omnem scabitudinem animi*] *Leg. scabritudinem*

dinem. Neurf. Animad.misc.l.4.c.6. scabredinem dixit D. Hieronymus in vita Hilarionis.

v. 6. *aratro domesfacta*] dixit, quemadmodum Corn. Seuerus in Aetna;

—— *Domitis nemo Cererem iactaret in aruis.*

Lindenbrog. Not. in Catal. ad Aetn.

v. 8. *in pectorib. ira confidit*] Attius Achille; *cum feruat pectus iracundia.* Claudian. *Iram sanguinei regio sub pectore cordis* Est verò hoc Platonium, qui iram sub corde locat. vide Alcinozum cap. 17. εἰσαγωγῆς, Barth. ad Claudian. nu. 608.

v. 12. *expedite sarcinulas*] Catull. *Aptis sarcinulis & expeditis.* Douza F. ad Catull. epigr. 28.

v. 15. *barbis horribus nanta*] pro, barba hortida, id est, hispida. Figura est solens bonis scriptoribus, numerum pluralitatis pro singulari abutendi. Apul. l. 4. *Barbis carulis hispidum Portunum.* Prudent. *Hirsuta barbis soluitur sensim cutis.* Barth in Ceir. Virg. nu. 302. *Barbis horrentibus,* id est, *δειλὴν φεισόμενος.*

v. 20. *exire cum sarcinis iubet*] hi ministri, sarcinatores, Gloss. *οὐνοφῶς*, *vasifer*, sarcinator. Infrà de hoc mercenario; *Corax detre statat ministerij, posita frequentius sarcina,* &c. vide Planudem in Vita Aesopi.

vers. 28. *in publico tamen manant*] omnibus animalibus communes sunt. Prudent. libr. 2. contra Symmach. *Nosros potant animalia fontes.* VVeitzius in Not. vers. 877. Adde L. 2. §. 1. D. de diuif. rer. & qual. §. 1. Instit. de rer. diuif. & ibi Interpretes Iuris.

v. 29. *solus amor furtum potius quàm pramium*] vrbane furto commisit pramium; quod alterum dolo clam, alterum vi palam capiatur. Iam pueri norunt, *pramiatore* esse, qui de nocte *pramia* exterant, id est, *prædas.* Guilielm. Plaut. quæst. in Menæchim. c. 1.

v. 31. *unus & senex non erit grauis*] vult idem, quod *vetus* isti à Gard. nero relati;

Dactylus antiquus non est mulieris amicus,

Flectitur ut framen, cum venerit ante foramen.

v. 33. *opus anhelitu perdet*] al. ante id perd. Leg. *anhelitu* prodes. VVouuer.

v. 34. *fraudauit, animum diffidentem*] Leg. *diffidentem.* Meurf. Animad. misc. l. 4. cap. 6. quod ante eum & Doufa monuit.

vervlt. somnum mentiri] pro, simulare. Horat. *Ille non*

3 inclusus

inclusus equo Minervæ sacra mentito. Virgil. — Discet mentiri lana colores. Idem ; — clypeos mentitâ qua tela Adgnoscent — Schopp. in Miscellan.

Pag. 91. v. 6. *eadem indignatione*] *pro, pari, simili*, quod alij iunctim solent dicere, *pari eademque.*

v. 7. *mulier lacerata*] *Infrâ de muliere Ephesina; ignota consolatione percussa, laceravit vehementius pectus.*

vers. 13. *circumamictus*] Sciopp. hoc verbum vt minus Latinum Critico notavit obelo, in Element. Philosoph. Stoic. moral. cap. 132. satis pro imperio barbarus Potitius.

vers. 15. *& per fidem inquam*] id est, dic per fidem. sanctissimum erat iniuriandum, de quo Heraldus Aduersar. l. 2. c. 3.

v. 15. *super confratum navis*] non sub confrato navis, sed super dormiuisse, ex hoc loco probat Casaubon, in Pers. lat. 5.

vers. 22. *Licam Tarentinum*] M. S. semper *Licham*, vt & apud Martialem. *Lichas* servus Herculis erat, quem Echalia in potestatem redacta Hercules ad coniugem Deianiram nuncium victoriæ misit, Huic Lichæ Deianira vestem Nessi Centauri sanguine imbutam eo animo ad Herculem ferendam dedit, vti Hercules non amaret Iolem pellicem. Nessi enim sanguis vires amoris habebat. Hercules indutus tunicam, igne sacro & furore correptus Licham in flumen ad Thermopylas præcipitavit, ipse in rogum se coniecit. Rader. ad Martial. l. 19. epig. 48.

v. 33. *nisi per se licet*] *Leg. per te non licet* Iungermannus.

Pag. 92. v. 2. *nec ullum dolum malum*] est enim dolus alius bonus, alius malus. Cic. li. 3. Offi. de qua deli distinctione est in l. 1. §. *non fuit*; D. de dolo malo: Gratiolus Epidaurita in Notis; D. M. M. L. *dolum malum multatur leges* vbi Goldast. monet esse legend. *multant leges.*

vers. 6. *qui nobis Hannibal naugat*] *Legen. nobiscum.* VVouwer. *Annibalem pro-ferocissimo & capitali hoste, vt Cyclopem pro Archipirata. Durant. van leet. libr. 1. capite 13.*

v. 11. *conducit*] al. *conduxit*, quod & Heraldus video placuisse. Hinc in Gloss. *Ductor navis, πρὸς πρῶτον*.

v. 21. *antrum Cyclopi intrasse*] Sidon l. 7. ep. 14. *Vt specum Polyphemi hospes exhorruit.* vide Hyginum ex Hero c. 125. *Sauaro Notæ ad Sidon.*

vers. 30. *indulgeat tibi*] veniam det. ex Corn. Nepote Pflugius. *indulgere*, est *entroyer*, *uillfahren*.

v. 32. *Portibus se curuatu insinuant*] *Lege se grauatim* ins. Lips. Epist. quæst. l. 3. ep. 2. vel, *portibus se curuatu non insinuant*. Kortericius.

v. ult. *Officij causa*] per cortesia. Pflug.

Pag. 93. v. 3. *quis non dare manum languentibus uolet*] notauimus hunc morem in hoc solo lectum, ut languentibus darent manum, præsertim capite opertis. an fortè legen. *Quis non adire manum l. vo.* quomodo Plautus sc. officij causa & humanitatis communis testanda? Piccartus Pericul. Critic. c. 17.

v. 11. *Et per senem*] calati. Pflug.

v. 17. *adiuuerit casus*] id est, *Fortuna*.

v. 21. *custodit*] id est, *obseruat*.

v. 27. *unum nautam stationis perpetua interdum nocturnæ*] diuidebantur vigilæ non minori cura in nauibus, atque in urbibus & militia. Quod & ex Legum Naualium Rhodiorum verbis intelligitur, in quibus Præfæti vigillum mentio fit, quem *βηγλίων φρεσὶν* vocant. unde & *ἡμερὸς βηγλὼν* apud Europalatam *ἀπὸ τῆς βηγλῆς*, ex Latine, qui eius seculi mos erat, sumto vocabulo. Verba legis hæc sunt; *εἰ δὲ καὶ ὁ ἀβελήτης ἀμελήσας, ἔτι βηγλίων φρεσὶν ἀπκοιμηθὴν ἀὲς διασπασθεὶς ἀπώλετο ὁ ἀρετὴν ἱστων, ἔτι ἐν κρήνῃ ἀζήμιον φυλακῆς ὄντων*. Vocabantur huiusmodi vigilæ *Noctiani* antiquis. Gloss. Græco Lat. *Νυκτοφύλαξ*, *noctianus*, *noctæ custos*, *vigilis*. Hi autem, qui in nauibus excubabant, etiam *κωφύλακες* & *διεταρῆς* Vlpiano L. 1. §. 3. D. Naut. caup. stab. Paulo l. 3. tit. 7. Sen. Zetarij (quomodo *Zabulon* pro *diabolon*) vocantur, nimirum à *diata*, quæ erat custodum non solum in nauibus, verum & domibus. Lindenbrog. Not. in Catal. ad Cirin. Glossæ; *Νυκτοφυλακία*, *excubia*, *singulare non habet*. Philoxen. Gloss. *Vigil*, *γρηγορητις*, *ἀγρυπνία*, à Petronio appellatur *custos*.

v. 32. *Nam quod ad meum quidem comitatum attinet*] id est, ad me, qui in vestro sum comitatu, hoc est, quod ad illud, quod Encolpius dicebat, se nolle me in communionem periculi arcessere. *Comitatus* pro societate: & *comites* pro sociis. supra; *mente simplicissima & vera fide in nauigium comites induxisse*.

v. ult. *tamquam rem vacuam*] pro vilem & inutilem. P. 94. v. 3. *vos in duas iam pelles coniiciat*] de hoc genere

pellium Paulus L. 5. D. de supellect. leg. Cuiac. Obseruat. L. 10. c. 12. Sic Pers. sat. 5. *pellem* dicit pro mantica & inuolucro vestis, supellectilis aliorumque utensilium & sarcinarum. Turneb. Aduersar. lib. 14. cap. 3. Harum *pellium* mentio & apud D. Hieronymum in vita Hilarionis. *Pellis*, Germanicè *Fell*, vel potius *Phellus* τῆς P. in digamma more nostro mutato.

V. 15. *semel mea feliciter cessit*] probò aliorum codd. lectionem. *semel mihi fel.*

vers. 17. *Quid ergo si diuinus*] ergo, pro autem, particula hoc loco est aduersatiua, de qua vide quæ notauit Goldastus ad Valerianum, edit. Rouerianæ.

V. 20. *Et charta alligata*] chartæ & schedulæ alligatæ sarcinis erant, quæ indicarent cuius essent.

V. 25. *tanquam litterarum studiosus*] suprà: *tanquam bonarum artium magister.*

V. 27. *à capillis usque ad ungues*] speciem adagionis habet hæc locutio; & à Plauto est Epidico. Plutarchus de virtute Alexandri; Αλεξάνδρου δὲ ἐὶ μύδιον ἄλλο, τὸ σάμας τοῦ καλὰ τε ἐμύδιον ἐξ ἀνοχῆς καὶ φανῆς ἀρετῆς, ποδὲς αὖ διακίχοντες. B. Ambrosi. Officior. l. 2. *A vestigio pedis usque ad verticem.* Apul. lib. 3. *Metamorph.* & ibi Coluius, Schop. Explanat. in Epidico act. 5. scen. 1. Moyses Deuteronom. cap. 28. v. 35. *Sanariq; non possis à planta pedis usque ad verticem tuum* Iob. c. 2. v. 7. *Percussis Iob ulcero pessimo à planta pedis usque ad verticem eius.* Esaias c. 1. v. 6. *A planta pedis usque ad caput non est in isto corpore integritas* In li. de Vita Adæ & Euz, cap. 9. *Inducam corpori tuo septuaginta plagas de diuersis coloribus, ab initio capitis usque ad ungulas pedum* Nec in doloribus tantum, sed & amoribus erat adagio huic locus. Samuel 2. Regum 14. v. 25. *Sicut Absalom vir non erat pulcher in omni Israël, & decorus nimis: à vestigio pedis usque ad verticem non erat in eo ulla macula* Ammianus lib. 25. de Iuliano Imp. *Ab ipso capite usq; ad unguinum summitates lineamentorum recta compage.* Rudolphus Baro de Rotenburg, qui ante annos CCCCL. in Aula Philippi Imp. vixit, his verbis amantiam suam describit;

Von dem Houppte unz uf den Iner

Des vuirts niemer Buos

Seide rot und vuis

Also hat der Natur sus

Gemachet is vuenget vav.

End.

Vnd hat du bi Ze wunsche gar
Gestalt ir nimmerliche mund.

v.28. Ita tanquam serui *Aethiopes*, & praestò tibi erimus
sine tormentorum iniuria hilares] Leg. Erimus in tormen-
torum iniur. Confundit *Aethiopus*, qui *Melanosyri* cum
Cappadocibus, qui *Leucosyri*: de quibus Interpret
Persij Sat. 6. *Cappadoces* dicebantur habere naturale stu-
dium ad falsa testimonia proferenda: qui nutati in tormen-
tis à pueritia, equuleum sibi facere dicuntur, ut in eo se in-
uicem torqueant, & cum in pena perdurarent, ad falsa te-
stimonia se bene venundarent. Meursius Animad. misc. lib.
3. cap. 7.

v.31. Quid tu, inquit, *Gytho*] Leg. Quid tu, inq. *Iunger-
man*. vel, Quid tum, inq. *Pflug*.

v.33. perunde aures, ut imitemur *Arabes*] al. *Arabas*.
In aures baccatas & viri olim veteres, ut hodieque no-
stri, gestabant perforatis auriculis; sed more externo;
& ab *Arabibus* accersito, ut ex hoc loco paret, & *Iu-
uenali* Satyra 1. & *Dione Cassio* libro 88. de *Macrino*.
Mauro. *Libybus* tribuit *Macrobius* libro 7. cap. 3. *Ly-
dis* *Xenophon* *Anabasi*. lib. 3. *Barthius* ad *Claudian*. nu-
mero 2402..

ibid. increta facies, ut suos *Gallia* cives agnoscat] *Gal-
los* facies incretasse indicare videtur: sed hoc ego ad na-
tium potius *Gallorum* candorem referendum censeo:
sicut & *Galicus vultus* apud *Tertullian*. de *Virgin*. *Pi-
rheus* *Aduersar*. l. 1. c. 11. *Lindenbrog*. *Observation*. in
Ammian lib. 15. pag. 60.

Pag. 95. verl. 7. non accersito ferramine] non adhibito
induramento & solidante glutine. Gloss. *caput*, ferru-
mino. *caput* quas ferramen. *Legen*. ferramen. *caput* in-
durator.

v.3. labra possumus tumore teterrimo implere] *Propria*
haec facies *Aethiopum*, quam & *Septimus Serenus* in
Moreto tangit; Torta comam labro quasi tumens.—
Quò etiam pertinet illud *Plautinum*; Totam te faciam
pugni ut sis morula. *Lindenbrog*. *Notis* in *Catalect*. ad
Moret. Leg. humore teterrimo. *Pflugius*: quod quid sibi
velit æque illum cum imperitis arbitror intellegere. *Ra-
mirez* de cicatricibus exponit, quibus interdum irati
domini seruos deformabant, ad *Mart*. lib. 2. ep. 29. num. 5.
meo animo, non rectè.

v.18. Nec istud Di hominesque patiuntur] *Infrà*; Nec
istud;

istud, inquit, Dii sinant. Alibi, Ne hoc dii sinant. Plautus dicit, Ne Dii sirint, &, Dii prohibeant.

ver[.24. fontes notans inscriptione] hinc nota de seruis inscriptis. *Extrema nota de pessimo seruo dixit Vlpian. lib.15. §.43. D. de iniur. Giphani. Obseruat. ling. Lat. qui tamen in eo fallitur, quod formulam illam, de meliore nota putat à nobis istis, quæ seruis inurebantur, tractat: cum notæ istæ semper infamiam importarint.*

v.26. *stigmatate esse puniti*] Leg. cum Douza, *puncti. stigmate punctus, est στυματίας*, seruus compunctus notis. Cic.2. Off. *stigmaticus*. Plin. ep.5. *cicatrice stigmatus*. Val. Maxim. *inustus*, Plaut. in *Cas. literatus*. Mart. *inscriptus*, videndus Lipsius *Elector. lib.2. c.15*. Rader. ad Mart. lib.2. ep.25 in fin. & lib.8. ep.70. Titus Popma de Oper. seruor. verbo, *Literatus*.

ibid. *Cadem littera et suspicionem*] Iungerman. legit, *eadem*, quod & rectum est.

v.28. *umbra supplicij regent*] Leg. *supplicij*. Iungermanus bene, & sic ante eum Douza, *umbra supplicij*, vt infra; *nota literarum non adumbrata*. & iterum, *adumbrata inscriptione derisi*.

v.33. *Notum fugitiuorum epigramma*] quale fuerit illud, aliis inuestigandum relinquo. Briffon. de Formul. l.8. *Fugitiui compungi solent notis vel literis, quibus dignoscuntur, & deprehenduntur, L.2. D. de fugit. Quintilian. Si quis fugitiuo stigmat a scripserit. Clemens Alexad. τὸ δ' ἐπὶ τῷ στυματίᾳ δεικνύον*. Cuiac. *Obseruat. lib.7. ca. 13*. Ramirez Hypomn. ad Mart. lib.2. ep.29. num.5. Titus Popma de Oper. seruor. verbo, *Fugitiuum*.

v. vlt. ex *vectoribus*] *ectores*, qui navi vehuntur, vt & infra, cum omnis vector nihil prius quærat, quam cuius se diligentia credat. & iterum, unus alterq; infirmissimus vector. *Vehere enim & vectare dicuntur nauigantes*. Petron. *Cuius hac navis est, aut quos vehat*. Hinc *vectura*, *ἐπιπλέον ναύλον*, in Lexico Græco Lat. Petron. *cui vecturam debemus* Heraldus *Aduers. lib.1. c. vlt.*

ibid. *asinans lateri navi exoneratas stomachum nauseæ grauem*] sic statim; *Non dissimulata nauseantis deuotione*. Senec. ep.63. *Vt primum stomachum, quem scis cum mari nauseantem configere, collegi*. I. S. Pótanus *Analector. lib.1. c.5.*

Pag.96. v.2. *intempestiuo inhaerentem ministerio*] Pag. seq. *nocte intempesta*. Ergo *intempestiuus* est ab *intēpestius*.

vt *intempestiva conuiuia* propriè sint, quæ nocte celebratur, aut in multam continuantur noctem.

vers. 6. *denotione*] exsecratione & dirarum deuotione.

v. 8. *eiufmodi ludibria*] *spætra* vocat Lucretius, i. e. nocturna somnia.

Pag. 97. v. 1. dat. *adultera munus*] Doufa *numos* legit.

v. 5. *somnium expiauit*] id quod vini aspersione fiebat, aut aquæ lymphatæ. Rader. ad Mart. lib. 7. epig. 47. & præfat. lib. 8. Doufa Centur. lib. 3. c. 9. Adde Heliodor. lib. 7. p. 320. Narrasse aëri somnia docet Euripid. in Iphig. & Taur.

v. 12. *Audio enim non licere cuiquam mortalium in naue neque ungues, &c. deponere*] Propert. lib. 4.

Huic fluctus viuo radicitus abstulit ungues.

Hoc verum est, naufragis & ungues à cute recidere, & extremitates labescere. Quod cum videret superstitiosa antiquitas, tanquam naufragium deprecari veller, quo scilicet sciebat ungues radicibus auelli, solebat sibi ungues præsecare, quoties turbaret mare, vt ex hoc loco patet. Ergo irato mari capillorum resectione naufragium deprecabantur, vt euaderent vnguium præsectionem, ne necarentur in mari. Scalig. ad Propert. libro 4.

v. 13. *neque capillos deponere*] Paulò antè; *Notauit sibi ad lœnam tonsorem intempestiuo inherentem ministerio, execratusq; omen, quod imitaretur naufragorum ultimum votum.* Gentiles vrgente tempestate, ac nulla salutis spe affulgente, capillos soliti tondere. Nonius; *Qui liberi fiabant, ea causa calui erant, quod tempestatem seruitutis viderantur effugere, sicut naufragio liberati solent.* Nam ob causam Iuuenal. sat. 12.

Tunc stagnante sinu gaudens ibi vertice raso,

Garrula securi narrare pericula nauta.

nautam vertice raso, quem in mari sæpissime pericula & naufragia inuenissent. Ad hunc morem videtur alindere Paulus A& Apost. cap. 17. vbi deiectos metu naufragij vectorum animos conatur erigere; *ἡ δὲ ὁρμή τοῦ πλοῦτος ἐκ τῆς περὶ τὸν ναυαγιστὴν.* Durantius Variar. lect. lib. 2. cap. 9. Kirchmannus de Funerib. lib. 2. cap. 14.

v. 22. *sed quia nocentes horridisque*] scrib. sc. pro, scilicet. Iungermannus. sordidus enim, squalidus & productus capillus reorum, Sisenna libro 3. Histo. Plutarch.

Rer.

Rer. Rom. c. 14. Oros. libro 5. ca. 17. Cic. 4. in Verr. Liuius lib. 2. decad. 1. & lib. 4. dec. 5. Val. Maxim. lib. 1. ca. 7. & lib. 6. c. 4. Iustinus libro 36. sub fin. Fortunatus de S. Martino, lib. 4.

--- *Et longa catena reorum Accrescente coma* ---
 viuendi VVotvverius & Sauaro ad Sidon.

vers. 31. *Ad summam*] Salust. *Ad postremum*, Deniq^{ue}. Pflugius.

vers. 33. *placuit quadragenas utrisque plagas imponi*] utpote seruis. nam verbera, *pœna* sunt *seruiles*. Petron. Bôgarius Not. in Iustinum libro 1. *Quadragenas*, inquit: nec enim olim arbitrio carnificis, sicut hodie fit, flagellabantur condemnati ad flagra aut fustes, quod ex sacra Scriptura & Legib. gentium constar. Fr. Pithœus Gloss. Legis Salic. tit. 13. Deuteronom. 25. vers. 3. *Si enim, qui peccauit, dignum viderint plagu, prosterment, & coram se facient verberari. Pro mensura peccati erit & plagarum modus, ita duntaxat, ut quadragenarium numerum non excedant, ne scdè laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus.* Sed & hodie apud Hispanos qui esculenta in macello coëmit, ut carius vendat, 25. qui annonam frumentariam flagellat, 100. ictibus à carnifice fustigatur.

Pag. 98. v. 2. *Spartana nobilitate*] id est, summa patientia. Pflugius. vide de Lacedæmoniorum animositate & tolerantia. Fr. Iureti Miscel. ad Symmach. libro 2. ep. 46. Ioseph. Stephani Demonstrat. politic. Henric. Stephan. Append. ad Dicæarch. Nicol. Cragij Commentar. de Repub. Lacedæmon. Bernartij Commentar. ad li. 8. Thebai. Statij.

v. 32. *in hoc supplicium durassent*] adeò destinatz fuissent, ut potuerint perseverare. Lucret. lib. 5.

Atque opere in duro durarent membra manūq^{ue}.
 Rigaltius Not. in Phædr. lib. 2. in fin. *Durassent*, pro *durauissent*, id est, occalluissent, hoc est, inhumane & insensibiles factæ essent ad tantam crudelitatem. Goldastus. Hoc verbum variz significationis fuit apud Latinissimos. Vegetius; *Corpus, membra, ad laborem durare*. I C. *Durare corpus in tormenta*. Stevvechius ad Veget. Tacit. lib. 1. Annal. de Augusto; *In nullius unquam suorum necem duravit.*

Pag. 98. v. 3. *sanguinem vulnere*] pro, quasi verò vulnere, &c.

vers. 1.

verf. 3. *hac se infcriptione frontis*] Leg. *hacce inscr. frontis*.
Jungerman.

v. 4. *maculassent*] i. e. variassent. Pflugius.

v. 7. *quia non totam*] malè Douza. *non*, pro, *nondum*,
Stevvechius.

v. 17. *Ita vide ut profit*] an hęc leg. est, *utrum*: an, ut, tā-
tūm valet? ἐπέχω. certè si apud Symmach. etiam video
usurpari ep. 27. lib. 6. *Dñs mecum ipse contendit ut ad vos
pignus commune dimitterem*. Piccartus Periculor. Critic.
cap. 15. At in hoc Petronij loco τὸ, ut videtur esse exten-
sionem, positumq; αὐτὶ τὴν *quam*, quo usus est suprà in ser-
mone gemino germano; *Vides quàm valde nobis expediat
utro dominum ad fugitivos accedere*.

v. 24. *Cuius pudori dignitas*] prouocabulum *cuius*, re-
fertur ad Tryphānam.

verf. 27. *Me ut puto hominem*] Leg. *me utpote hom.* Eam
causam adfert, cur ipse electus sit patronus misero-
rum, quoniam usu & familiaritate coniunctior sit, &
fidei iam perspectæ. Gulielm. Plaut. quæstion. in Epid.
cap. vlt.

v. 33. *satisfactione lenitas*] Leg. *lentas*, sicut suprà, *ani-
mæ errore lentus*. Jungermannus. ad eum locum vide quę
notauius.

Pag. 100. v. 6. *familiaritate vobis aliquando coniuncti*] *tu-
rpi illa & non dicenda*. Iustinus lib. 27. *Opera cuiusdam
meretricis adiutus, quam familiaris nomen*.

v. 7. *si interuertissent pecuniam vestram*] Leg. *interuer-
tissent vos pecunia*, *vestram si fidem prod.* Palmerius in
Spicileg. Tamen Plautus, *interuerrere argentum*. VVou-
uerius. *Interuerrere*, pro fraude ab aliquo auferre: apud
Plaut. *interuerrere aliquem argento & argentum*. Schop. in
Miscell.

v. 14. *Noli causam confundere, sed impone singulis mo-
dum*] elegantissimè exprimit Græcum verbum, ἀπορίστη
διερίστη, dicè designatè & præcisè. Nam ἀπορίστη, quod
Cicero *pracidere* dixit, est designare quotum quemque
articulum, quotum quodque caput oppugnare velit li-
tigatōr, re in vniuersum admissus licenter tergiuersari,
& identidem euariare posuit.

v. 20. *à legato*] pro, *per legatum*. sic contra *per*, pro *ab*.
paulò post; *Quid attinet veritatem per interpretem qua-
rere*: hoc est, à te, qui eorum interpret es.

v. 24. *ingennos honestosq; clamando*] Cæsar; *se libera ci-
uitatis*

mitatu esse. Pflugius, Sic Apostoli in Actis.

vers. 27. ad panas refugiunt] id est, expetunt, poscunt, Iungerman.

v. ult. Inci. :] casu, non prudentia. Pflugius.

Pag. 101. v. 15. Pharmace] Lactantius Placidus Comment. in Statij Thebaid. lib. 10. Lustrare ciuitatem humana hostia Gallicus mos est. nam aliquis de elegantissimis pelliciebatur præmiis, ut se ad hoc venderet: qui anno toto publicis sumptibus alebatur purioribus cibis; denique certo & solems die per totam ciuitatem ductus ex urbe, extra pomeria saxu occidebatur à populo. Hoc de Massiliensibus propriè ex Petronio refert Seruius ad 3. Aen. Obseruatũ illud ipsum apud Athenienses, qui φαμαξὶς illos vocabant. Hesychius, Suidas, Harpocratio in Lexic. vnde hic Petronij locus interpretandus: qui eum, qui partẽ corporis quasi deuouerat, pharmacum vocat, respiciẽs ad illos, qui totos se deuuebant. Lindenbrog. Obseruat. var. lect. in Lactant. Comment. vide Budæum in Comment. ling. Græc. & Annotat. poster. in Pand. Sic & apud Plautum Venefice, cõuicij verbum est in homines improbos. Schopp. Suspect. lect. lib. 1. epigr. 10. Adde Goldasti Notas in Hieroclis à se Latinitate donati Facetias.

v. 17. in re manifestissima] i. e. manifestò deprehensa.

v. 27. contra fas legemq;] Leg. contra ius fasq;, i. e. leges humanas & religiosas. Nam fas ad religionem, iura ad homines pertinent, ait Seru. 1. Georg. idque velut adagio cessit. Sauaro ad Sidon. l. 2. ep. 13. Nihil tamen apud Petronium mutandum esse, iauitis omnibus scriptis cussiq; libris, docuit Goldastus ad columban.

ibid. interpellatq;, non solum voce, sed & manibus: interpellare manibus, κατὰ χερσὶν τινός.

Pag. 102. v. 6. turbam diducit in partes] factiones aduersas. Lucanus lib. 7.

Prima velim caput hoc funesti lancea belli,

Si sine momento rerum, partiq; ruina

Casurum est, feriat ———

Barthius ad Claudianum nu. 1896.

v. 9. nudas expedit manus] nudas, h. e. inermes, mit bloßsen, strickenen fausten.

v. 11. uno tantum gubernatore] Ergo alius patronus nauis, alius gubernator. Patronus est dominus, qualis Lycas. Gubernator summus nautarũ, à patrono naui prefectus, qui & Magister. vtraque vox Petronio frequens. Sic alius
est

est Exercitor, qui est dominus navis; alius *Magister*, qui ab exercitatore prepositus est naui, §. 2. Instit. Quod cum eo qui in al potest. L. 1. & L. 4. D. de exercit. ad Reufnerus ad Brachylog. l. 4. cap. 25 §. 5.

ver. 17. *sine morte labuntur*] *Leg sine mora lab.* Pflugius. Malim ego, quod in V. C. legitur, *femimortui lab.*

ver. 22. *abscissurum tot miseriarum causam*] latet simul quid spurci, & ad caudam alluditur. Scribend. autem est, *abscissurum*. quod *crepy*, *κρόγγυ* quàm illud alterum. Balbus Catholico; *Cado componitur cum am*, quod est *circum*, & dicitur *ancido*, *m. mutata in n. id est*, *circumcirca cadere*: & cum *abs*, & dicitur *abscido*; item cum *ad*, & dicitur *accido*; i. e. *iuxta vel valde cado*. D. Vigilius lib. 1. contra Eutych. Aut quibuscumque aliis membrorum abscissionibus multaretur. Ibidem; *cum hominis manus absciditur*. ita utrimque legit Goldasti M. S. Rectè itaque Calepinus illud Ioannis 18. *Abscidit auriculam eius dextram*. ad præsens *abscido*, non *absciendo* fecit quum retulit: Calepinus ille verus & vetus, non qui hodie sub eius veste circumfertur.

v. 31. *tralatitium bellum*] Sic Phædrus, sic I. C. loquuntur. videndus Rittershusius Notis ad Phædr. Al. *statarium*. ut *stataria pugna* Ammiano, quando ex utraque parte acies stant, & *statarium prandium* Mamertino, quod stantes milites capiebant. Sauaro ad Sidon. lib. 2. ep. 2.

v. 34. *data acceptaq; patrio more fide*] formabam, *paciæ amore*; sed inutili coniectura. *Patrium morem* simpliciter hic capio pro bono & prisco, & maioribus vsurpato. Puteanus epist. ad Goldastum.

Pag. 103. v. 3. *Qui furor, exclamat*] expositulatio. Scalig. in Catalect.

v. 5. *non Troius hostis*] i. e. Paris.

v. 7. *decepti pignus Asridæ*] Helenam Agamemnonis filiam, Menelai coniugem.

ver. 9. *quei hac formula erat*] ad fœderum formulas bellè alludit, quas habet & recenset Briffonius de Formul. l. 4.

P. 104. v. 1. *præterita aboleri osculis placet*] Petrus Rauenas ferm. 93. *Oscula sunt reconciliationis indicia*. Petron. infrâ; *Ecce etiam osculo iram finio*. Et iterum; *Exosculatus pectus sapientia plenum*, inieci cernicib. manus, &c. Plaur. Pœnol. *Non sum irata AGadæ ergo, ut credam, suavius*. Sidon.

Sidon. l. 4. ep. 23. *Cum paternis pedibus affusus, ex illo ore laeso, ore terribili conuicium expectant, osculum exceperit.* Artemidorus l. 2. c. 2. de Somn. Sauaro ad Sidonium l. 4. cap. 23.

v. 2. *odia detumescunt*] Plaut. Nunc in fermento tota est, ita turgēt mihi. Gruter. Suspici. lib. 8. c. 8. Barth. ad Claudian. num. 611. & num. 1761. *Tumidus pro irato.* Et odia dum gliscunt, dicuntur intumescere: cum sedantur, detumescere.

ibid. *epulae, ad certamen prolata*] ad, pro post. Turselinus de Particul. ling. Lat. An ad certamen est, cum certaturi vel praeliaturi eramus? quia pugnaturi cibū capiebant ad reficiendas corporis vires. Suprà; *Ne infirmas militiam perderet, largioribus cibis excito vires.*

v. 3. *conciliant hilaritate concilium*] Leg. *conuiuium.* Iungermannus. *Concilium*, pro turba, conuentu, cœtu. Valer. Maximus l. 5. c. 1. exempl. 5. de L. Paulo, qui Persen Regē, introductum in tabernaculum, lateri suo proximum in concilio sedere iussit, nec honore mensa indignum indicauit. Ierem. 6. v. 11. *Effunde (sc. bilem Dei) super paruulum foris, & super concilium inuenum simul.* Petronius infrā de Socrate; *Nec vilius turba frequentiori concilio oculos suos crediderat.*

v. 4. *Exsonat cantibus totum nauigium*] V. C. *exonerat cantus tot. n.* Leg. *exsonat cantus t. n.* Sic suprà; *Omnia nimio risu exsonstrant.* Gruter. Suspici. libro 6. c. 15. *nimis otiosè.*

versu 23. *Quod solum forma decus est*] Synesius in Hymn.

Εἴτερος δὲ ἀγαλμαχάτη
καταειδίην τεινέτων.

vide H. Iunium de Coma c. 11. Rader. ad Martial. lib. 10. epig. 71. Ambrosius Hexaem. lib. 6. *Comam*, inquit, esse reuerendam in senibus, vènerandam in sacerdotibus, terribilem in bellatoribus, decoram in adolescentibus, compriam in mulieribus, dulcem in pueris. Tolle arboris comam, arbor ingrata est: tolle humani capiti capillum, tota pulchritudo stascescit. Ph. Camerarius Horar. subcissu. cent. 3. capite 96.

ibid. *cecidèro capilli*] tota hac periocha caluos vocat, qui tantum rasi, & promiscuè Poëtæ raso, pro caluo, & vicissim vtuntur, etiam Petron. de Trimalcione. Yuo Vilnomarus Animaduert. in Rob. Titium lib. 3. cap. 17.

V. 24.

v. 24. *Vernantēsq̃ue comas*] In Peruigil. Veneris;

Vere concordant amores, vere pubent alites;

i. e. vernant. Pontanus in Macrobi. l. 7. c. 16.

ibid. *tristis abegit* l. y. ms.] quæ desertos venustate agros facit. Barth. ad Claudian. nu. 14. 24. Leg. adedit. Palmer. in Spicileg. quod placet impendio. sic Quid. 5. Metamorph. dicitur *Tempus edax rerum*. vide Calepinum in *Vetustos*.

v. 26. *Areaq̃, attritu ridet adusta pilu*] Martialis lib. 5. epig. 48. ad Labienum;

Nudum est in medio caput, nec ullus

In longa pilus area notatur.

vt areæ domorum graminibus, ita calui carent capillis. Raderus ad Martial. lib. 5. ep. 48. Leg. *nidet ad p* Lævia enim & glabra quæ sunt, nident. Palmer. in Spicileg. *Ridere* est nitere, vel lætum hilareque esse, vt apud Horat. *Ridet argento domus*. quod de rasis siue *σικπνῶς* vsurpat Petron. 9. Rob. Titius Locor. controuers. l. 3. ca. 17. *Ridere* non est nitere, sed potius Græcorum *σικπρέναι*. quo verbo vtuntur pro denudatione. & tamen *σικπρέναι* propriè est rictum diducere. Villiomarus Animaduers. in Rob. Titium l. 3. c. 17. Defendit se Titius Assertion. l. 3. c. 17. sed Villiomari expositio magis est: nisi si fortè ex V. C. leg. *aret adusta*. quæ lectio singularem habet emphasin, *area aret adusta*, i. e. arefacta & glabrata. q. d. *ἡρεῖ ἐρημνίσται ἐρημνίσται* hinc & *ἡρεῖσθαι* dicitur vitium illud capillorum; cum propter alimenti seu humoris defectum defluunt; species nimirum ἡ ἀλωπεκία, de qua Alexander Trallianus in principio libri; *Ἀλωπεκία πᾶσι τοῖς ἐστὶν τοῖς χαρμᾶσι δὲ* etc. aliter tamen de *ἡρεῖσθαι* Auctor Definitio medicinal.

v. 29. *Infelix modo*] ita hos vrbano & disertos versiculos in ordinem redegit Turnebus. quo sensus eorum emitescat, caluus comparatur æri, & tuberi hororum rotundo, nullaque lanugine villoso. Antea vitio librariorum transpositus & conturbatus erat ordo hoc modo;

Infelix modo crinibus nitebas:

At nunc lenior ære vel rotundo

Ridentes fugi & times puellas;

Phæbo pulchrior & sorore Phæbi;

Orti tubere quod creauit vnda,

Vt mortem citius venire credas,

Scito

Scito iam capitis perisse partem.

Aduersarior. l. 4. c. 19.

v. 31. *lauior are*] Cui simile est illud Apuleij; *Cucurbita glabrior.* & illud Martialis; *Lauior & conchis Galle Cythereæ.* H. Iunius de Coma c. 11.

v. 32. *horti tubere*] Martialis;

Lata suburbanis mittuntur apyrina ramis,

Et verna tuberes: quid tibi cum Lybico?

Pontanus Notis in Macrob. de Somn. Scip. l. 2. c. 6.

Pag. 103. v. 1. *ineptiora prateritu*] i. e. præmissis & antecedentibus.

v. 4. *corymbioq; domina pueri exornat caput*] *corymbus* sic redimiculum muliebrium comarum, vt *crobylus* virorum; *scorpius* puerorum intelligitur: à grammaticis Græcis implicatio comarum in acutum desinens explicatur. — *Crines nodantur in aurum.* Cùm Maro canit *Aen. 4.* *Seruius crobylon* interpretatur. Sed hîc comæ sunt adposititæ, quales flauas plerûque mulieres mêtito decore formam quærentes, præsertim in Aulis, sibi adiiciunt. Nam cui circumponitur *corymbionis* rufus nouacula fuerat. Turneb. *Aduersar. l. 4. c. 19.*

v. 5. *supercilia profert de pyxide*] *calliblephara* intelligit, de quibus Marcellus Virgilius in *Dioscorid.* & *Pameli* in *Tertullian. de Cultu fœmin. cap. 5. n. 23.*

v. 17. *decore exornauit capillamento*] is quoque rufus fuerat, cui capillamentum est inditum. vt autem *corymbion* fœminarum diximus, ita *capillamentum* virorû affirmamus. Turneb. l. 4. c. 19. Apud Suetonium tamen in *Calig. c. 11.* *Et ganeas & adulteria capillamento celatus, & veste longa noctibus ambiret*: quispiam credat esse non quamcunque appositam comam, sed prolixiorē, longiorem, similemque prope fœmineæ. nam *capillus* est coma paulò longior, vt cùm virilis etiam promittitur. Iuuen. *Sat. 5.*

Ille capillatum diffusum Consule potas.

Vestem ergo lōgam gessisse Caligulam censeret, vt stolam mulier solet ad pedes demissam, ne agnosceretur, & capillamentum sumpsisse virili longius, simileq; muliebri, auc Maurorum, & Hispanorû promissis crinibus. Nam hi populi capillati erant. sic *capillare* vocat *unguentum*, quod capillis vngunt fœminæ, Martial. l. 3. ep. 40. & *capillata arbor* apud Plin. l. 18. c. 24. ad quam capillus *Ve-*
litalium ferebatur. vt sit *capillamentum* velut *reflexum*.

Idem

Idem l. i. cap. 17. De capillorum & comæ structura, quod ad hunc locum, vide Zinzerling. Miscellor. Critic. l. 5. ca. 27. In hoc tamen Petronij loco *capillamentum* non est virile, sed muliebre adæque, à domina Triphena subministratum. Vnde & Fortuna vocatur *capillata* à Dionysio Catone in Distich.

Fronte capillata, post est occasio calva.

verf. 18. *Commendatior vultus*] gratior, elegantior, pulchrior. Infrà; *mulierem omnibus simulacris emendatiorem.* Flauus enim capillus, vt niger, commendatur in puellis. Herc. Ciofanus Observation. in Ouid l. i. epist. 19.

(v. 20. *periclitantium aduocatus*] *Aduocatus* differt à *patrono*, nam *aduocatus* is olim dicebatur, qui tantum vt vt amicus assistebat, gratia & auctoritate aliquem in iudicio adiuuabat. Et ita semper eo vtuntur Plaut. Ter. Cic. alij antiquiores. Schopp. in Miscellan.

v. 21. *presentis concordia auctor*] an leg. *affor*? nam agere verbum est aduocatorum. Nepos in vita Attici de Atheniensibus. Hunc in omni procuratione Reip. *afforem auctoremq;* habebant.

ver. 22. *ne sileret sine fabulis hilaritas*] pro, hilare concilium, hilares conuiuiæ, & combibones: abstractum pro concreto.

ibid. in *muliebrem leuitatem*] Ioan. Salisberienfis lib. 8. c. 11. quod inscribitur; *De molestiis & oneribus coniugiorum, & de pernicio libidinis, de mulieris Ephesus & similitum fide*: inter cætera refert; In *muliebrem leuitatem* ab auctoribus passim multa scribuntur. Fortasse falso interdum: nihil tamè impedit ridentem dicere verum, & fabulosis narrationibus, quas philosophia non reiicit, exprimere quid obesse possit in moribus. Ex his enim liquet, quàm facile ament, quanta oderint leuitate, quàm cito obliuiscantur affectuum, & natura immemores interdum in filios armentur, interdum in viscera sua. sunt aliqua pudicissima, licet Satyricus dicat, quoniam

Rara avis in terris, nigroq; simillima cygno,
mulier exactæ castitatis. Et Tragicus, nullam esse *fæminam tam pudicam*, qua non peregrina libidine usque ad furorem incendatur. Matrona quedam, referente Petronio, &c.

v. 26. *peregrina libidine*] suprà; *Peregrini amoris concessio.* Hinc mulieres *peregrina* in sacris literis pro meretricibus & adulteris. *Peregrina* autem libidini opponitur *domestica*,

v. 29.

v. 29. *quam expositurum se esse, si vellemus audire*] respicit ad morem veterem, quo recitaturi fabulam solenni velut præfatione sibi audientiam parabant: qui mos hodièque in vulgo Saxonico remanet; *ick vveet ein Meercken, vvil gy se hâren, ickk vvil se zuseggen.* Rittershuf. ad Phædrum.

v. 32. *Mairona quædam Ephefi*] Hanc historiam verè contigisse auctor est Flavianus apud Salisberiensem. Eadem carmine reddita est à Romulo Grammatico veteri, Fabular. Aesopicar. cap. 48. vbi videndus Commentator. Sed fusiùs & integriùs refertur in Historia, quæ de *Cesare Diocletiano, eius Filio & VII. Sapientibus* inscribitur, & Germanorum manibus iam annos supra ducentos versatur, ex Latino in nostrum conuersa sermonem. Cuius Latini codicis vetustum & membranæ exemplar apud R. P. Iohannem Muntzenbergium Priorem Carmelitarum in hac nostra Vrbe vidimus; Græcū alicubi Bibliothecarum exstare scribit Velferus præfatio. in Apollonij Tyrij Historiam. Franc. Modius I. C. qui de veteri exemplo nihil inaudire potuit, Latinum fecit ex Germanico, nomina personarum mutauit, noua de suo confinxit, typisque Feyrabendianis edidit hoc titulo; *Ludus Septem Sapientum de Aſtrei Regij adolescentis educatione, periculū, &c.* Cui lubido, adire potest & *Septimū Zamolxis exemplum* legere. Hebertus Clericus carmine Gallico reddidit circiter A. N. C. c 13 cc. & Latinum illud exemplar ad Iohannem Monachum Altisiluanum auctorem refert. Sic enim scribit *au Roman des Sept Sages de Rome;*

*Li bon Moine de bonne vie
De Haute-silue l'Abcie
A l'estoire renouuelee,
Par bel Latin l'a ordonnee;
Hebers la vient en Romans treve,
Et del Romans un liure faire.*

apud Claudium Faucherum in libro, quem Gallicè & eleganter instituit atque inscripsit, *Recueil de l'origine de la langue & poesie Françoisè, Ryne & Romans: plus les noms & sommaires des æuvres de CXXVII. Poëtes François, viuans auant l'an MCCC.* quem magna ex parte in Bibliothecam Francicam Anton. Verderius Vallispruata Baro transcripsit. Porro Romani illius de Septem Sapientibus Romanis exemplar membranæ quàm vetustissimum,

eustissimum. sed prosa scriptum, extat in Bibliotheca Goldasti nostri. Latinum illud antiquum exemplar secutus est Auctor libri, qui *Gesta Romanorum* vocatur, & moralisationibus, quas ipse dicit, hoc est, monitis ethicis & præceptis moralibus illustravit. Afferum Angliæ Regem hanc historiam in Anglicam linguam transtulisse auctor est Commentator Romul. in princip. Comment.

v. ult. *cum virum extulisset*] *Efferre* est mortuum hominem ad sepulturam exportare. Nam, ut Donatus in Andr. Terentij monuit, *efferrî propriè cadavera mortuorum dicuntur*, cuius verbi frequentissima est apud Classicos autores mentio. Kirchmannus de Funerib. Roman. l. 2. c. 1. Lambin ad Plauti *Afin.* 2. 3. sc. 3. Nota est formula indictiuorum funerum; L. TITIVS VIXIT. L. TITIO EXEQVIAS IRB CVI COMMODVM EST, HEM TEMPVS EST. OLLVS EFFERTVR. Turneb. Aduers. l. 9. c. 17. *Efferre* Galli dicunt *colporter*. Frecherus.

Pag. 106. v. 1. *funus passu prosequi crinibus*] *prosequi*, verbum funebre, defuncti corpus, quod effertur, sequi: Aeschilo *ωρεμένην*. Heraldus Aduersarior. l. 1. cap. 6. Ut omnia ad mœrorem & tristitiam essent composita, veteres capillamento quoque luctum præ se ferebant. Ac in feminis quidem crines solutos ac circum colla fluitantes obseruare licet, vel ex hoc loco Kirchman. de Funer. l. 2. cap. 12.

v. 2. *nudatum pectus in conspectu frequentia plangere*] habitus lugentium. Infra; *Non tenui diuinus lacrymas, immo percussî semel iterumq; manu pectus*. Goldastus. Ouid. Metamorph. lib. 6. circa fin.

— *passos laniata capillos.*

Lugenti simili, casis plangore lacertis.
sparsos capillos cum laniasset Philomela intelligitur. Lacerare autem crines in mœroribus solêt mulieres. Raph. Regius Enarration. in Ouid.

v. 4. *Conditorium*] subterraneum sepulchrum, *conditorium* Senecæ ep. 60. *canditâ* pro sepulchro Arnobio libro 1. Sauro ad Sidos l. 5. ep. 17. Nam *candere* verbum est mortuale vel sepulchrale. Rittershus. ad Phædrum. Id sepulchrum, etiam *requietorium* dicitur in vet. inscrip. Kirchman. de Funer. l. 3. c. 10. Veteribus Christianis *cemeteryum*, quod Græcis *νοσητήριον*, non vnum sepulchrum,

P P sed

sed *sepulchretum* dicebatur, vt & nobis hodie.

v. 5. *hypogaeo*] *hypogaeorum*, id est, cellarum, pro condendis mortuis extra urbem: origo est Græca, quod satis etiam declarat Phlegon Trallianus, quem post VVouvver. adducit Meursius Animaduers. misc. l. 3. cap. 20. De qua custodia mortuorum etiam putem sensisse Vlpianum L. 14. D. de religiof. & sumpt. fun. & Apul. lib. 2. Metamor. Coluius in Not. Quoniam sepulcra erant plerumque subterranea ædificia, arcuata opere extructa, pavimentis strata ac parietibus circumsepta, in quæ tanquam in cellas quasdam per gradus aliquot descendebatur, foribus conditorij clausis vel apertis, prout vsus requirebat. Indicat clarissimè Petron. verbis seqq. *Descendit in conditorium*, quod hîc Græca voce *hypogæum* vocat. Ianuas autem habuisse, docet idem apertè paulò post, vbi ait, militem, qui cruciarios custodiebat, nuptias fecisse cum ista matrona *præclusis conditorij foribus*. Kirchman. l. 3. cap. 15. *ὑπογαιον* apud Græcos in hac notione nondum reperio, sed *ὑπογαιδιον*, quod Hesych. exponit *ὑπογειον τῦμβον*. alioqui *ὑπογαιον* idem quod *ὑπογειον*. Tertullian. de Anima c. 28. de sepulchro Pythagoræ, *Respice ad hypogæum eius, & si capis, crede*.

ibid. *Græco more*] quo de videatur Kirchmannus de Funer. Rom. l. 1. cap. 1. Dauid Chytræus de morte & vita æterna. Apud Romanos non condebantur corpora mortuorum, sed comburebantur: contrâ Græcorum more fiebat, apud quos consuetudo ista tum inoleuisse videtur, postquam à Philosophis animarum persuasa immortalitas, & circum cadauera volitatio, quam illi ab Aegyptiis didicerunt: Aegyptij porro ab Hebræis. Atqui apud vtrofque istos vetustissimum esse condendi & sepeliendi morem præter sacram Scripturam etiam Herodot. auctor est in Euterpe. vide Beza in Annotat. ad Matth. 26. v. 12. & Act. Apost. c. 5. v. 6. & c. 6. v. 5. Suidas auctorem Græci moris refert. Primum quendam Cerealiæ, scribens; Πελμῶ δὲ Κεραιῶν, (apud Phauorinum Camert. legitur, Περαιῶν ὁ Κερ.) ἐς τὴν Περαιῶν ἐσάβλον, (Phauorin. ἐσάβλα & rectius) πρῶτον δὲ ἐς λατρεῖας, μὲν ἦν νεκρῶν, δὲ ἀγγέλων τῶν, ἃ ἐς ἀρχὴν ὁπότε ζῆν' ἔχουσιν, ἢ καλὰ μὲν ὀφείδουσιν, τὰ γράμματα ἐμὲλκοντες. Eusebius Hist. Eccle. l. 7. c. 21. Vbi sanctorum corpora supinis manibus ac sinu exceperunt, oculos deprefferunt, ora clauserunt, unanimes & parietes affecti stricim complexi sunt, ianarunt, & ad sepulcrum

pulturam ornarunt, &c. Hæc ablutio inter Sanctos olim erat futura resurrectionis pignus & tessera superstitibus: sed degeneravit in superstitionem. Beza in A&A. post. c. 9. v. 37. Ablutionibus autem & vñtionibus mortuorum vsi sunt Hebræi ab omni ævo. qui ritus postea à plerisque populis & præsertim Aegyptiis profanatus est, & exenteratione & operosissimis condituris auctus, ut videre est Genes. 50. vers. 26. ubi vititur Moyse verbo **חֲנַת** *hanath*, pro *ἐνταφιάζεν*. Beza in Matth. d. l. Adde Polydor. Virgil. de Inuent. rer. l. 3. cap. 10. Boemum de Morib. gent. l. 2. Zvvingerum in Theatro vitæ hum. vol. 28. lib. 3.

v. 11. *singularis exempli fœmina*] Ennodius in Vita S. Epiphaniij c. 17. *Fœmina stupenda sanctitatu & singularis exempli.* Sauaro ad Sidon l. 6. ep. 3.

v. 14. *lacrymas commendabat lugenti*] Legend. *commendabat.* Radulph. Fornerius Rer. quotidianar. l. 3. cap. 19. vel, *lacinias commendabat lugenti.* Commendare pro *opmaculare* etiam Silius posuit Scriuerius, vel *lacrymas commodabat lugenti.* Ut præficæ lacrymas suas & planctum suum alienis mortuis locabant mercede; sic istam fidiissimam ancillam dicit heræ suæ lacrymas commodasse, id est, in gratiam eius fleuisse vnâ, ut ita ipsius allevaretur dolor. Rittershusius Not. in Phædrum. Ingeniosè, & fulcitur auctoritate Donatij, qui Terentianum illud in primore Andria *collacrumat*, interpretatur, *aliena lacrymis suas commodabat.* Kirchmannus de Funerib. l. 4. cap. 4.

v. 15. *& quotiens defecerat*] apud Salisberienf. *& quotienscumque def.* in M. S. Cod. Nobilissimi & Amplissimi Bongarsij, *& quotiensque def.* pleonasmo etiam aliis elegantioribus vsurpato.

ibid. positum in monumento lumen] Rad. Fornerius Rer. quotidian l. 3. cap. 19. Kirchmannus de Funer. l. 4. cap. 4. Zvvingerus in Theatro vitæ hum. Tom. 12. lib. 4 & vol. 28. lib. 3.

v. 20. *Imperator provincia*] Præses vel Proconsul. Salust. in Iugurth. in Orat. Adherbali; *Mc, quem vos imperatorem Numidis posuistis.* Ad deuitandum odium & beneuolentiam conciliandam noluit se vocare Regem, sed P. R. Præsidentem in regno Numidiz. Mox enim; *Regno Numidiz, quod vestrum est.* Vide Ph. Berterij Pithanon dia- trib. l. cap. 9.

vers. 21. *latrones insit crucibus affigi*] Cruci latrones affigi solitos ex sacris prophanisque docent Petr. Faber Semestr. l. 2. cap. 10. Lipsius de Cruce l. 1. cap. 13. Sauaro Not. in Sidon. l. 4. epigram. 23. Talentionius Var. rer. l. 2. cap. 9. Celsus Adornus lib. 2. cap. 23. Gretserus de Cruce Tomo 1.

v. 24. *qui cruce afferuabat, ne quis ad sepulturam corpora detraheret*] Romanorum mos fuit, ut facinorosos, quorum poenae ad exemplum pertinebant, supplicio affectos honore sepulturae prohiberent. itaque custodes adhibiti, donec putrefacta cadavera Petr. Faber Semestr. l. 2. cap. 9. Lipsius de Cruce l. 2. c. 16. Beza Annotat. in Matth. c. 27. v. 54. Talentionius Var. rer. l. 2. c. 9. Celsus Adornus epist. ad Talenton. l. 2. cap. 23. Guilielm. Fornerius Not. in Casiodor. l. 2. epist. 22. Gretser. de Cruce Tom. 1. Hodie nostris moribus in exemplum relinquuntur, sine custodibus tamen, cadavera (suspensorum, rore supplicio affectorum, veru affixorum, & similium. contra quos mores Petrus Rauennas l. C. ut improbatos inuehitur in fi. Compendij Iuris Canon. & in Distis notabil. extrauag. in princ. quem duobus libris confutat Hochstraten Provincial Monachor. Prædicator in Iustificatorio Principum Alaman. Augustus tamen Imp. corpora damnatorum cognatis se & amicis non negasse lib. 10. de Vita sua scripsit. ad sepulturam scilicet: unde nec Iosepho Arimathæo & Nicodemo corpus Christi negatum. vide L. 1. & L. ult. D. de cadaver. pupitor. Porro pro *afferuabat*, vet. cod. habet, *seruabat*. quod non displicet, & Plautina vestigia sectatur.

v. 26. *not asses sibi & lumen*] elegans phrasis, notare sibi, & veteribus non infrequens. Cato de Re rust. c. 158. Si vis bene tibi deicere. Meursius in Not.

v. 28. *vitio genti humana, concupijt scire*] Sallustius Iugurth. *More humani ingenij cupido ignara visundi animum vertit*. Val. Max. l. 1. c. 7. in Annibale; *Humani ingenij prona voluntate vetita scrutandi ponè respiciens*, &c. Colerus Not. ad Valer. Puthiscius ad Sallust. Apul. l. 4. Florid. *Propius accessit, ut etiam cognosceret more ingenij humani quisnam esset*: Suetonius Claud. c. 10. *Latentem discurrrens forte gregarius miles, animaduersis pedibus, è studio sciscitandi quisnam esset, agnouit*.

v. 31. *quasi quodam monstro*] id est, spectro. hinc Mosellaria Plauti. Hymnus Ecclesiasticus in Dedicat. Ecclesiz.
Damenin

*Damonis sana perit hic rapina,
Pernicax monstrum panes, & retenta
Corpora linquens fugit in remotas
Ocyus umbras.*

v. 34. *faciemq; unguibus sectam*] solebant feminae maritis mortuis parentare genarum lacerationibus, quæ unguibus fiebat. quod legib. Solonis & XII. Tab. vetitum Kirchman. lib. 2. c. 11.

Pag. 107. v. 4. *nil pro futuro gemitu pectus diduceret*] Leg. *diducere*. Iungermannus. Dinamius epistol. ad Discipul. *Plus lugent, qui plus diligunt; & dum auxilium prestare nequeunt, pugnis pectora & lacerta tundunt illi tamen, qui sepulchro conditur, nihil prestaturi.* Suprà Petron. pag. 70. v. 31. *Verberabam agrum planctibus pectus. Pectus diducere, quo pacto suprà dixit de Gythone; risu dissolvebat ilia sua.*

vers. 7. & *catera*] quod Sallust. dicere solet, & alia. Pflugius.

v. 10. *ruptosq; crines super pectus iacentis imposuit*] euulsos ac tonsos rasosque crines in funebri luctu solebant mortuis offerre, & super ipsorum pectora vel tumulos ponere parentandi gratia. Kirchman. l. 2. c. 15.

v. 13. *vini certe ab eo odore corrupta*] Leg. *incertum an ab odore corr.*] Putschius. sed illam lectionem optimus Bengarsij codex comprobat. *Ab eo, sc. milite.*

v. 21. *Id cinerem aut manes*] integer Virgilij versus ex 4. Aen. quem tribuit Annæ ad sororem Didonem sese afflictantem ob coniugis mortem.

Ibid. Curare] Plaut. *Id. Dij curant scilicet.*

v. 25. *Nemo inuitus audit*] audit, id est, obedit, parer, obaudit.

v. 32. *humanam satietatem*] Hinc D. Hieron. *Venter gula proximus.* Et Dionys. Caro in Distich.

Cum Venere & Baccho luctu est, & iuncta voluptas.
Contrà Terent. *Sine Cerere & Baccho friget Venus.*

Pag. 108. v. 3. *Placitum etiam*] Versus sunt Annæ ad Didonem 4. Aeneid. Nec enim non errore lapsus Georg. Thomsonus, qui ad Petronium primum auctorem refert in Vindice Veritat. aduersus Iust. Lipsium lib. 2. c. 2. pag. 92. & Episcopo Andegauensi non Petronij Satyricon, sed Aeneida Virgilij in manibus fuisse scribit auctor fide dignus Petrus Matthæus Histor. Francor. libr. 2. narrat. 3. in princip.

v. 5. *ne hanc quidem mulier partem corporis*] quæ scilicet honestè nominari nequit. Infrà, cum ea parte corporis, quæ ne ad cogitationem quidem admittere seuerioris nota homines solent. Ouidius:

At Deus obscena nimium quoque parte paratus.

In Priap.

Quod partem madidam mei videris,

Per quam significor Priapus esse.

Theodor. Priscianus lib. 2. Logico. c. 11. Tunc ipsis partibus duras superaddimus fricatione manuum vel sabanorum paulò asperiorum. Ibidem; Quibus partes frigentes usus Venerij officium pernegarint. Et paulò priùs; Et tensionem partem cum assidua patratione facit.

vers. 6. *abstinuit*] alludit simul abstinentiam, quam mulier vouerat, & iam quinque dies seruarat. Abstineret cum accusatio rei haud temere apud quosvis reperias.

vers. 10. *ut quisque ex notis*] quisque, pro quisquis, quicumque. Vett. tamen cod. exsertim scribit, *quisquis*, vt suprà; *Quod quisquis perperam discit*, &c. Et infrà; *Quia quisquis suos heredes habet*, nec ad scenas, nec ad spectacula admittitur.

v. 11. *ex notis ignotisq.*] Douza emendat, *Agnatisq.* non ex mente Arbitri. Noti sunt amici & cognati; Ignoti, peregrini, cum quibus multa nobis consuetudo. Suprà; *Ignota consolatione percussa*. Equidem huc pertinere arbitror, quod suprà dixit; *Vicinarum quoque gentium faminas ad sui spectaculum euocaret*.

v. 17. *Cruciarus*] *Cruciarus* dictus is, qui in cruce, vel qui ea dignus. Calpurn. Flaccus in Declam. *Padagogus Cruciarus*, peregrinus *Cruciarus*; De his qui appensi in cruce, at qui ea digni, per conuicium sic nominati Isidor. *Cruciarus eo quòd cruce dignus*. Lipsius de Cruce lib. 1. c. 3. Coluius Not. in Apul. Metamor. lib. 10. Barthius Ablegmin. Critic. lib. 2. c. 9. Balbus Catholicos *Cruciarus*, qui est cruce dignus, vel qui fert crucem ad suum dispendium, vel ad officium suspendij. Ammianus lib. 29. *Longum est, quæ cruciarus ille constauit, quem paulò post vocat, perditum nebulonem*.

v. 20. *miles circumscriptus*] vett. libb. *circumspectus*. Leg. *circumpectus*. *Circumpectere*, significat defraudare, circumuenire, & malum aut infortunium alteri dare, Gulielmus Plaut. quæst. in Bacchid. cap. 2. Putschius emendat,

emendat. *circumspēcus*, vel, *circumspēctans*. Magis est Gu-
lielmiana lectio.

v. 33. *Corpus mariti sui tolli ex arca*] *arca* fuit locus si-
ue feretrum, in quo corpus siue cadaver integrum con-
debatur. vide Marcian. L. 39. D. de relig. & sumpt. fin. ac
Caium L. 7. D. eod. quorum hic disertè quidem sepul-
chrum ab *arca* distinguit; ille verò mobiles fuisse arcas
istas non obscurè significat. Kirchman. lib. 3. c. 15. Ab *arca*
est nostratis vox *Sarck*, cuius vis in mundo. Græcis *σ-
εφς*. Hefychius; *σεφς*, *σαρκοφάγος γίνουσι σαρκοφάγους τὰ
Cάρδια*. vide Aristophanis Interpr. item *λάρναξ* erat au-
tem vel ex ligno, vt apud Iosephum *ἀπὸ ἁλός*. *Δύο λάρ-
νακες*. *ὡς εἰς ἐκκομὴν τῶν νεκρῶν παροσκευασμένη*: vel ex la-
pide, vt auctores sunt Plutarch. in Numā, de sepulchro
Numæ Regis, & Dioscorides lib. 5. c. 142.

v. vit. *Vfus est miles ingenio*] *ingenium* pro calliditate,
astutia & promptitudine aliquid machinandi. Balbus;
Ingenium, astutia, calliditas, prudentia, subtilitas.

Pag. 109. v. 3. *Risu exceptere fabulam*] Salisberienfis lib.
8. c. 11. *Tu historiam aut fabulam, quod hu verbis refert Pe-
troniū, pro libitu appellabis. ita tamen ex facto accidisse E-
phesi, & Flavianus auctor est, mulieremq; tradit impietatis
sue & sceleris parricidalis & adulterij pœnas dedisse. Non
quidem solus est in mulierum ineptijs ridendis aut expri-
mendis Petronius: scribit B. Hieronymus, &c. Ab Imperatore
sive Præfide Prouinciæ capite plexam fuisse, traditur in
libro illo de Septem Sapientibus.*

Pag. 110. v. 4. *amici quarebat obsequium*] sc. Lycas. *Ob-
sequium* in rebus nequam & turpibus, vt apud Plautum
obsequi, & *morigerari* patientes in Venere dicuntur. vide
Schopp. Ekplanat. in Mostellar.

v. 6. *Si quid ingenui sanguinis habes*] hoc est, si quid in
te virilis roboris maneret. Casaubon. in Pers. Sat. 1.

v. 7. *Sportam*] *Leg. scortum*. Putschius.

ibid. *Si vir fueris*] Porcius Latro in Catilin. *Si viri estis,
declinatura, &c.* Sallust. in Catilin. *Quis mortalium, cui vi-
rile ingenium est, tolerare potest?* Hoc autem loco simul ob-
scœni quid latet. Infra Polyænus frigidus & maleficiat-
us, *Non intelligo me virum esse, non sentio. vnde viri-
le officium.* Theodor. Priscianus libro 2. Logico, cap.
11. de rebus infantibus vel erigentibus membra vtri-
lia; *Quæ per potiones accepta virile semper officium repa-
rant.*

v.8 ad *spuriam*] *Leg spuriam*. Casaubon. in *Perf. lat.* 1. vel *spurcam*. Putschius.

vers. 10. *homo dicacissimus*] *iocossissimus*, mordacissimus.

v. 18. *Certes fluctus*] *Leg. certus*. Iungerman. Bene, & *fluctus* accipe in acculandi casu.

ibid. *uentus impulerat*] dum enim coelum nubes adducit, aura prior turbatur, & incerta nunc in hanc, nunc in illam regionem se conuertit. cuius rei exemplum hic Petron. exhibet. Lindenbrog. Obseruat. var. lect. in Statij Thebaid lib. 5. epig in Priscillam.

v. 27. *Postquam * manifesta conualuit*] *Leg. postquam semperitas manifesta* c. delecto asterisco. Putschius. vel, *postquam mari astus inualuit*. Meurs. Animaduers. misc. lib. 4. cap. 6.

v. 30. *ueste ex illam diuinam, sistrumq;*] linteam vestem sacerdotalem intelligit, qua in sacrificiis induti Mdis Sacerdotes. *Sistrum* iudem Sacerdotes quatiebant in sacris, quæ manu ferebant, vt Apollonius alique scribunt. videndi Hugo Grotius in Febris Marciani Capellæ libro 2. Raderus ad Martialem libro 12. epigramm. 25.

Pag. 111. v. 1. *propè iam fidelissimi*] *Leg. properam*, antiquè pro, *properi*, sicut *promiscam* & *promiscus*, *protinam* & *protinus*, *perperam* & *perpere*, & sexcenta alia. Gulielm. Plaut. quæst. in Epid. c. ult.

v. 3. *abduxere certissima morti*] *Leg. abduxere*. Ego *certissima morti applicitus*. Putschius.

v. 10. *ad oscula dum licet*] *Leg. da oscula*, vel, *age da osc.* Iungermannus.

v. 11. *fatis properantibus*] sic in Institut. Iuris lib. 4. c. vii. *Si qui partem facta properauerit*. Cuiac in Not.

v. 17. *inulta nos mors foret*] *2. inultos nos m. VVouuer*. Suprà dixit, vt nos sola mors coningerent. Auianus Beethus de Moribus; *Multos vitam differentes mors inulta preuenit*. Goldast. in Notis. Sic apud Plaut. *Afin. act. 3. sc.* 3. *Philenium ad Agrippum*;

— *Certe enim tu vita es*

Mihi. complere. AG. facio lubens. PH. Utinam se offeramur!

vers. 19. *prateriens aliquis translatione humanitate lapidabit*] ex communi humanitatis iure atque officio terram homini mortuo etiam ignoto sepeliendi causa iniicimus.

iniicimus. Quintil. Declam. 5. *Hinc & ille venit affectus, quod ignotis cadaueribus humum congerimus.* Vbi sub affectus, vel affectionis nomine misericordia, humanitas, mansuetudo, pietas intelligitur, sine cuius intentione cadauer alienum nemo funerat. Quamobrem qui de pietatis generibus scripserunt, primum locum in sepultura voluerunt. Multis P. Faber Semeſtr. li. 2. cap. 1 & ex eo VVaramundus de Erenberg, siue potiùs Eberardus à VVeihē in Meditam. pro Fœderibus lib. 2. num. 9. Adde Tobiz cap. 1. & Baccharium in epist. de Recip. laps.

verſ. 22. *imprudens arena*] inſcia, neſcia. Plaut. Pſeud. *Emit hoſpitalem iſ filium imprudens ſenax.* Schop. in Miſcellan. Propert. lib. 3. eleg. 6.

*Reddite corpus humo poſitaq; in gurgite vita
Patum ſponte tua vilis arena tegat.*

vbi Douſa P. in Not. reliquis.

ibid componet] ſepeliet, condet. Tacit. in Agricol. *Pauoribus tamen lacrymis compoſitus eſt.* Pichena in Not. num. 101.

Pag. 112. v. 1. *Audimus murmur inſolitum*] Non abſimile eſt, quod de ſemeptiſo Statius ad Vxorem, lib. 3. Syluar.

— *Tu procurrentia primis*

Carmina noſtra ſonis, totaſq; in murmure noctes

Aure rapis vigili— Iſa. Pontanus in Gloſſario Gallico, verb. *Baritus*, de Bardis Poëtis Gallis.

v. 3. *bellue*] balenz, quæ bellua vocatur. Claudian. lib. 2. in Eutrop.

Sic ruit in rupes, amiſſo piſce ſodali

Bellua—

Sauaro ad Sidon. lib. 5. epigram. 13.

v. 12. *in terram trahere porcam mugientem*] *Leg. orcam.* eſt piſcis apud Plin. lib. 9. cap. 6. & quidem ex belluarum genere. Iungerman. An leg. *phocam* Gloſſæ; quæ, vitulus marinus in terram trahere phraſis eſt piſcatorum. *Mugientem*, id eſt, γρῶν, apud Heſych.

v. 15. *cibiſq; naufragio corruptis*] Prochorus Hiſt. de S. Ioanne Euangel. *καὶ ἦσαν ἐν ἡμῶν ἐξελθόντων ὁμι τ. ἐνεγες, καὶ κατακειμένοι, ἐπεὶ οὐκ ἔμελλον ποτε ἀναίλους λαλῆσαι, ἀπὸ τ. ἀσπτείας, ἐ τ. φέβου, καὶ τ. κόπης, ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἀπὸ τῶν ἐκτὸς ἑως τῶν ἐνὶ τῶν νεύρων, ἐ ἐπὶ εὐαγγελίου ἐλθόντες εἰς ἡλθού, Σαλῶνται, ἐ ἀναγὰς ἀπὸ τῶν ἐν τῶν αὐτῶν ἀπὸ τῶν λαλόντων, ἐ ἡμῶν ἐ φανῶνται, ἐ τῶν ἐλθόντων, ἐ τῶν*

v. 20. *leni vertice*] Leg. *vortice*. Iungermann.

v. 21. *vinentibus oculis*] Iugerman. legit, *diligentibus*, Putschius, *liuentibus*.

v. 22. *maris fidem*] sic Plinius Panegy. *Infra*; Non sola mortalib. maria hanc fidem praestant. Freh.

Pag. 113. v. 4. *De tam magna navi ne tabulam quidem naufragus habes. ite nunc mortales & magnis cogitationibus pectora implete.*] Verus Poeta in Catalect. de Fortunae inconstantia;

Ita novas tototerras conquirite mundo,

Nempe manet magnos parvula terra Duces.

Raderus ad Martial. l. 5. epigr. 71.

v. 8. *proxima luce*] proximè antea. Proximus proprium de praeterito dicitur; ut primus de futuro *Suprà*; Es prima statim nocte in monumentum ferebat. *Infra*; Accessisse huic tristitia proximum naufragium.

v. 18. *si bene calculum ponas*] Plinius Secund. l. 2. ep. 14. *Hic quoque in conditionibus deligendis ponendus est calculus.* Boeth. l. 2. prof. 3. de Consol. calculum ponere. Sitzmannus in Nor. nu. 58.

vers. 21. *Tamquam inter sit periturum corpus*] pie nos D. Cyprianus ita monet; *Nostri nihil interest, aut à quo, aut quando perimamur, mortis & sanguinis praeium à Domino receptum.* Ph. Camer. Horaz. succis. Cent. 3. cui adde VVaremundum de Erenberg siue Eberhardum à VVeihle in definit. Fœderis nouè repexa. libro 2. num. 99. 105. 106.

v. 22. *ignis an fluctus, an mora*] Leg. *mare*. sicut *suprà*; *Vtinam me solum inimicus ignis hauriret, vtinam Hibernum inuaderet mare!* Putschius. Sed quia *fluctus* meminit, nihil videtur mutandum. nomine *mora* intellegit mortem naturalem.

v. 24. *fera tamen corpus lacerab.*] Sallust. in Jug. *Feralis gestis absumat.* Pflug.

vers. 26. *peram grauissimam credimus ubi feruimus, irascimur*] vide L. 28. §. igni, D. de per. Harmenopol. l. 8. tit. 2. in princip. Basilien. libr. 60. l. 51. cap. 29. & libro 6. Ecloga 6.

vers. 28. *omnia succere*] genus loquendi non vulgare in utraque lingua: quod ferè dicebant de irritò conatu. Scalig. in Catalect. comment. in Culic. ubi congestis exemplorum copiam. Vfus & *suprà* Petron. *Quid ita omnia facisti, ut quos tuebaris, absconderet.*

v. 31.

v.31. *adolebat*] *comburebat*.

Pag. 114. v.4. *Crotona esse cognouimus*] de Crotoniensium pristina virtute, qua aliquanto fuit Italia prima, ut ait hic Petron. præter Strabonem, lege M. Ciceronem 2. Rhetoric. de luxuria autem & vitæ genere post attritas bellis frequentibus vires, de quibus inde ab hoc loco usque ad calcem libelli Petron. vide Iustinum Epit. libr. 20. Bongars. in Not. Non de Crotona, sed Roma potius in Crotona Arbiter intelligendus. Nihil in vrbe sincerum ait; nec sincero locum. Martialis eadem omnia de Roma l.4. epig.5. vbi iisdem argumentis, quibus hic rusticus, Fabianum ab vrbe deterret. Raderus in Comment. Adde Ramirez Hypomnem. ad Martial. l.4. epig.56 in princ.

v.9. *post attritas bellis frequentibus opes*] *Atterere*, pro absumere. Apul. l.11. *Nam & viriculas patrimonij peregrinorum attriuerant impensa*. Sic & *conterere* pro consumere. Schopp. in Mostell. a. 4. sc. 2. *Infrà*; *Detritæque com-moda luxu*.

v.14. *sustinetis semper mentiri*] *sustinet* cum infinitiuo est, *audet*, in animum inducit. Schopp. in Priap. carn. 47. Iuuenal. idem de Roma Sat 3. *Quid Roma faciam? mentiri nescio*——*Cedamus patria*. Raderus ad Martial. l.4. epig.5.

v.20. *Nam aut captantur aut captant*] Martial. ad Marianum, cuius hereditas perebatur;

Scis te captari; scis hunc, qui captat, avarum:

Et scis, qui captat quid, Mariane, velis? &c.

Venari dixit Horatius viduas avaras. Rader. ad Martial. l.6. ep.44. Quinetiam & apud I. C. vulgarissimus de captatoriis institutionibus & voluntatibus locus. Ramirez Hypomn. ad Martial. l.4. ep.56. in pr.

v.22. *suos heredes habet*] *Alieno uti nihil moror*. Pflug.

v.23. *nec ad scenas, nec ad spectacula*] ne idem bis dicat, leg. *nec ad scenas*. Bongars. Not. in Iustin. l.20.

v.32. *nisi cadauera qua lacerantur aut corni qui lace-rant*] avariores diuitibus agris per speciem consolationis assidebant, ut scriberentur heredes. Quos Petron. vocat *cornos*, alij *vultures*, qui cadauera expectant, ut illi hereditæ mortem diuitum & orborum. Senec. epist. 95. *Aerico agro aliquis assidet, probamus: at si hoc hereditatis causa fecit, vultur est, cadauer expectas*. Talem fuisse Regulum Plinius scribit in Epist. talem & Oppianum

proviat. G. Gloss. Cyrili; αὐτοῦ τοῦ αὐτοῦ εἰς μὴρομαχεῖον, aucturo. Goldastus legit, aucturo. præcessit enim, αὐτοῦ τοῦ αὐτοῦ αὐτοῦ τοῦ αὐτοῦ μὴρο, aucturo. Manil. l. 4. Astron.

Nunc caput in mortem vendunt, et fenus harena.

Hi autem quia liberi, iuramento solemniter interposito fiebant. iurabaturque novitius gladiator, se omnia passurum, aufurumque quæ legitimum gladiatorem ius mos esset: hoc est, vitionem, verbera, necem. nam in hæc tria iurabant. Iuramenti in auctoratione forma in his Petronij, cuius meminit Horat. l. 2. Sat. 7.

Quid refert uri, virgu ferroq; necari.

Auctoratus est.

Acro; Gladiatores ita se vendunt, et cautiones faciunt, uri flammis, virgu secari, ferroq; necari. Hæc brevitè ex Scalig. Comment. ad Manil. lib. 4. Astron. Turneb. Adversar. l. 2. c. 20. P. Fabri Semestr. l. 2. ca. 11. P. Pithæi Not. ad tit. 9. Collat. LL. Mosæ & Rom. Barn. Briffonij de Formul. lib. 8. Iureti Miscellan. in Symmach. l. 2. ep. 46. Durantij Variarum lection. l. 1. ca. 8. Palmerij Spicileg. Lipsij Saturn. serm. l. 2. ca. 5. Ramkrezij Hypomnem. ad Martial. l. 2. præfat. m. 7. VVaremundo de Erenberg. Definition. Fœderis lib. 2. n. 133.

v. 18. verberari ferroq; necari] Leg. virgu ferroq; necari. Turneb. d. leumque secutus Durant. d. l. Ego nihil mutò: & vulgatam lectionem fulcio hisce Helenij verbis; uri flammis, virgu secari, ferroq; necari. vbi Goldastus putat verba esse transposita, reponendaque hoc modo, virgu necari, ferroq; secari: aut certè leg. virgu verberari, ferroque necari.

v. 22. servilior filii] in modum & habitum servilem formati.

ibid. dominum consulamus] cuius hæc formula apud Plautum; Patrono salus. Mostel. 2 & 3. sc. 2.

ver. 24. Condiscimus] Leg. condiscimus. docet enim fabulam poëta, ut hinc Eumolpus, discunt actores, & discunt simul, dum actionem perichitantur. Guliel. Plaut. quæst. in Epidic. c. vi.

v. 31. destitutum ministerio] pro, ministerio.

Pag. 116. v. 3. ut plurimum tussiat, ut sit modò solutioria stomachi] tæmodò deest Casaubono in Commentar. ad Theophrasti Character. Consimiliter de Carino captatore testamentario Martialis lib. 5. epig. 40. — anī semel fac illud, Mentitur tua quod subinde tussu. id est, more,

rere, vt tandem aliquando hereditatem tuam cernamus.

v.6. *fundosq; mendaces*] infructuosos & spem agricolarum fallentes.

versu 9. *omnibus * renouet*] Leg. *omnibus horu* (vel *diebus*) *renouet*. Putschius. Sic Carinus apud Martialem mutauit sæpe conditum à se testamentum, vt illiceret captatores ad ferenda munera, quibus spem faciebat hereditatis:

Supremas tibi tricies in anno

Signanti tabulas, Carine. nisi, &c.

Carinus elusit captatorem, vt Fabius Labienum apud eundem Martialem libro 7. epigr. 65. videndus Senec. l.6. Benef. 38. Raderus ad Martial. lib. 5. epig. 40. & lib. 6. epig. 44.

v.22. *me iumentum putatis esse aut lapidariam nauem*] hac formula vti possumus, cum volumus innuere, nos illiberaliter haberi. Pflug.

v.23. *hominis operas locauit*] Locare suas operas est seruire alicui pro mercede. Schop. in Obseruat. ling. Lat.

v.26. *tollebat subinde altius pedem, & strepitum obscæno*] dum præ lassitudine & angore pederet. Sic Germani dicimus, *Er soll vor Angst in die Hosen scheissen*. Facetus in Catone;

Heres post mortem pedit amore suo.

i.e. præ amore eius defuncti Et versus Scholasticus;

(redimus esse pedis strepitum, cum turgide pedis.

Minutius in Octau. *Strepitus perpendenda corporis expressos.* vnde liquet cur *obscænum* dixerit Petronius.

v. ult. in *Heliconem venisse*] quamplurimos tum Romæ res familiaris domi angusta impellebat, audere aliquid in literis. multi ad forum se conferebant: plures cum agere causas nescirent, aut nimis laboriosum putarent, ad poëtices studium tanquam in portum confugiebāt. Ad istos falsò creditos poëtas referenda sunt hæc Petronij verba, & Persij versus in prolog. Nam quod illi impudentes iactabant, somniasse in Parnasso, & ab ipsis Musis fuisse doctos id Pers. refellit, veram afferens causā, quæ miscellos ad templa Musarum tamquam ad egestatis suæ asylum compulisset. vide Casaubon. Comment. in Pers. prolog.

ibid. *forensibus ministeriis exercitatus*] videtur notare Silium Italicum, de quo Marcial.

Proq;

Proq. suo celebrat nunc Helicon foro:

vti & Lucanum, qui relicto foro ad Heliconem transgressi, pro caussis carmina Apollini quàm Themidi operari elegerunt. Rader. ad Martial. l. 7. epig. 53.

Pag. 117. *Effugiendum est ab omni verb. vilitate*] quem locum ex Senec. l. Controu. adducit in Collect. Fr. Pithæus, scias, ἀπερδιόντων esse. Loquitur enim Petron. de vili & abiecto nimisque humili dicendi genere, nec proprio aut accommodato.

v. 12. *Odi profanum vulgus*] Versus est Horatij carm. l. 3. od. i. Alludit ad Eleusiniarum mysteriorum solemnem morem, vnde exesse per præconem iuebantur profani. is & ad alia sacra extenditur, vt in *mirabili ignis prodigio* apud Gratium Cyneget. Orphei illustres versus huc alludunt à Tatiano, Cyrillo, Clemente Alexandrino, Iustino Martyre, & Eusebio in testimonium citati. Vide de hoc more latè scribentes B. Brissonium de Formul. libro 1. P. Gregorium Syntagma Iuris l. 31. cap. 8. Barthium Animaduers. ad Claudian. n. 2446. *Profanum vulgus* dixit propriè & eleganter. Nam vulgaria sunt profana. Hinc Ezechiel. cap. 42. v. 14. sacerdotes iubet extra depositisque sacris vestibis tractare *vulgaria*, id est, profana, quod verus interpretes imperitè reddidit, *procedere ad populum*. Zuingleus in Compilat. De vulgo ab eruditis hominibus contemnendo nonnulla notauit Scalig. ad Catull. Brissorius d. lib. Rittershusius ad Phædrum.

v. 19. *ant. versum timuerunt calcare*] pro terere, vt à via arita translatio ducta sit, quæ eadem calcatur. Nā & Aristophan. in Auib. dixit; ὅτι Αἰσχύλον ἀπατάσας, id est, *Aeschylum non bene calcasti*: quod est, eum non triuisti, nec diligenter frequentèq; peruolutasti, sed quæ sentiosa sunt & spinosa aculeisque horrentia, vestigio premere timemus. Turneb. Aduersar. l. 4. ca. 19. *Calcere*; pro, contemnere, proterere. nam eos poëtas seu versificatores potius tangit, qui hodie sunt frequentissimi, quorū animi impotentes sunt carpinum, nec possunt contemnere quod sordidum & vulgare est: omnia enim eodem ingenij aut caloris æstimant examine. Barth. ad Claudian. n. 1141. *Timuerunt*, id est, non ausi fuerunt. Auctor de Orig. gent. Rom. *Quam opinionem sequi metuit noster Maro*. Rectè autem Douza *visam* restituit, pro *versum*, cui Putschius, Freherus, & alij adstipulantur.

ibid.

ibid. *Ecce belli civilis ingens opus*] tangit Lucanum, in cuius ut æqualis invidiam hoc carmen fecit, & quem è poetarum numero excludit etiam Quintilian. l. 10. ca. 1. Seru. in 1. Aen. & Iornandes in Hist. Gothor. reclamante tamen Sidonio Apollinari l. 2. ep. 10. Sauaro in Not. Rader. ad Martial. l. 14. epig. 171. Gyraldus Dialog. 4. Barth. ad Claudian. n. 22. 17.

v. 21. *plenus literis*] sic plenus scientia dixit Claud. Mamertus l. 2. cap. 10. *omni scientia refertus*, Eucherius ep. ad Valerian. Sauaro ad Sidon. lib. 4. ep. 22. Sic infra Petron. *Enmolpus felicitate plenus*. Et iterum, *Oratione blandissima plenus*.

v. 26. *ut furentis animi vaticinatio appareat*] Furor est ἐνθουσιασμός ille diuinus, quo cælitus adflata Poetarum natio ad carmen decantandum rapitur. Plato in Ione. Orpheus in Argonaut.

Nūc δ' ἐν τῇ ἀεὶ ἀποπνεύσει ἀπὸ τοῦ θεοῦ οἷός ἐστιν.
Impetus vocat Ouid. lib. 1. Fastor.

Est Deus in nobis, agitante calefiscimus illo,

Impetus hic sacra semina mentis habet.

In tali ἐνθουσιασμῷ constituti Hesiodus & reliqui antiquissimi Poëtæ, à Musis sua se carmina accepisse commenti sunt. vide Lucian. ἐν Διαλέξει τοῦς Ἑοσιδῶν. Barth. ad Claudian. num. 2448. Porro de furore Poëtico lege Corn. Agrippam lib. 3. de Occult. Philosoph.

v. 29. *tanquam si placet hic impetus*] Putschius legie tangam. ineptè. particulam tanquam sic absolute & supra posuit; & me tanquam fortinis subinde osautis verberabat. Et iterum; qui tanquam toga virilis stolam sumpsit. Marius Victorinus de Art. Grammat. libro 4. Hoc genus metri maxime desiderat separari in duas clausulas, tanquam

Super alta vetus Atys:

dehinc, *Celeri rate maria*. Sic vocula ὄρεν non tantum similitudinem significat, sed etiam veri speciem, ut Ioan. 2. Vidimus eum tanquam unigenitum. hic αὖς habetur, cui æquipollet ὄρεν apud Lucan. 22. vbi scribitur: *Fallax est sudor eius tanquam gutta sanguinis decurrerent in terrā.* quod non sic accipiendum sit, quasi dicere voluerit, Saluatorem emisisse sudorem similem guttis sanguinis, ut ipse tamen sanguis non fuerit: sed intelligendum est, sudorem decurrere sanguineis guttis. Bucerus Annot. in Matth. c. 26. v. 39.

v.31. *Orbem iam totum*] Satyra, in qua vitia Romanorum reprehenduntur. Bruschius in Annotat. De mutatione Reipub. Romanæ. Scalig. in Catalect.

v.32. *Sidus curris utrumque*] Sic Claudian. de Romæ

— *Ad Solem uisatrix utrumque cucurrit.*

Orientem videlicet & Occidentem. Petronius *sidus* vocat Solē, ut Græcis est ἀσὴρ. Scholiast. Pindari Olymp. 3. τὰ γὰρ ἐν πολλῶν συγχειύμενα ἀστρον ζώδια, ἀστρο λέγεται. ἀδὲ ἡλίου ἀσὴρ. Barth. ad Claudianum nu. 1048. & prius nu. 490. Ad rem est Pet. Matthæus Histor. Francor. lib. 1. par. 1. num. 11.

vers. 34. *gravidis freta pulsa carinis*] gravidis, id est, onustis.

vers. 37. *Hoffis erat*] Similia Claudian. lib. 1. in Rufin.

— *Rufino populandus erat.* Barth. ad Claudianum numero 169.

Pag. 118. v. 5. *Affyria concham*] al. *Æsopyreum*. Leg. *Ac sepe pitum* laudabat miles in unda. Turneb. Aduers. li. 4. c. 19. vulgo, *Æs pyreum* conlaudabat miles in unda. Restituendum puto; *Æs Ephyreum* conlaudabat miles in vda. (seu ima) *Quasitus tellure* — Nam vda in unda migravit non raro. Gifanius Ind. Lucret. Totum locum ita emendo;

Æs Ephyreum l. miles in vda

Quasitus t. n. c. ostro;

Hinc Numida lapides —

E. a. c. & lesa v. pacis:

Q. i. f. Mauris fera; & v. H.

Excussitur —

Ad mores precisa; fames p. a. classes:

Tigris & a. g. iactatur in aula,

Ut b. —

H. p. effari, parituraq; proderet f.

Æs Ephyreum, est Corinthium. Iuven. *Ephyreum*. Virg. *Ephyreum*. Queritur æs Ephyreum esse in amore militi, quod armis non faciat; illud quod faciat, non esse. Palmer. Spicileg.

v. 7. *Numida crustas*] Leg. *Numida accurrant*. Turneb. Aduersar. lib. 4. cap. 19. *Numidas lapides*, vocat columnas & marmora Numidica contemtim. illud, *Numida accurrant*, vnde Turneb. *accurrant*, alia occasione subrepsit, cum scriptum esset, *Numida lapides*; id ne quis arbitretur nominandi casu esse, fuerat qui ad oram adscriberet.

ret, accusatum esse, hoc modo accusat. Palmer, in Spicileg. *Numida crustas*, id est, marmora. Senec. ep. 87. *hinc crusta marmorea*. L. 17. §. *qua tabul.* D. de action. empt. Isidor. l. 19. c. 13. Plin. l. 36. c. 6. Sidon. l. 2. ep. 2. *Iam si marmora inquiras, non illic paros, Charystos, Praconissos, Phryges, Numida, Spartiata, rupinm variatarum posuere crustas.* Suario ad Sidon. d. l. VVeitzius indic. in Dracontij *Hexaem. crusta.*

v. 10. *Ecce alia clades*] *clades* quoduis infortunium notat. Barthius in Ceir. Virg. nu. 283.

ibid. *lata vulnera pacu*] elegantissimè. Sic Claudian. *vulnere fama*. Barth. nu. 1972.

v. 11. *in silvis Mauri*] al. *Mauru*, vt solet Horatius dicere, *Maura unda, Maurus serpens, Mauri iaculi*. Georg. Fabricius Castigat. Odar. Horat. lib. 1. od. 22. Palmer. in Spicileg.

v. 14. *fames premit aduena classes*] Classe ex Aegypto Romam commeatus portabatur. At Imperatores eo demeritiae venerant, vt annonaria classe feras ac circo arenam peterent. Suet. Nerone. Palmer. in Spicileg.

v. 16. *Tigris & aurata gradens*] aut quia ungues eius inaurati? Claudian. de Rapt. Proserp. de Baccho;

— *quem Parthica tigris*

Velat, & auratos in nodum colligit ungues.

Statius lib. 11. de Liberi sacerdote;

— *quem discolor ambit*

Tigris, & aurati aduerberat unguibus armos.

Virgil. Aeneid. 5.

— *Tergum Getuli immane leonis*

Dat Salio, villis onerosum atque unguibus aureis.

ibid. *velatur*] etiam apud Pompon. Sabinum legitur, *iactatur* malè: aduecta namque ex Hircania. Barth. ad Claudian. nu. 2817.

v. 18. *perituraq; prod. facta*] *Leg. paritura fata*. Iam pridem fata perniciem parturiebant Romanis. nunc parturà. Palmer. in Spicileg.

v. 19. *Perfarum ritu*] vide Rigaltium Not. ad Phæd. l. 3. fab. 50. Barthium ad Claudian. num. 1396. & numero 120. malè.

ibid. *malè pubescentibus annis*] malè, pro, uix; vixdum; pro quo supra dixit, adhuc: *pueris adhuc nascentibus*. Sic fors est vt & Alcimus vsurpauerit ad Lesbiam;

Horreo sanguineo malè mora rubentia fuco.

v. 20.

v.20. *exscellaq[ue] viscera ferro] viscera, pro, testiculos, co-*
leas. Dicit id, quod in Notis Gratiofi Epidauritæ legi-
 tur; A.T.A. *adulescenti testiculos abscidit: & quod apud*
Martialem; ————— *exsecuisse mares.*

v.21. *In Venerem fregere] emolliuerunt.* Statius,

--- *iam frangere sexum*

Atque hominem mutare nefas. --

Barthius ad Claudianum nu.1492. & nu.1885.

ibid. ut fuga mobilis aus] Claudian.

--- *Nasci lanuginis umbram*

Servatoq[ue] diu pueri flore, &c.

Arte retardatam Veneri seruire iuventam.

Batthius ad Claud. nu.1522. & nu.1524.

v.23. *Quarit se natura, nec inuenit] vide L. cum vir na-*
bit, 31. C. ad Leg. Iul. de adult. ibique interpretes.

vers. 24. *scorta placent] (cil. mascula. loquitur enim de*
maribus exsecis.

ibid. fractiq[ue] enerui corp. gressu] emolliti & extremè
delicati. Saluianus de Prouident. li.5. *Cum muliebrem ha-*
bitum viri sumerent, & magis quam mulieres gradu frang-
erent. Barth. ad Claudian. nu.1492. Catullus;

Turpe incedere myrmicè ac molestè

Ridentem catuli ore Gallicani.

Leg. *mimicè*, id est, cinædicè. Cinædorum exossa & ener-
 uata planè in ingressu mollitiæ, quam in Embasicoæta
 mirè expressit suprâ Petronius. P. Pithœus Aduersar. vel
 subsec. l.1. c.17.

vers.26. *Quaq[ue] virum quarunt] quem videbant mol-*
lem, victu, ore, vestitu, de eo dicebāt, Hic virum querit.
 idem olim de Pompeio Magno dictum, qui cum omni
 corporis habitu & incessu mollitiem præferret, hoc ef-
 fugere non potuit. ita enim à Cinna poëta perstrictus
 fuit;

Fascicola qui crura tegit, digito caput uno

Scalpit: quid credas hunc sibi velle? virum.

Scalig. Aufon. lect. l.1. cap.27.

v.27. *citrea mensa] Martial. l.14. epig.89, cuius lemma;*
Mensa citrea;

Accipe felices Atlantica munera siluas,

Aurea qui dederis dona minora dabit.

Videndus Rader. ad Martial. lib.12. epigram.54. & li.14.
 epig.79.

vers.29. *Quæ sensum turbant, hostile ac mobile lignum]*
Legen.

Legend. *cenſum turbant, hoſt. ac nobile lignum.* Putſchius.
Malim cum VVouuer. *Qua turbant cenſum, hoſtile ac
male nobile lignum. Hoſtile, in hoſtis terra quaſitum.*
Suprà;

*Si qua foret tellus, qua fuluum miſſeret aurum,
Hoſtis erat——*

Eodem ſpectat & illud:

--- & laſa vulnera pacis.

verſ. 31. *Turba ſepulta mero*] Eſt hoc genus loquendi
Poëtis viſitatum, quaſi prouerbiale, *vino ſomnoq; ſepulti.*
Virgil. lib. 2. Aen.

Inuadunt urbem vino ſomnoq; ſepultam.

Lucret. libro 1.

--- morbo affectis ſomnoq; ſepultis.

Petronius ſuprà;

Cum inter ſepultos Priamidas nocte & mero.

Gilbert. Cognatus in Adagior. ſyllog.

v. 34. *Ingenioſa gula eſt*] ex Petronio citat Iac. Magni
in Sopholog. libro 6. cap. 12. *Eruditam gulam* alius ap-
pellat. Omnia luxuriæ instrumenta condimentaque
proceres gulæ inueniēre. Rader. ad Martialem libro 13.
epig. 6.

ibid. Siculo ſcarus aquore merſus] ſuprà, *ultimus ab oris*
Aſtratus ſcarus eſt. Martial. l. 13. epig. 79.

Hic ſcarus aquoreis qui venit obſus ab undis.

Ennius piſcem hunc appellat cerebrum Iouis: *Scarum,*
inquit, *praterq; cerebrum Iouis.* Plin. l. 32. ca. vlt. *Scarus, qui*
hodie principalis eſt. Rader. Comment. in Mart.

Pag. 119. v. 1. atque Lucrinis eruta litorebus condunt con-
chylia] è lacu Lucrino, qui in Campania eſt. Erythrei &
quorundam aliorū ſententia, *Lucrinus* lacus mare mor-
tuum appellatur, vnde ferebantur oſtreæ nobiliſſimæ,
quæ hîc conchylia vocat; lautorum menſæ apponeban-
tur. Martial. l. 13. epig. 77.

Ebria Baiano veni modo concha Lucrinæ;

Nobile nunc ſitio luxurioſa garum.

Raderus in Commentar. ad Martialem

v. 3. *Renouent per damna famem*] Similiter Claudianus,
vbi Barthius in Animaduerr. nu. 1709.

verſ. 5. *mutaq; in litore tantum ſola deſertis*] Leg. *litore*
cautum ſolę. Lepidē, aurę aſpirant cautum frondibus, vt
Lucret. canere, Virgil. loqui ſiluas. Palmer. in Spicileg. De
hoc concentu, quem folia vento inſpirante. edere ſolita,
Barth.

Barth. ad Claudian. num. 847.

v. 7. *Nec minor in campo furor est*] idem notat Varro in Sexagesi; *Sumptum comitia habebant, ibi nunc fit mercatus.* Auf. Popma in Coniectan. Eadem Claudianus quoque in Panegy. ad Honorium Aug. vbi Barthius in Animaduerf. nu. 2307.

vers. 8. *Ad pradam strepitumq; lucri*] Leg. *Ad sonitum strepitumque lucri suffragia vendunt.* Henr. Bebelius, de Abusione ling. Latin. cap. 12. & cap. 24. & ante eum sic legebatur ad Laurent. Vallam in Elegant. linguæ Latin. libro 4.

v. 10. *venalis curia patrum*] pecuniæ causa omnia cōceduntur. Nam si quis pecuniosus à Senatu aliquid optat, pecuniam Senatoribus exhibendo, statim quod vult cōsequitur. Hinc M. Cato apud Sallustium in Catil. *pecunia seruitis.* Ibidem; *Quibus omnia honesta atq; inhonesta comparare mos erat*: id est, qui per fas & nefas pecuniam comparare studebant. Ipse quoque Petronius supra;

Quid faciant leges, ubi sola pecunia regnat? &c.

Gilbert. Cognatus in Adag. *omnia venalia habet.* Vide eundem de Romanæ Curiae venalitate in Adagio;

Prostat & in questu pro meretrice sedet.

Apud Iac. Magni Sopholog. lib. 5. cap. 3 & lib. 8. ca. 6. legitur, *curia primum mendose.*

vers. 11. *Est fauor in precio*] Leg. *En fauor.* Stevvech. ad Apul.

v. 14. *Ipsaq; maiestas auro corr.*] apud eundem Magni lib. 8. cap. 6. legitur, *iam quoque maiestas auro corrupta iacebit.* sed lib. 5. cap. 3. *latebit.* Quoad rem, vide Barth. ad Claudian. num. 2306.

v. 21. *Ipsa sui merces*] præmium. L. Florus; *Respublica in exitium suum merces erat.* Barth. ad Claudian. nu. 737. & num. 1340. & num. 1472.

vers. 22. *gemino deprensam gurgite pradam*] metaphora ex retraducta in mari periclitantibus conuenientissima. Douza Præcidan. pro Catul. cap. 6. *gemino gurgite*, id est, avaritia & prodigalitate seu luxu, de quib. Romanorum vitiis Sallust. in Catil. & Iugurth. Lucan. lib. 7. & li. 7. alij, quos allegat P. Brofius Animaduer. in Casiodor. lib. 12. ep. 39.

v. 23. *Fæneris illuvies*] Leg. *inglunies.* Palmer. in Spicil. leg. Papias; *Inglunies, voracitas. Ingluniosus vorax.* Fæ-

7110

num vsurpatur, vt suprà;

Qui pelago credit, magno se facere tollit.

Ibid. *ususq; exederat arii*] *usus* pro *usura* vsurpatur. Douza Præcidan. pro Catul. cap. 16. Methodorus apud Magnum in Sopholog. *Ingratus est, qui beneficium reddit absque usu.*

v. 24. *nulla est certa domus*] *certa*, id est, certum domini-
um habet. Sallust. *incertæ domos habere.*

v. 27. *curis latrantibus errat*] loquitur de Romanæ iu-
uentutis effusione & ære alieno, nulli aïens patrimo-
nium suum relictum, sed vt tabem æs alienum in ora-
nes defluxisse. Itaque commodius legetur, *hirs latran-*
tibus. Notum est, *hirs* esse intestinum ieiunium; quod
vt inane & vacuum semper est, ita isti gumiz satiaban-
tur nunquam, sed hiabant luxu & auaritia semper. Sem-
per autem famelicorum intestina à bonis scriptoribus
crepare aut *latrare* dicuntur. Guliel. Plaut. quæst. in Mo-
stell. c. 4.

v. 29. *inops audacia tuta est*] prouerbialiter. idem alio
loco; *Quisquis inops peccat minor est reus*---- Cognatus in
Adagior. syllog.

v. ult. *ferialis Enyo*] al. *Erynnis.* vt infra;

---horrida Erynnis, Et Bellona minax---

sed *feralis Enyo* etiam Apollonio Collatio in Excid. Hie-
rosolymor. vt notauit Goldast. ad Valerianum, & Bart.
ad Claud. nu. 1481.

Pag. 120. v. 1. *Libyco iacet aquore Magnus*] Mart. lib. 5.
ep. 71. de Pompeio & Pompeij filiis;

Pompeios inuenes Asia, atque Europa, sed ipsum
Terra tegit Libyes: si tamen ulla tegit.

Quid mirum toto si spargitur orbe? iacere

Uno non poterat tanta ruina loco.

Pompeium Magnum ad Pelusium, quod in Libya ad
Nili ostiū, qua oppidum excurrit. occisum, & sepultum
esse plerique tradunt. vide Rader. ad Martial. lib. 5. ep. 71.
& lib. 3. ep. 65. & Andr. Schottum in Not. ad Auctorem
de Viris illustribus, nu. 77. Lucanus libro 8.

Pompeio raptim tumultum Fortunā parauit,

Ne iaceat nullo, vel ne meliore sepulchro.

Petrus Comestor in Scholast. Histor. *Pempeius Hyrcano*
faciens contra Aristabulum, Iherusalem templum obsedit,
profanauit, in porticibus equos stabulauit. Unde numquam
postea fuit fortunatus, qui prius erat fortunatissimus, & oc-
cisus

cifus diu iacuit inhumatus. Adi Iosephum Matthatriadem in Antiquit. Iudric. & Gorionidem in Epitom. & Conradum Thuricensem in Fabulario.

v. 4. Et, quasi non posset tot tellus ferre sepulchra, Divisi cineres.] in Catalect. exstant epitaphia Pompeiorum, in quorum quarto; --- *Divisæ ruina est,*

Vno non potuit tanta iacere solo.

Lindenbrog. in Not.

v. 5. hos gloriâ reddit honores] hoc hemistichium videtur *αἰσχρολογία* Dionys. Cato in Distich. --- quos gloria vexat inanis.

v. 7. Parthenopen] in M. S. Bongarsiano glossatur. Neapolim. & statim ad illa, Dicarchidos arua) Cumarum.

v. 13. Mollia] flexibilia, lenta, mobilia.

ibid. discordi strepitu virgulta loquuntur] Musicæ rationis hoc est. Nam ut quæque procerior ac mollior arbor est, eò magis vento acutum reddit sonum, auctore Capella. Aufonius;

Est & harundineis modulatio musicaripis.

Atque arguta suis loquitur coma pinea ventis

Incubuit foliis quoties lenis Eurus acutis.

Claudianus de Rapt. Proserp. lib. 1.

Stridula coniferis modulantur carmina ramis.

vbi Parrhasius in Comment. & Barth. in Animaduers. n. 847. & num. 2566. Quò retulerim & illud, quod paulò prius in hoc carm. legitur;

Orbata est anibus, multoq; in litore tantum

Sola desertis adspirant frondibus aura.

v. 14. nigro squalentia pumice saxa] de spiraculo Ditis contra nigrum pumicem hoc dicit. Barth. ad Claudian. num. 2684.

vers. 16. Ditis pater] Ditis, recto casu. In vet. Gloss. Ditis pater, *πατὴρ τῶν*. Scalig. in Catal. ad Aetnam. Adde Goldastum in Parænetic. ad Columban.

v. 19. Divinarumq; potestas] Potestate cælestes pro superior non semel eruditissimus Arnobius dicit. Barth. ad Claudian. n. 965. & n. 1657.

versu 20. Fori] Fortuna, Huguitioni, Papiæ, Balbæ, Buttoni.

v. 34. varios lapis thuenit usus] Leg. *Pariis lapis in. us.* Palmer. in Spicileg. Immo leg. *Variis lapis*, ut apud Horat. l. 2. Sat. 4. vbi malè Glareanus & Erasmus *Parios* substituant. Doufa Cœmm. in Horat. *Variis lapis*, marmor, quod

quod est varij coloris. Vitruvius lib. 7. cap. 5. *Ex eo autē qui, qui initia expolitionibus instituerunt, imitati sunt primum crustarum marmorearum varietates.* Sauaro ad Sardon. l. 2. ep. 2. Potest tamen & vulgata lectio non incommode retineri. Ait Pluto; dum lapidibus, quorum cotidie novos vsus inveniunt, & nouis inuentionibus adhibent, cadendis & eruendis montes & valles excavantur, metuere se ne terra penitus excisa & inferis apertis animæ inclusæ euolent & ad cælum tendant.

Pag. 121. v. 1. *sperare iubentur*] *pro, sperant*: est enim hoc verbum nonnunquam cum actione coniunctum. Iuuenal. satyr. 6.

--- minus ergo nocens erit Agrippina
Boletus: siquidem unius praeordia pressit
Ille senis, tremulumq; caput descendere iussit
In cælum. --- hoc est, coëgit Claudium mori. Virg.

lib. 2. Aeneid.

*HecTORis ad tumulum Troia sub manibus altis
Iussa mori.* --- hoc est, iussu occisa. Est autem Hebraismus, de quo multa Castalio Annotatio. ad Psalmum 138.

v. 4. *Romanosq; cie*] classico excita Plaut. Amphitr. Virg. *Aere ciere viros.* Intrā; --- & tuba Martem

Sideribus transmissa ciet ---

v. 6. *sitientes perluis artus*] Sic infrā; *suder quoque perluit ora.*

versu 15. *Vota tibi cedent*] al. *mihi*. quod rectè explosum est.

ibid. *minor ira rebellat*] Leg. *rebullat*. Definire videre voluisse iram. Est enim ea fretum (feruorem dicunt, siue rebullitionem) sanguinis circa cor. Palmer. in Spicileg. *Quid si, rebullit?* quod non metuam in textum recipere.

versu 18. *Romanis arcibus*] Leg. *artibus*. Putschius & Pflugius.

v. 20. *Idem, qui posuit, moles Deus*] *Fortuna, Deus quādoque Annasque* utrumque sexum complectitur.

Ibid. & *mihi cordi*] al. *est mihi cordi*. quod & verum esse puto.

v. 21. *sanguine pascere luxū*] explere, & in eo voluptatē meā capere. Optat. Afer. l. 2. *Neq; enim Ecclesiae discipulus est, quia eruentis moribus pascitur, & Sanctorum sanguine & carnibus optimatur.* vide Bart. ad Claudian. na. 1860.

v. 23.

v.23. *frictos Marte Philippos*] *L. frictos morte Ph. Palmer.* in Spicileg.

v.27. *Iam fragor armorum*] Legendum;

Iam f.a. crepitantum personat auras,

Et Libyen cerno, & tua Nile gementia claustra.

neque verò trepidabant aures Fortunæ eo armorum fragore, quæ eum sibi volenti esse non dissimulet. Palmer. in Spicileg.

v.30. *animas accersere novas*] *Leg. arcesse.* Stevvech. ad Apul. lib.7. de Asin.

Ibid. navita Proteus] inferorum portitorem vocat *Proteum*; verum omnes Poëtæ Arbitro repugnant. Ant. Delrio Aduersar. in Senec. Hercul. fur. act.3. scena 2. vers. 770. *Leg. Porthmeus, & Charontem* intellige, quem Diosdorus sic appellatum contendit, quoniam transmittit animas defunctorum. Baptista Pius Annotat. poster. cap.48.

v.32. *simulacra virum*] pro, *uirorum*, animas hominum: quas pag. sequ. vocat *umbrarum facies*. & hac pag. pater *umbrarum* dicitur Plauto, i.e. animarum.

Ibid. traducere cimba] *Pedo Albinouanus Eleg. de morte Drusi;*

————— *Omneis expellat anarus*

Portitor & turba vix satis unaratis.

Lindenbrogius Not. in Catalect.

Pag. 122. v.6. *Ore cruento deformis Titan*] sic legendum esse vidit Ianus Passeratius. nam vulgo sic legitur; *Deformis titubans*. Cui simile est illud Virg. 1. Georg.

Cum caput obscura nigrum ferrugine textit.

Lambin. Comment. ad Lucretium lib.4. *Titan pro Sole.* Barth. ad Claudian. num. 2659. An quia in MS. Bongarsiano legitur *ora*, totus locus ita erit cum Colladonio componendus?

————— *namq; ora cruentus*

Deformis Titan vultus caligine textit.

Vulgatam tamen lectionem defendit vet. Poëta apud Orosium lib.7. c.5. vbi de Furore;

————— *Fremis horridus ore cruento.*

Sunt autem notanda hoc loco ostenta, emina & præfagia futurorum bellorum, de quibus vide Barthium Animaduersar. ad Claudianum num. 1432. num. 1635. num. 1639. num. 2638. vbi varia horum versuum loca explanantur.

v. 10. *rupta tonabant, &c.*] *rupta*, pro, *disrupta*, *scissa*.

v. 11. *verticibus lapsis montis iuga*] *Leg. v. lapsis m. i.* *La-*
bes enim significatur & hiatus, quæ ipsa quoq; in osten-
tis numerata sunt. Palmer. in *Spicileg.*

ibid. nec vaga passim Flumina per notas ib. morientia r.] *scribe*, --- *nec vaga passim, Flumina per notas ibant morien-*
tia ripas. non aliter quàm dicit *Macrobius* in *Somn. Scipio.*
lib. 2. cap. 8. Familiariter per pro inter ponere solet. nec
audio qui in nuperis notis, morientibus hisce flumini-
bus mederi conatur, sed verissimum est, quomodo posui
ego & interpunxi, non manebant, inquit, intra ripas suas
flumina, passim vaga. Et ne hæsitet quispiam porro, po-
nam *Manilianos* versus, *lib. 4.* *Astron.* quos hîc adumbra-
uit *Petronius*;

Donec in Ægyptum redeant curvata per undas
Littora, Niliacis iterum morientia ripis.

Quod autem ait, *ibant morientia*, aspexit quodammodo
Claudianus;

— *nascentes ibant in secula libri.*

Pontanus *Not.* in *Somn. Scip. lib. 2. c. 8.* eleganter, *morien-*
tia, pro, *exarescentia*, ut apud *Claud.* malim autem, *latas*,
quàm *notas*. quia decrescente flumine, *late* seu *laxe* fiunt
ripæ. *Barth. & Claudian. num. 62.* Qui tamen sui oblitus
num. 1043. scribit; *Notas ripas excedentem vagum*, di-
cunt etiam *Horat. & Seneca.* Et diuersa loqui videtur,
vaga & morientia eadem vocans, nec sufficere videntur,
quæ *Pontan.* produxit. Sed omnis elegãtia in *not* *morien-*
tia sepulta est. Dicit enim mori flumina, quæ ex vberan-
tia speciem suam perdunt & confundunt. Mors enim re-
solutio formæ est.

vers. 13. *Martem sideribus transiissa ciet*] *Leg. tremesca-*
ta ciet. *Sidon. carm. 5.* Et *Venerem Martemq; ciet.* *Sauaro*
in *Not.*

vers. 21. *Sanguineoq; recens desc. Iup. imbre*] Hunc ver-
sum *Claudianus* expressit, *Sanguineo rubuisse Iovem.* ex
Ouid. libro 15. & *Hesiodo* in *Clypeo Herculis*, *Barth.*
ad *Claudian. numer. 1374. num. 1643. num. 2233.* *Iupiter*
pro aere.

v. 26. *alpihus aërys, ubi Graio nomine, &c.*] *Grai*arum
alpium etiam meminere *Ptolemæus*, *Plinius*, *Tacitus*,
Antonius in *Itinerat.* *Ammianus*, & alij. Sunt vero ex
Alpes, quas hodie *Montem S. Bernardi Minorem* nomi-
nant à cœnobio in summo vertice *D. Bernardo* sacro.
Ægid.

Aegid. Tschudus in Descript. Rhetiz, Ioan. Stumpfius in Chronic. Heluetior. Leander Albertus in Descript. Italiae, Ios. Simlerus Comment. de Alpib. pag. 92. b. Barth. in Claud. n. 2227.

vers. 18. *Est locus Herculeis aris sacer*] Idem affirmant Aem. Probus, siue Cor. Nepos in Annibal. Ammianus, Silius Italicus, alij. *Alpes Penninas* esse contendit Gaud. Merula, sic dictas ab Hercule Pennino in summo vertice consecrato; Antiquit. Gall. Cisalp. lib. 3. c. 5. 9. & 10. & lib. ... sect. 2. c. 11. Quem refutat Simlerus. nam etsi Liuius *Pennini Dei* meminerit, non tamen inde euincitur, eum *Herculem Penninum* appellari. Et, quod ipse Merula non diffitetur, diuersæ sunt *Alpes Pennina* atque *Graia*, & bono spatio distat: contra quam existimauit Reimund. Martianus, & eum secuti Cyspinianus atq; Iouius. Nam *Pennina Alpes* sunt, quas mediæ ætatis scriptores vocant, *Montem Iouis*, vulgus Heluetiorum *S. Bernhards maiorem*, qui idolum Iouis, quem puto Penninum veteribus dictum, in summo vertice destruxit atque deiecit. At *Graia Alpes* sunt *Mons Bernhards minor*, vt modò dictum, quidā nonnullis annumeratur *Mons Cales* seu *Cinifins* è mediæ ætatis scriptoribus dictus.

Ibid. *Herculeu*] Hoc Liuius inter fabulas refert. quibusdam tamen non prorsus vana & inanis narratio videtur, quando Herculis transitus multa vestigia indicantur, *Herculum Monæi portus*, & harum Alpium nomen & *Lepontij* ita dicti creduntur, quòd ab Hercule eo loco relictū fuerint. Simler. Comment. de Alpib.

v. 30. *non Solus adusti*] al. *adusti*. malè. *Sol adultus* est meridies, quo radij Solis non habent, quo magis adolescant. Sidon. lib. 4. ep. 8. *Iam Sol adultus roscida noctis humorem radio crescente sorbuerat*. Sauaro in Not. Senec. Hercul. Qetzo;

— *vicitq; faces Solis adusti glaciale iubar.*
ita ibi legend. est. Zinzerling. Miscellor. Critic. libro 2. cap. 17.

Pag. 123. v. 2. *Intentans cum voce manus ad sidera*] Deos orantium vetus mos est, manus supinas, vt loquuntur Virgilius, Horatius, Cælo attollere. Barthius in Ceir. Virg. num. 403. Id quod flagrantis animi indicium est. Dauid Psalm. 73. vers. 5. *Sic benedicam te in vita mea, & in nomine tuo leuabo manus meas*. Bucerus in Annotation. in Psalm.

v. 3. *Saturnia tellus*] hemistichium Ennianum apud Varronem, id est, Italia.

vers. 4. *onerata triumphis*] ornata, honestata, ut apud Plautum.

v. 5. *Testor ad has acies*] *Leg. ad has arces*. Massiliam significat, & subiecta Insubria oppida, id postea etiam clara fit;

Dum Caesar tumidas iratus deprimat arces.

Palmerius in Spicileg.

v. 7. *Rhenum sanguine tinguo*] *Leg. pingo*. Palmer. vel, *tingo*. Iungerman. itaque habent q. l. v. Infrā;

Thessalicos sinus humano sanguine tingue.

v. 12. *Esse nocens cæpi*] id est, reus peragi.

v. 13. *Ant qui sunt, qui bella volunt*] in a. l. vident. *Leg. iubent*. Bella iubebat populus Romanus centuriatis comitiis coactus: quem hic Cæsar inuidiosè ex operis mercenariis collectam multitudinè vocat. Guliel. Plaut. quæst. in Mostel. cap. 4.

v. 15. *quorum est mea Roma nosterca*] sic Velleius Patenculus in princip. Histor.

v. 19. *& causam dicite ferro*] Quo pacto & suprâ dixit; *Gladio ius dicturum ignavia sua.*

v. 22. *reddenda est gratia vobis*] *Leg. votu*. Votis iam & execrationibus inimicorum Cæsariani perierant. Hanc tam impensam voluntatem negat Cæsar, quin remuneretur. Sic mox; *Votis interficit hostem*. Palmer. in Spicileg. Sed vobis euincunt ea, quæ sequuntur: & ipse Cæsar ait; *Non solus vici.*

vers. 24. *& sordes meruit victoria nostra*] alludit sordes reorum, dum in iudicio præsentibus accusantur: de quibus vide quæ suprâ diximus.

v. 25. *Iudice Fortuna cadat alca*] Idem Cæsar apud Suetonium c. 32. *Eatur, inquit, quod Deorum ostenta, & inimicorum iniquitas vocat. iacta est Alca, inquit.*

v. 28. *Delphicus ala*] aquila. sed cur Delphicus? an quia in Apollinis tutela? Atqui Iouis auem esse in eiusque tutela auctores rerum memorant. vide Isidor. Etymolog. l. 17. cap. 3.

v. 30. *de parte sinistra*] quæ erat felix, ut & *lena*. Meursius Animaduers. Miscel. l. 3. c. 18. De hoc omine ex volucris volatu Barth. ad Claud. num. 1432.

Pag. 124. v. 1. *Prima quidem glacies, & cana innixa pruina*] *Leg. glacies, & cana vincta pr. Vincta*, id est, ligata, ut mox

mox ait, & undarum vincula. Putschius. De niuibus alpinis Claudianus, vbi Barth. num. 427.

vers. 2. *mitiq, quiescit honore*] pro onere. Palmer. in Spicileg.

v. 8 *stupuere pruina*] riguere. Claudianus in eadem rē; Obriguere gelu.

v. 9. *Et paulò antè lues*] Lues est soluta aqua, vt cum niues in tabem aquamque liquatz sunt. Ait enim aquas, quæ antè labebantur solutz, repentè in pruinam concreuisse & glaciem, vt ferro earum rigor frangendus esset. Turneb. Aduers. l. 4. c. 19. Liuius vocat *fluentem labem liquescenti niuis*, itémque *tabidam niuem*.

vers. 14. *rupti turbine venti*] Leg. *rupto*, pro, *erupto*, vt Virgil.

—— *cem rupto turbine venti*.

Palmer. in Spicileg.

v. 5. *Confractum grandine calum*] Leg. *Confarctum*. propter illud, *tumida*. nam alterum alteri aptum. Palmer. cui non possum adsentiri.

v. 17. *nubes rupta*] eodem modo Germani talem nimborum tempestatem dicimus *Volckenbruch*.

v. 18. *Concreta gelu Ponti velut unda ruebat*] Leg. e. g. *pursi velut unda r.* & accipe de aqua nicta caduciter ruente, quæ & *ruina* Varroni. Auf. Popma Collectan. ad Varron. vel leg. *Panti velut unda ruebant*, scil. aubes. Atqui mare propter motum perpetuū non concrefcit; maximè *Pænticum*. Sed philosophatur, opinor, & Oceanum Septentrionalem respicit, marèque Islandicum, ex cuius litoribus glacies vento pulsæ ruere in eum locum scribuntur, qui dicitur *Mare glaciale*, si quidem fieri potuit, vt de hac re aliquid Petronio innotuerit.

v. 21. *Nondum Cæsar erat*] scil. victus, quod repetendum *drò motu*.

ibid. *sed magnam nixus in hastam*] Leg. *magnum nixu*. aduerbialiter, vt ad Cæsarem ipsum referatur. Palmer. in Spicileg. *Magnum* pro longa dixit, *μυῖον*: vt *magnum tempus* pro longo. Infrà; *Dum hac magno tempore* (rotone aguntur. Alibi tamen ipse Petron.

—— & ingentem quatens *Mauortius hastam*.

v. 25. *Amphitryoniades*] Hercules.

v. 27. *dissecit tela gig.*] ita rectè Gulielm. cum vulgò esset, *deiecit*. Plaut. in Mostel. c. 4.

v. 30. *Palati*] montis Palatini.

v. 34. tota^q bella] Leg. Nota^q belli: hoc est, quæ bellum comitantur. Palmer, in Spicileg. aliter quàm bene. tota^q bella est, quod ille alter Poëta dixit,

—bella undique bella.

Gracis, *ᾠδὴν τὰ πόλεως*.

Pag. 125. v. 1. Pectora per dubias] Leg. Pectora per^q duas scinduntur tertia partes. Tertium illud sequi vellent, sed enim id per duas sententias, non easdem illas scinditur. Quod tertium sit, quæ duæ illæ partes, commemorat; Huic fuga per terras, &c. Palmer, in Spicileg. sed meras affamias loquitur.

v. 9. quo mensi^{ta} iubet] pro, perculsa & territa. an leg. a^{ta} iubet?

v. 14. votis interficit hostem] vide Scalig. ad Tibull. lib. 4. eleg. 6.

v. 23. pondera pinus] rates, naues, quæ ex ligneis pineis conficiuntur.

v. 25. Fortuna^q omnia cedit] Leg. cedit. Pflugius.

vers. 26. gemino cum Consule Magnus] Pompeius bis Consul.

v. 28. ille tremor Ponti] de Pompeio idem scribit Peto Albinouanus Rer. Roman. l. 1.

Ille, cui terni Capitolia celsa triumphis

Sponte Deum patuere: cui freta nulla repostos

Abcondere sinus: non tuta manibus urbes.

Scalig. in Cataleg.

v. 29. piratarum scopulus] i. e. offendiculum. Pflug.

Pag. 126 v. 1. Ergo tanta lues Diu^{um} quoque numina vidit] Leg. Tergo tanta lues D. q. n. v. Tergo videre, est fugientem videre, vt apud Catallum de Achille;

Hæstibus aut tergo, sed fortè pectore notus.

hoc vult Petron. Deos è terris fugisse belli crudelitate territos, hoc est, tergo visos esse. Gulielm. Plaut. quæst. in Mostel. cap. 4.

v. 5. damnatum auertitur agmen] auersatur, abominatur, fugit: ad quam rationem antea uertitur & prauertitur Plautus *ἐπερυπταίνε* vsurpauit.

v. 15. lurida Mortu imago] ex illo Ouidiano:

—lurida nisi mortu imago.

v. 20. flagrantis stipite] ligno ardenti, lignea face, Sunkel. Infrà; Vexat cubicum ipsa stipite ardenti. Balbus Catholico; Siipes, titio vel truncus ligni.

v. 22. mutata^q sidera pondus] Leg. mirata^q. Absentibus

bus Diis sidera ait insolitam leuitatem cœli mirata, & onus assuetum requisisse. Gulielm. Plaut. quæst in Mostell. c. 4.

v. 26. *Mauortius hastam*] *Mauortius* substantiue, pro Mauorte vel Marte.

v. 30. *Infermisère tubæ*] *Leg. intonnuère.* Calcagninus de Concord. lib. 2.

ibid. *scisso discordia crine*] hoc enim habitu describitur Discordia apud Virg. 8. Aen. v. 702. & Aen. 6. v. 280. quod notarunt Crinitus de Hon. disc. l. 13. c. 2. VVeitzius Not. in Prudent. Psychomach. l. 1. v. 685.

v. 32. *concretus sanguis*] Prudent. lib. 1. contra Symmach. concreto processit crine. VVeitzius in Not. v. 491.

vers. 34. *draconibus*] serpentibus, anguibus. Andreas Hierosolymitanus serm. eis τὸ διαχέλισμὸν de Christo; ἡ τέρψις σοφίας παγιδεύσας τὴν ἔψιν & τὴν ἀεγκοντα, &c

ibid. *obfessa draconibus ora, &c.*] en habitum, quo Furia depingebantur: vetula, caput anguibus pro capillitio cincta, sanguineam manu facem gestantes & flagellum. vide Delrionem Comment. in Medeam Sen. v. 14.

Pag. 127. v. 1. *Sanguineam tremula*] al. cod. & Calcagninus, *sanguineat tremulam.*

vers. 3. *Appennini*] al. *Apennini*: cuius scripturæ rationes pete ab Io. Chrysoft. Zanchio de Cenomanor. orig. l. 2.

v. 6. *has erumpit voces*] quomodo Virgil. dixit;

Et caput unda altius primum se erupit Enipeus.

Sic quoque erumpitur, pro, erumpit se. Lucret.

Vis venti exagitata foras erumpitur——

Sic prorupit se in fugam, apud Plaut. ni fallor.

v. 13. *Tu legem Marcelle tene*] Virg. 6. Aeneid. ibique Servius & Tib. Donatus.

ibid. *tu concute plebem Curio*] Sidon. l. 4. ep. 3. *Æstnat ut Cethegus, incitat ut Curio.* Alanus Anticlaud. lib. 2. *Succendit ut Curio.* Sauaro ad Sidon. l. 1. ep. 11.

v. 14. *ne supprime Lentule Martem*] Sallustius in Catilinario.

v. 15. *Quid porro tu Diue tuu*] corrigunt, *Die* illud retineri debet. *Diuum* vocat communi & plebeio tum nomine. Nam & Augustus semper se *Diui filium* dixit, & *Diuus* pro Cesare καλαχρῆμος. Nepos in Vita Attici; *In affinitatem peruenit Diui Lulij filij*, id est, Octauiani, qui

fait Iulij Cæsaris adoptivus filius. quod monere ferè p-
tidum foret, nisi aliorum corrupendi (corrigendi vo-
lui dicere) libido aurem vulsisset.

v. 18. *Epidamnria mania quare*] Leg. *Epidumnia nomina*
q. Nesciit Romam tueri Pompeius, atque adeò Italiam
vacuam Cæsari occupandam reliquit: atque ita Dyrrha-
chium cum exercitu transmisit, cui *Epidamni* nomen vetue-
mutarant Romani, ominis causa, vt Plutarch. Plaut. Me-
næch. Itaque *Epidamnria nomina* dicit, alludens ad signi-
ficatam vocis. neque non tamen nomina pro re dicunt.
Albinouan.

— nomina magna locorum.

Palmer in Spicileg.

v. 21. *ingenti volubilitate verborum*] exempla petere est
ad hoc genus dicendi à Sauarone Not. in Sidon. l. 9. ep. 9.

v. 25. *incidimus in turbam heredipetarum*] vide Gruter.
Suspici. extraord. c. 7. *Heredipeta*, qui statim captatores vo-
cantur. Papias; *Heredipeta*, qui alterius hereditatem petit
vel cupit; & componitur ab hereditas vel heredium, & peto.
Heredicapa, qui hereditatem alterius caput, & componitur ab
hereditas vel heredium, & capio. *Herediscinda*, qui alterius
hereditatem scindit, vel aufert; & componitur ab hereditas
vel heredium, & scindo. Ad eandem faciem dicitur *heri-*
peta Dionysio Catoni in Distich.

Pag. 128. v. 20. *quàm malè est extra legem viuere*] *Plaut.* Nihil est miserius quàm animus hominis conscius. De
hoc flagello conscientiz, & metu qui eum necessario se-
quitur. Vide Casaubon. in Pers. Sat. 3. Barth. ad Claudian.
num. 292. & num. 635. multis.

v. 21. *quicquid meruerunt semper expectant*] aspexit in-
dubie hæc verba Macrobi. in Somn. Scip. Sibi videntur
exitum, quod merentur, excipere. Is. Pontanus in Not. Puro
particulam semel excidisse, vt scripserit Petronius; quod
semel meruerunt. Barth. ad Claud. num. 635. In Historia
Marculphi minimè nupera, vt vulgò putatur, sed per-
petui, & cuius iam ante annos quasi 15. mentionem fe-
cit Guilielmus Archiepiscopus Cypri in Belli sacri Hist.
legitur; S. A. L. quod timet impius, venit super eum. MAR.
qui malè facit, & bene sperat, totum se fallit. Nec frustra il-
le; Conscientia scelerum, metus iudiciorum, &c.

v. 25. *flexa pettine coma*] an petten abusive pro acu co-
matoria dixit;

v. 26. & *ocularum quoque mollis petulantia*] Leg. *que*
que

quo mobilis petul. aut certè quaque mollis. Quid, inquit, sibi volunt quoquo versum versatiles illi & petaces celli? Nec dissimile quod Apuleius in re haud multum etiam absimili de Venere scripsit lib. Miles. Et nunc mite conniventibus, nunc acre criminantibus, gestire pupuli, & nonnunquam saltare soli oculi. Nec abit ipsius Arbitri epigrammatium;

O blandos oculos & inquietos,
Et quadam propria nota loquaces:
Illic & Venus & leues amores,
Atque ipsa in medio sedet voluptas.

Deinde dictio petulantia, signanter admodum hîc expressa est, & valet, quod in notissimo versiculo legitur;

Minerva flauo lumine, Venus peto.

Hæc cum ita sint, opportunè in medicinam rapio Senecam Patrem lib. Controuers. 5. contro. 6. Vulgatur; *Muliebrem vestem sumpsit, capillos in famina habitum composuit, oculos in puellari lenocinio circumdedit. Leg. circumtulit.* If. Pontanus Analect. l. 3. c. 12. Oculorum mollem petulantiam dixit, ut oculos ad petulantem lasciniam Lycurgus apud Rutil. Lupum libr. 1. Iustinus de Sardanapalo lib. 1. Cum mollitia corporis & oculorum lascinia omnes faminas anteiret. Barth. ad Claudian. nu. 385.

v. 27. quo incessus tute compositus] Sic Catullus:

—quam videtis

Turpe incedere, rithmico, ac moleste.

ita ibi legit Scaliger epigr. 43. Leg. studio compositus. Hippolytus à Collibus in Harpocrate. Corrigit Douza, arte compositus. at quantò ex litterarum reliquiis verius sit, fūco compositus! Plaut. Vitia corpore fūco occulant. Pontan. Analect. l. 3. c. 12. Propert. lib. 2. eleg. 4.

Ne quisquam perfusa meis unguenta capillis:

Ibat & expenso planta morata gradu.

vbi Beroaldus in Commentar.

v. 32. ex vultibus tamen hominum mores colligo] distingue, ex vultibus tamen hominum, mores coll. Hippolytus in Harpocrat. pag. 17. Ex ipsa orationis figura homines nosci etiam Homerus indicat Odyss. 1.

—ὅς μὲν γὰρ τὴν αὐτὴν εἰς ἑαυτὸν ἰσχυρ.

Erasmus in Adag. Ex habitu bonum virum præ se fert.

v. 34. cum te sparsantem vidi] nota, ex incessu cognosci mores mulierum. Pflugius.

Bag. 129. v. 2. effice ut beneficium debeam] fugit sub fi-

Q9 5 non

nem litera, qua reprehensa, rotundior erit oratio : *efficiat ut ben. debeam.* Heraldus Anale& lib. 3. cap. 12. vel pro *debeam* leg. est, *debeat*, nempe domina. Iungermannus. vers. 4. *arcendi desiderium astuantu*] sc. amore, id est, ardentis.

ibid. *Quadam enim femina sordibus valent*] vide Celestinum.

vers. 6. *statores alius cinctos*] al. *diutius*. Hinc discinctos puto legendum, ac *statores* seruos esse puto aut libertos, qui prope herum aut patronum stant, & ei præsto sunt, & si quem quærat, arcessunt sistuntque, Turneb. Adversar. libro 4. cap. 19. Ex M. S. Iac. Cuiacii lect. *statores alius cinctos*, non, ut in illo, quem citat Turneb. *diutius cinctos*. Qui tamen codex, quæ est usus Turnebus, ex eo ipso exemplari veteri Cuiaciano descriptus fuerit. *Statores* sunt propriè carcerum aut ædium custodes. nam *stare* est verbum eius rei, apud Manil. libr. 5. Sunt & qui aliàs *latrones*, sic dicti quasi *laterones*, quod latus tegerent. Scalig. in Catal. ad Priap.

v. 10. *usque ab orchestra quatuordecim transilit*] *quatuordecim*, sc. gradibus. Pflugius. Erant in *orchestra* Senatorum sedibus loca designata: erant & in XIV. gradibus *orchestræ* primis vel proximis Equitum sedes inde *orchestram & populum* Iuuen. dixit pro primoribus & plebe. P. Pithæus Advers. vel subsec. hb. 1. cap. 17. Eleganter de muliere dictum, quæ amatoribus plebeiis & vilissimis delectatur. Turneb. Advers. lib. 4. cap. 19.

v. 16. *Ego adhuc seruo numquam succumbi*] licet ingenuæ, inquit, ac nobiliores matronæ reperiantur, quæ ad explendam libidinem cum seruis crebrò flagella passis, & mox cruci suffigendis consuescant, ego tamen ancillæ sim, cum equitibus tantum rem habeo. Petrus Faber Semestr. lib. 2. c. 8.

v. 18. *ut amplexus meos in crucem mittam*] *amplexus*, pro eo qui amplectitur, id est me amplectendam. Sic *necessitudines* pro necessariis, *convivia* pro conuiuiis, *regna* pro regibus, & c. frequentari obseruauit Bernart Schol. ad Statium, lib. 6. Thebaid.

ibid. *in crucem mittam*] Seruilis pœna *crux*. Iuuen. *pœna crucem seruo*. vide Pet. Fabrum in Semestr. li. 2. c. 8. Lipsium de Cruce, li. 1. c. 12. Gretserum de Cruce, li. 1. Venuit verò *crucem* seruum cruciarium appellat, qua facie sermonis scelus pro scelesto. Lipsius d. l. Bernartius d. l.

v. 19.

v. 19. *flagellorum vestigia*] Leg. *flagrorum vestigia*, id est, seruos, qui Plauto *mastigia*, Sidonio *fractores ferulatum*, Tertulliano *flagra rumpentes*. Sauaro ad Sidon. lib. 3. ep. 13. quæ hoc loco *flagellorum vestigia*, infra vocat. *verberum notas*. Adi Brissonium Selector. lib. 3. cap. 10. Gretserum de Cruce, lib. 1. c. 8. 9. 10. Rader ad Mart. lib. 14 cap. 69.

ver. 21. *in equestrib. sedeo*] *equestria* pro locis theatralib. equitum, & mordificatis verbis, pro *equitibus* usurpauit. Id verò est: nunquam est mihi res, nisi cum illis qui sedent in quatuordecim ordinib. Turneb. Aduers. lib. 4. c. 19. Metaphora ab equestribus, hoc est, locis in spectaculo equiti datis. Pet. Faber Semestr. lib. 2. c. 7. Lips. de Amphith c. 14. Pet. Pithæus Aduers. lib. 1. c. 17.

v. 27. *in Platanona*] *eis πλατανωνα*. paulò pòst; *flexit*, se in eum *diphona*. Leg. *daphnona* *Platanon* & *Daphnen* loca platanis & lauris confita. Turneb. Aduers. li. 26. c. 6. Iacobus Gaudensis li. 3. Aerarij aur. Poët. *Platanon*, locus platanis confitus. Magnus olim vsus *Platanorum* in deliciis æliis. Cicero; *Hæc tua platanus ad opacandum hunc locum patulis diffusa ramis*. Plato in Phædro; *καλήτε ἢ καταγωγή, ἥτε γὰρ πλατάν & αὐτὴ μάλα ἀμφιλαφὴς τε & ὑψηλὴ ἥ τε ἀγνε τὸ ὕψος & τὸ σύσκιον ἀάγκυλον*. Videndus Iac. Pontanus ad Virgil 4. Georg. Raderus ad Martia. lib. 9. epigr. 46 Barth. ad Claudian. num. 837.

ibid. *Placuit puella*] *ancilla*, sicut *puer* pro seruo: & dicitur hic de stuprata.

verf. 29. *diphona*] Leg. *daphnona*. Turneb. suprâ. Iacob, Gaudensis Aerarij aur. Poët. lib. 3. *Daphnones*, loca sunt *lauro confita*.

v. 30. *ambulationi*] *ambulacro*. sic Isa. c. 4. **וַיְהִי** Hieronymus transtulit *absconsonem*, pro loco, in quo quid absconditur, sicut Latini *deambulationem* vocant locum, in quo deambulatur. Zuinglius, in compilation. Suetonius Augusto, c. 100. *circumiecit aq. siluas & ambulacra in usum populi tunc iam publicarat*. Sic cœnatio pro cœnaculo.

v. 31. *dominam producit*] *produci* meretricium. Pontanus in Macrobi. li. 2. c. 2. Verbum ad rem accommodatissimum, constat ex Plauto. Bongarsius Variis lect. in Iustin. lib. 9. Alij malunt, *perducit*, vnde *perductores*. *καταγωγής*. qui hoc differunt à lenonibus, quod lenones sunt scortorum *perductores* etiam inuitarum personarum, vt

tradit Asconius in Cic. Verr. 3. Franc. Modius Not. in Iust. lib. 9.

vers. 32. *omnibus simulacris emendatiorem*] Ennodius: *Qui te ultra emendationem omnium protulisti*. Plin. epistol. & Auson. Paneg. optimus & emendatissimus. Arnob. libro 2. *emendatissimi mores*. Iuretus Miscellan. ad Symmach. lib. 1. ep. 26. *Simulacris*, id est, imaginibus, pupis, picturis. Est elegantissima formæ omnium speciosissimæ descriptio. Rara autem concordia formæ atque pudicitæ. Hinc Martialis. Catullam suam optat, vel minùs formosam, vel magis pudicam: hoc, ne tam vilis habeatur, illud ne tam turpis, ob formam omnibus prostitutam existat. Ita pudiciorem ait fore minùs formosam, aut honestiorem magis pudicam. Radef. Ad Martialis. libro 8. ep. 50.

v. ult. *Quicquid dixerò, minus erit*] simile huic illud Tibulli; *dictu ut non maiora supersint*. Dusa F. ad Tibull. imitatus est Cyprianus ep. ad Donatum; *Quicquid iam ore delinquitur, minus*. Pontanus Analect. lib. 2. cap. 17. vide Iuretum Miscellan. ad Symmach. libro 1. ep. 26. & Celestinum.

ibid. *Crines ingenio suo flexi*] natura sua & per se. Bon-garsius Not. in Iustin. libr. 2. Barth. ad Claudian. num. 177. & num. 2544. Nam *ingenium* est natura. Nævius Lycurgo; *Ita allutum in frondiferas lucus, ubi ingenio arbuscula nata sunt, non obsita*: id est, ubi sunt ingenua & nativa arbuscula, non manu aut arte sata. *Ingenuus*, cui requiritur sponte natus, natiuus, naturalis, ut *ingenui fontes*, ei qui *χρηστὰς*. Schopp. in Miscellan.

Pag. 130 vers. 2. *frons minima*] frontem tenuem etiam præferunt Horatius, Silius, Arnob. sed patulam Virgil. Barthius in Ceir. Virgil. numer. 497. Veteres angustam & paucillam frontem inter formæ dotes collocabant. Horatius de Lycoride sua; — *insignis tenuis fronte*. Silius;

Et castigata collecta modestia frontis.

Doussa Commentar. in Horat. cap. 2. contra Scalig. & in Succidan pro Horat. cap. 2. Quam & illæ, quibus spatiosior modus frontis obtigerat, cultui imminuere studebant, quas reprehendit Arnobius aduersus Gent. libro 2. ubi inter cætera; *imminuerent frontem limbis*: Bernartius in Statij Sylvar. lib. 1. epithal. Stellæ & Violant. & Ramirez Hypomnem. ad Martialis. libr. 4. ep. 42.

no. 6.

no.6. quod epigramma putat à verbis Petronij per imitationem desumptum esse. Porro de frontis parum ac modicæ indiciis & significationibus variant scriptores. Trogus Pompeius apud Plin. libro 11. *Quibus parua frons, mobilè animam subesse significat.* Meletius de Natura hominis, cap.8. *Parua verò ac modica fronte ingenij acumine pradios, et ad dicendum propensos opinati sunt.* Polemon de Natura signor. interpret. lib.1. cap.4. *Frons angusta perse, vudem hominem arguit.* Melampus lib. de Nævis corporis, in princ. *In femina fronte nauius positus, regnaturam, vel magna potestatis futuram denotat.*

verl.7. *nares paululum inflexa]* duo in forma nasi Marcialis requirit: alterum, moderatum debere esse nasum: alterum, flexuram illam modica vinctate decoram:

— *Aique modus breuiter fit naribus vinctu:*

Sidon. lib. 1. epig. 2. *nasus venustissimi incuruui.* Ramirez Hypomn. ad Mart. lib. 4. epig. 42. n. 7.

ibid. *Osculum quale Praxiteles habere Dianam credidit]* non rectè mutant in *ossum* vel *osculum*, Prisciani auctoritate abusi. Virgil. 1. Aeneid. *Oscula libauit nata,* id est, ora, vt Seruius exponit. vtuntur eodem modo Horatius quoq; & Ouidius, quos notauit Nestor Nouariensis. Est enim *osculum* hoc loco non φίλημα, sed σφαιδριον, vel (qua voce Aristot. in Problemat. vtitur) σφαιριον. Apuleio *buccula* id est, paruum os.

v.9. *pedum candor intra auri gracile vinculum positus]* quod *seyonia* vocabant, quæ sunt solæ muliebres, quæ obstragula habebant, sed tantum corrigiis aliquot siue ligulis aut vinculis, quas *ansas* nominabant, superiori pedis parti obstringebantur. idq; quam poterat arctissime, quò videlicet aptior comprehensiorque eniteret pedis forma. Tibullus;

Ansaq; compressos colligas arcta pedes.

Ouidius; *Pes erat exiguus, pedis est aptissima forma.*

Douza Præcidan. pro Tibul. c. 4. §

v. 11. *Parium marmor extinxerat]* quod est candidissimum. Arnob. lib. 4. *Ulnarum nivesi marmoreiq; candores.* Martial. lib. 8. ep. 53.

Marmorea fundens nigra salerna manu.

Rader in Commentar. Petrus Damiani Meditatio. c. 6.

Crura pendens marmorea, de Christo crucifixo.

v. 16. *Nunc erat à torua submittere cornua fronte]* erat *submittere: in nunc.* pro, nunc erat tempus submitten-

di. Ammius lib. 31. *Tunc erat spectare cum gemitu facta dictu visuq, pradiu.*

v. 20. *Iam tua flammifero membra calore fluent*] Quare? quia Iupiter in aurum mutatus irrepsit in sinum Danae.

v. 21. *risit tam blandum*] Græci dicunt, ἀπαλὸν ἢ χαλκὸν γελάειν de quo decēti ac moderato risu videatur. Bern. Martianus Var. lect. lib. 3. c. 26.

ibidem. *ut videretur mihi plenum os extra nubem Luna proferre.*] creberrimè occurrit comparatio venustæ formæ cum Luna. Nonnus Dionysius libro 4. de Cadmæ forma;

Εἶπότε δινέων φρεσὶτερπία κύκλον ὀπώτης
ὀφθαλμοῖς ἐλέλκεν ὅλην Σελαγιζε Σελῶν.

Planè ut Petronius. Q. Calaber lib. 1. de Penthafilea;

ὧς δὲ ὅταν ἐρενὺν ἄρμω ἐν ἀστροῖσι δῖα Σελῶν

Εκπρέπει ἐκ παρτιῶσιν ἀφ' ἡλίου γεγαγία

Ἀδερφὲ ἀμφιερχέηται ὡς αἰνεσίαν εἰδ' ὅπων.

Et ipse ad eum simillimè. Barthius ad Claudianum, nu. 988. Salomon in Cant. Canticor. c. 6, v. 10. *Qua est ista, qua progreditur quasi aurora consurgens: pulchra ut Luna, electa ut Sol.*

vers. 24. *fœminam ornatam*] al. *hornam*, ut fœmina pro muliere accipiat. *Hornam*, id est, annotinam, ἐν ὥρῃ σπυδῶν.

v. 25. *Concilio tibi sororem*] peculiare huic rei verbum. Isidor. Origin lib. 10. *Conciliatrix ob societatem flagitiosa consensionis dicta, eo quòd intercurrat, alienumq, nundinet corpus. hanc & lenonem vocant.* Lucilius; *Saga & bona conciliatrix.* Barth. ad Claud. n. 1498.

v. 26. *habes tu quidem & fratrem*] puellæ, quibus cum solitæ, Fratres vocabant; contra amatores suam comparem, sororem. Infra; *Recipies nervos, si triduum sine fratre dormieris.* Nam Giton pullipremoni illi pro culcitella. Martialis;

O quam blanda es, Ammiane, matri.

Quam blanda est tibi mater, Ammiane.

Fratrem te vocat, & soror vocatur.

Cum vos nomina nequiora tangunt.

Eadem notione apud Tibul Senec. alios. Lips. Antiq. lect. lib. 3. Cinædos ergo testō nomine fratres appellabant. Et in toto hoc opere Cinædus iste Giton frater appellatur. Ramirex ad Martial. lib. 2. epig. 4.

v.28. *quid prohibet & sororem adoptare? eodem gradu venio*] Legend. *quid p. & s. adoptare eodem gradu venia?* Lipsius d.l.

v.31. *per formam tuam te rogo*] Leg. *per te per formam tuam.* Stevvech. ad Apul. lib. 4. de Asin.

Pag. 131. v.1. *Quidni, inquit illa, donas mihi cum, sine quo non potes vivere, ex cuius osculo pendes*] Leg. *Quid? inquis illa, d. m. e. f. q. n. p. vivere? ex cuius, &c.* Putschius: & antè cum Duzi.

v.4. *quemadmodum ego te volo*] Leg. *ego me volo.* Iungermannus.

v.7. *ut putares inter aures canere Sirenium concordiam*] Leg. *intus canere.* Digitis psallere, canere intus: plectro, foris dicebatur. Difficilior autem intus canendi modus: & ratio in procluii. nam qui foris canebant, plectro velut vno digito chordas impellebant, id est, simplicius: qui intus, quinque digitis velut totidem plectris. Er. Puteanus in Musæthen. c. 11. *Seirenum concordiam dixit, ut Claudian. concordiam vulgi.* Barth. num. 2419.

v.9. *toto mihi cælo clarius nescio quid relucente*] resplendente. *ερεπναιος:*

v.12. *Non sum quidem Solis progenies*] Non sum, quam videor nomine præferre, Circe: quæ enim mea mater non detinuit cursum Solis. Persem autem parentem fuisse Circes, eamque amatam à Sole, habemus Odyssæ. Iam fingi, Solem diutius hære in cælo probauerit Ovid. l. 4. Metamorph. v. 195. Gruterus Susp. l. 6 c. 15. Ne longius eamus, Circe fuit venefica, at magicis artibus saga dicuntur Lunam deducere, & Solis cursum inhibere. Ita enim infrà gloriatur saga mulier;

——— *Luna descendit imago*

Carminibus deducta meis, trepidusq; furentes

Flectere Phæbus equos reuoluto cogitur orbe.

Ait ergo, se quidem Circem vocari, non tamen esse veneficam, ut illa antiqua Circe fuit, qua de eadem. saga mulier;

——— *Phæbeia Circe*

Carminibus magicis socios mutauit Vlyxis.

Phæbeia, i. e. (vti hoc loco explicatur) Solis progenies;

¶ 13. *dum placet*] Leg. *cum placeret.* Iungerman.

v.14. *habeo tamen quod cælo impntem*] adeo dulce amor malum est, vt cum Diis ex pari vivere se putent, qui feliciter amant, imò Diis ipsis de felicitate controuersum

siam moueant. Neque aliter loquens introducitur Leander à Musæo;

ἐν αὐτῷ κατ' ὄλυμπον ἐφιμέλῃσιν Θεὸς ἐστὶ).
ἡμετέρῳ παρὰ γὰρ ἔχοντι δ' ὁμασιν ἡρώ.

Zinzerlingus Miscellor. Critic. l. 5. c. 6.

v. 17. *Nec sine caussa Polyæon Circe amat*] vulgò *Bolianum*, quod sine caussa suspectum; constat enim apud Homerum Odyss. μ. à Circe Vlyssæm amatum fuisse, qui & Πολύαιον appellatur à concinentibus mollissimum carmen Sirenibus, cuius initium est;

Δεῦρ' αὖ γ' ἰὼν Πολύαιον ὁδυσσεύ.

annon igitur fabulæ tam notæ, & à poetarum principe confictæ recordatio, & nominû conuenientia, *Polyæonem* mihi magis quàm *Bolyanum* persuadeant è Turneb. Aduersar. l. 26. c. 6.

v. 20. *neque est quod curiosum aliquem extimescas. longè ab hoc loco frater est*] Catullus;

Tam te basia multa basiare

Vesano satius & super Catullo est,

Qua nec pernumerare curiosi

Possint, nec mala fascinare lingua.

Superstitio veterum, qua nimium felicitatis successum; certumque ac præfinitum numerum obnoxium fascino credebant. itaque laudentes aut numerantes dicebant, *præfiscui*, quo omnem inuidiam se amoliri putabant. Scalig. ad Catull.

v. 25. *Ideo quales*] descriptio loci amœni. Scalig. in Catalect. In eadem historia eadem descriptione vitur V. Cato in Diris;

Et mecum tenera gausa est ludere in herba,

Purpureos flores, quos insuper accumbebat,

Candida formoso supponens brachia collo.

Idem ad Catal. Comment. in Diras. Similis locus & apud Philostratum in Epistolis. Lindenbrog. Not. in Catal. Eum habes apud Dufam F. in Spicil. cuius pleraque in Notas illas suas transcripsit Lindenbrog.

v. 26. *cum se confessor iunxit amor*] Leg. *quum se confesso iunxit amore*. Virgil. in Ceiris; *Sin confessus amor*. Græcicum est, ὁμολογητὸς, tam qui in confesso est, quàm qui esse potest. Scalig. in Catalect. ad Cic. Non recte; neque enim hic versus componendus cum Virgiliano: cum Virgilius opponat incesum amorem confesso: & in hoc versu aliud longè negotium sit. Barthius in Ceir. n. 245.

Qua

Quæ vulgò sese omni abiecto pudore prostituebant, non tenebantur Lege Iulia de adulteriis, quia sese per eriminis professionem omnis honestatis ac iuris redderent expertes. Hinc foemina famosa, ut ad evitandam legis poenam iure ac dignitate martiali exsoluerentur; lenocinium profiteri cœperant. Et hoc est quod ait Martialis;

*Ne lex Iulia te notare possit,
Non nubis, Proculina, sed fateris.*

Et hinc confessus amor pro impudico. Virg. Ceir.

Sin confessus amor noto te macerat igne.

Et Petronius hoc loco. Petrus Petronius Animaduers. & var. lect. lib. 2. c. 4.

v. 28. *mollo cyperon* τὸ κύπερον dicitur Græcis, & ἡ νέπεος, herba odorifera, quæ, ut *rosmarinus*, in nostris hortis vulgaria, & retento Græco nomine *Cyperis* dicitur. Barbaris etiam *Cypria*. Balbus Cathol. *A Cyprus Cypria*, genus oleris, quia ibi valde abundet. videndus Scholiastes Nicandri in *Alexiph.* At *Cupressus* est arbor, *κυπάρισσος*, cuius supra meminit Petronius hoc versu;

Gaudet ferali circumstumulata cupressu.

Et infra, --- *tremulaq; cupressus*. Virg. 2. Georg. --- *ne Idæu cyparissu*. Probus; *Cyparissum* dicit *cupressum*. *Cupressi*, vel *Cyparissi*, in secunda flexione apud Festum in *Cupressi*, & Isidor. lib. 17. c. 7.

v. 30. *molles clamavit in herbas* Leg. *clinavit*. unde inclinare, Lipsius Antiq. lect. libro 1. cap. 8. Rectè, & verificant hæc Petronij verba; *Inclinavit se in lectulum, ac me semel iterumq; basavit.*

Pag. 132. v. 2. *spiritus ieiunio macer* id est, foetidus. Schop. Suspect. lect. lib. 5. ep. 3. Lege totum locum; *Numquid spiritus ieiunio macer? numquid alarum negligens sudor putet? si hac non sunt*, &c. Lips. Epistol. quæst. lib. 2. ep. 2. Vel leg. *ieiunio acer*, ut alij habent, id est, grauis, aut marcor, id est, putet. Ieiunia enim graueolentiam creant, ut etiam paræmia ostendit *uigilias* &c. Hinc & Martialis Bassum ait hircum olidum & foetidum olerè *ieiunia sabbatariorum*, id est, ludæorum. *Spiritus ieiunio acer*, ut Cæcilius apud Gellium, *ieiuna anima*, pro foetida & graueolenti. Raderus ad Martial. l. 4. epig. 4.

v. 3. *numquid alarum negligens sudor* foetidus & graueolens, *hircofus* Plauto Mœcat. a. 3. Sc. 3. & Gellio lib. 12.

c. 2.

c.2. Sidon. l.3. ep. 13. *Alarum specubus hircosis & acescentibus*, scitissimè; nam alæ subhirci sunt Isidoro l. 11. cap. 2. Sauaro ad Sidon.

v.6. *rotoq; corpore velut laxato*] *Leg. luxato*] vt sit metaphora à gladiatoribus sumpta. Iungermann. & Putschius. optimè.

v.10. *Dic Chrysis sed verum. Num quid indecens sum*] Non absimiliter Philematium Plautina ad Scapham in Mostell. 2. 1. sc. 2.

Contempta amabo, mea Scapha, satini hac me vestis decoat.

Volo meo placere Philolachi. —

Ego verum amo, verum volo mihi dici. mendacè odi. Vtraque hæc ancilla, & Scapha & Chrysis, exornatricibus, de quibus Scalig. in Priape. & ad Festum, Ræuarius Coniectan. l. 2. c. 18. & seq. Bernartius ad Statij Syluar. li. Radul. Fornerius Quotidian. l. 1. c. 32. Hæ & ciniflores dictæ, nec puellæ tantum, sed pueri huic ministerio adhiberi. Salisberienfis l. 3. ca. 12. *Quod cubicularij aut ciniflores, naniue aut quicunque nebulonum, quibus delicatus dimittitur sensus aut furor carere non potest.* Balbus Catholico; Ciniflo, qui calamistrum calefacit, sc. ferrum quo capilli crispantur. hic vulgo crinifer dicitur.

ibid. *numquid indecens sum*] *Leg. Dic Chrysis, sed verum, numquid incompta, numquid indecens sum? numquid ab aliquo, &c.* Bern. Martinus var. lect. l. 1. cap. 7. vbi tractat de muliercularum cultu & nitela corporis.

vers. 11. *numquid ab aliquo naturali vitio formam meam excaco*] *naturale vitium* vocat animo inhærens à natura, quod dedecet atque deturpat corporis formam, nec speculo potest emendari. Rigaltius ad Phædrum lib. 2. fab. 47. Immo *naturale vitium* est, quod corpori innatum, & ab ipsa natura impactum. Non absimiliter infra, *Sed dolorem meum naturali conuicio exonerari*: hoc est, in meam ipsius naturam & corpus facto.

vers. 18. *adem Veneri*] ergo Veneris facellum in isthos horto, non Priapi.

v. 21. *vera voluptate*] re, qua voluptatem capimus.

v. 30. *veraq; forma redit*] supra; *vera redit facies, dissimulata perit.*

ibid. *animus quod perdit optat*] in eadem ipsissima re Dionys. Cato in Distich.

— *Mens humana quod optat.*

v.34. *quod me Socratis fide diligit*] atqui Socratem vepædiconem & puerarium distulerunt antiqui, Lucianus, Theodoretus Græcan. affect. serm. 12. Senec. ep. 104. Tertullian. Apologet. c. 148. Cassianus Collat. 13. c. 5. Lucilius apud Nonium in *signare*, & in *Discrimen*. vnde cōuicium in Socratem ὁμιλία παρὰ Σωκράτους. Sauaro ad Sardon. l. 4. ep. 13.

ibid. *intactus Alcibiades*] Plato in Sympoſ. Plutarchus & Corn. Nepos in Alcibiade. *Tangere* inter Veneris vocabula, vt Varro loquitur. Martial. l. 1. epig. 92. Barth. ad Claudian. nu. 2892.

Pag. 133. v. 1. *lectulo*] sicut D. Paul. ad Rom. 13. *non in cubilibus & impudiciis*. vbi tamen veriùs dixi fornices lupanares intelligi.

v. 5. *qua quondam Achilles eram*] totus quasi corneus. Infrà; nisi illud tam rigidum reddidero quam cornu.

v. 19. *agrum tam magno periculo*] negat hanc phrasin Latinam esse H. Stephanus in Pseudocicerone; asserit Schopp. Verisim. l. 4. c. 14. quem vide.

v. 20. *medius fidus iam peristi*] τὸ *Medius fidus*, quamuis iurisiurandi specie positum videatur, habet tamen vernilius quid ad Petronianum magis in recessu: atque ad *mediam partem* illam, qua viri sumus, vocabuli multo honestissimi ambitu obnuptum, applicari potest. Douza Centurionat. l. 1. c. 9.

v. 22. *licet ad tubicines mittas*] al. *tibicines*. id est, de te actum est, & iam iamq; animam ages. specie quadam adagionis venustè & cauillatorie dictum à Petronio, veluti de mortuo, aut iam iamque morituro: pro, accersere eos, qui in funere canant, pompamque funeris suo cantu concelebrent. Turneb. Aduersar. lib. 26. cap. 6. Ex more funeribus curandis faciundisque adhiberi consueto antiquitus. Est enim conuicium exagitantis amatoris sui, qui de thero eius sine voluptate surrexerat. *membra sine viro*, hoc est, *loram in aqua non inguina aut neruos*. Vnde ipse amator suprà; *Funerata est pars illa corporis, qua quondam Achilles eram*. Douza Centurionat. l. 1. cap. 9. Alludit ad ritum veterem, quo mortuos deflebant *οἱ φίλοι αὐτῶν*. Casaubonus. Not. in Matthæ. 9. v. 23. vel quo mortui ad tubam efferebantur. Kirchmannus de Funer. Rom. l. 2. c. 4. Videndus Vatablus, Beza, Fr. Iunius ad Matth. Euangelistæ c. 9. v. 23. Muretus & Scaliger ad Catull.

v.29. *nec speculum mihi, &c.*] Ouid. 3. Trist.

Et speculum mendax esse querere tuum:

id est, expostulabis speculum, quod tamen nescit mentiri. Sauaro ad Sidon. l. 7. ep. vlt. *Speculum non mentitur, adagio cessit.* Car. Bouillus l. 3. Adag. 44.

v.31. *Sorent, inquit, hac fieri*] *Leg solent, inquit, hac frater: vel, solent, inquit, hac, & precipue, &c. illud, fieri, inculcatu.* Palmer. in Spicileg.

Pag. 134. v. 7. *fateor me Domina saepe peccasse*] Aristenax. lib. 2. epig. 13. Bongars.

v.14. *sine occidere placet, ferro meo venio*] Philostr. epist. πλείονε κέλευσον, ἢ μὲν αἰῶν: πλὴν γὰρ ὑπομείναι κατ' ἔργον ἢ ψαλτὶς ψυχῶν, &c. ἐκκνῖ. Douza F. ad Tibul.

v.19. *forsitan animus antecessit corporis moram*] tamquā Vulcani, quem Hyginus fabulatur sperma, dum luctaretur cum Minerva, eiaculari, verāque voluptatem perdidisse, antequam omnia fecisset. Hanc fabulam opinor respexit Petronius.

v.24. *te habere potui*] *Habere, ut Græci τὸ ἔχειν.* Aristip. ἔχειν λέειν. Terent. *Quis heri habuit Chrysidem.* Palmer. in Spicileg Lipsius Epistol. quæst. l. 3. ep. 2.

v.26. *permiseris* * *Dimissa*] *supple. permiseris.* Vale. *Dimissa.* Meursius Animaduers. miscel. l. 4. c. 6.

v.28. *curavi diligentius noxiosissimum corpus*] *curavi, id est, cibo potuque refeci.* Liuius l. 3. *Tum quidam corpora somno ciboq; curant.* Sauaro ad Sidon. l. 2. ep. 9. Mallim exponere, id est, medicatus sum. Caius l. 4. d. de V. S. Donatus in Andr. & Eunuch. Cicero lib. 16. ad Tyron. *Curationes eius non probo, scil. medici, noxiosum corpus, quod supra dixit agrum, item veneficio contactum, & damnatum.*

v.29. *balneoq; praterito*] *an, precedente? an verò, intermisso & neglecto?*

v.31. *bulbus*] Plin. l. 20. c. 9. de bulbis; *Per se triti nervorum contractionem medentur.* Ibid. *Ad sudorem tusi illuntur nervis utiles. ideo & paralytici dantur iuxta in pedibus.* Ibid. *Vencrem maxime Megarici stimulant.* Vide Dominic. Marium in Enarrat. in Ovidij Eleg. de medic. fac. Ioh. Baptist. Portata Magiz natur. l. 3. Ramirez ad Martial. lib. 3. epig. 75. num. 1. Barthol. Merulam in Ouid. de Arte aman. lib. 2.

ibid. *cochlearumq; sine iure cernicibus*] *Leg. cernicibus; voce Plautina. Vulgatam lectionem confirmat Arheneus lib.*

lib.3.de oftreis, expeti ceruices eorum ostendit in cibis,
& nominat *παχύλας πορφύρας, κηρύκων*. Lipsius Epist.
quest.1.3.ep.2. *cochlea* sunt *παχύλας* siue purpure conchy-
lia. partes autem cerycis aut purpuræ, alijsve conchylij
fuisse ad cibum expetitas scribit Hesychius in *Ταρχήναι*.
Cassaubonus Animaduersar. in Athen. l.3. cap.10. Plin.
l.30. cap.9. *Cochlea lata* pota tollere dicuntur pedum & ar-
ticulorum dolores. Et libr.32. cap. 4. *Terrestrium* carnes
suffusionibus propriè magicisq; artibus refutandis salutare
produntur.

v. ult. *ne latus meum frater conuelleret*] *Latus* vellere,
lascium. Ouid. l.1. de Arte;

Infere te turba, leuiterq; admotus eunti

Velle latus digitu, & pede tange pedem.

Claudianus l.1. in Eutrop.

— *Nec blandior vllus eunti*

Ancilla tetigisse latus. —

Sidon. Carm.11.

Semiferi Galathæa latus, quod pollice fixo

Vellit, & occulto spondet connubia tactu.

Sauaro in Not. suprâ de lasciuia discipuli sui Eumolpus;
Pungere me manu caput & dicere, Quare non facimus? Et
in Priape. Tibullus;

— *usque dum mihi*

Iocosa Venus molle ruperit latus.

Pag.135.v.2. in idem Platanona] Leg. inde in Platanona.
Iungerman.

v.11. *de sinu licium protulis varij coloris vilis intortum*]
distingue, *licium* protulit varij coloris, filis intorti. apud
Ramirez ad Martia l.4. epig.6 n.4. In veneficiis licia ad-
hibebantur discoloria, non tantum illigandi incantan-
dique gratia, vt in Pharmaceute;

Terna sibi hac primum triplici diuersa colore,

Licia circumdo —

Turneb. Aduersar. libr.26. cap.6. *Licia*, quas alij aucto-
res in hoc argumento *senias* nominant, in magis olim
sacris vsurpabantur, erantque diuersi coloris, quorum
numerus non exprimit: cæterum plurima aliquando
miscebantur: ferè tamen pauciores, putà tria, aut etiam
duo. Cassaubon. in Apul. Apolog. Clemens Alexandr.
in *ἰνσίτῃ; ταννίς; ἐργῷ & πορφύρῃ πεποτισμένης*. Et noue-
na expressit Virgil. in Cir. Scip. Gentilis Comment. in
Apul. Apolog. num. 353. *Varia & discoloria* fuisse docet
Coluius

Coluius Not. in Apul. Apolog. 1. Anicula autem hæc venefica fuit, quæ Polyzni cûram suscepit, cuius, ut ipse loquitur, inguinum vires funeratæ erant. Morbos enim venefici ligamenti sanabant. Marius Victorinus in Cic. *Medici officium curare est, sed quia multi & incantatione & ligamenti curant; curare, inquit, sed appositè ad sanitatem.* Sed præcipuè morbos inguinum: quod & Plin. docet l. 28 c. 4. *Inguinibus medentur aliqui licium tela detractum, alligantes nouenis septenuq; nodis ad singulos nominantes viduam aliquam, atque ita inguina alligantes licio.* Cornel. Celsus; *Imponendum licium ex viro est, aut amurca cocta cum eodem.* Huius rei multi præterea meminerunt. Hor. Sat. 8. l. 1.

— *Herbas atque incantata lacertis*

Vincula cum magno visuq; iocoq; videres.

Nemesianus Eclog. 4.

Hæc eadem nobis varietq; coloria vila

Et mille ignotas Mycale circumtulit herbas.

In quibus versibus maximum Poëtam imitatus est in Pharmaceut. Lindenbrog. Not. in Catal. ad Cir. Adde Plinium de re Medica l. 2. cap. 43. *Licia hæc mediz ætatis scriptores ligaturas vocabant.* Gregorius Turonens. de Miracul. l. 2. c. 45. *Incantationes immurmurat, sortes iactat, ligaturus collo suspendit.* Idem de mirac. S. Martini. Hincmarus Remensis in Gestis habitis super diuortio Thietbergæ Reginæ; *Ad hæc non pertinent ligatura execrabilium remedium, quæ ars medicorum commendat, siue in præcantationibus, &c.* Quæ verba exstant apud Rabanum Maurum epist. ad Bonosum. Fr. Pithæus Gloss. ad legem Salicam, tit. 21.

v. 13. *turbatum sputo puluerem*] Sputum frõti illinebatur lustrale, infami digito, & exspuebatur. Hæc & Persium illustrant, Satyr. 2. canentem;

Infami digito & lustralibus ante salini

Expiat, urentes oculos inhibere perita.

Turneb. Aduersar. l. 26. c. 6.

ibid *medio sustulit digito*] Persio infami. is verò infam; neque aliæ res nisi probrosæ porrectione huius digiti indicabantur, Dio Chrysostomus Oratione 33. *εἰ τις παρὰ χροῖτο εἰς πόλιν αἰτῶντες, πῶς αἰ δεικνύσιν τὸ μέτω δακτύλῳ δεικνύσιν, πῶς αἰτῶνται τὸ πῶς τῶν τῶν.* Casaubon. in Pers. sat. 2.

vers. 15. *Hoc peractæ carmine*] Turneb. videtur legisse;
Hoc

Hoc pacto carmine t. m. i. e. t. l. c. f. quos ipsa præcantans p. i. Aduersar. l. 26. c. 6.

ibid. ter me iussit exspuere] hæc Tibullum illustrant l. 1. eleg. 2. ter ductu dispuce carminibus. Turneb. d. l. Est autem & hoc ex arte venefica. Theocrit. eid. 3.

--- χειρά τε παρῆν

Ἄ τις ὀπιθῦνδοιτα τὰ μὴ καλὰ νόσφιν ἱρύκοι.

Vbi vetus eius Scholiastes; εἰθασί δὲ αἱ χειρὶς ἔταν ἐπαδῶσιν ὀπιπύειν. Val. Cato in Diris;

Ter in gremium mecum, inquit, despuce.

Ad fascinum enim arcendum in sinum spuebant. Probus commentator Iuuenal. ad illum Satyr. 7. versum; *Conspuitur sinu.* Propter fascinum (inquit) verborum ter sibi in sinum spunt, & videntur fascinum arcere. Theocritus; αἷς μὴ βασκανθῶ δὲ τρεῖς εἰν ἱμὲν ἐπὶ στα κάλπον. In medicina quoque solebant despuere. Plin. lib. 28. cap. 4. Veniam à Deo spei alicuius audaciores petimus in sinum spuendo etiam eadem ratione terna despuere in omni medicina mos est, atque effectus adiuuare, vt idem ait. quod & anus hæc obseruat. Lindenbrogius in Catal. ad Cir. Barthius in Ceir. Virgil. n. 371.

versu 20. ingenti motu] Legend. inquieti motu. Tibullus,

Et inquietus inguina arrigat tumor.

Gruterus Suspici. l. 4. c. 12.

v. 22. quod alis lepore excitans] vet. ex aliis. Bene, dū quid melius. Iungerman. Et sic est legendum. Macrobi. l. 6. c. 5. *Prædicant aurito parente me natum.* Afranij ait versum esse, qui ita in prologo ex persona Priapi. Quod itaque aurito parente, i. e. lepore, genitum illum Diuum prædicabant, non puto temerarium. Nam quid hic Petron. velit, facile capitur, & rectè aptatur illud Nafonis;

Credula si fueris, alia tua gaudia carpent,

Et lepus hic alijs exagitatus erit.

Pontanus Not. in Macrobi. l. 6. ca. 5. Iungermannus etiam corrigit, quod falsu lep. exc. quod minus placet: & pro Pontani lectione stare videtur, quod Germani dicere solent de erecta mentula; *Er raget vult ein Hasenohr.*

v. 24. Dum uiuis, sperare lic.] exstant hi duo versus in Priapeis, quos Petronio adscripsere. Scalig. in Catalect. & Schop. in Comment. ad Priap. qui tamen in eo fallitur, quod existimauit in peruigilio Priapi, de quo supra, recitatum fuisse.

v. 27.

v. 27. *Nobilis æstivas*] descriptio loci amœni. Scalig. in Catalect.

vers. 33. *testis siluester Iasdon*] Leg. *Aidon*. *And Æva* namque Græci Iusciniam vocant, quæ Græca dictione non abstinuit & Virgilius. Baptist. Pius Annotation. poster. cap. 48.

Pag. 136. v. 2. *Premebat illa resoluta marm. cervicibus*] al. *crinibus*. Leg. *premebat hilare soluta marmoreis clunibus* a t. Lipsius Antiq. lect. lib. 1. cap. 8. Non probo. *Resoluta* est in lectulum proiecta.

v. 3. *myrtosq. florenti*] Probus in Virgil. 1. Georg. *Myrtus* est arbuscula Veneris subiecta tutela. *Cæsar* autem *Iulius*, qui trahit ab *Aenea* genus, idcirco materna *myrtus* dicta est à Virg. Seruius in 2. Georg. (*Solido Paphia de robore myrtus*) *Paphia*, *Veneria*, à *Papho* insula, in qua *Venus* colitur. Huic autem *myrtus* consecrata est, vel quod hæc arbor gaudet litoribus, & *Venus* de mari dicitur procreata: vel quod, ut medicorum indicant libri, hæc arbor apta est mulierum necessitatibus plurimis.

v. 10. *ecquid hodie totus venisti*] sic Gruter. Suspici. li. 7. c. 8. antea erat, quod lotus venisti.

vers. 13. *non precanti*] Leg. *non perneganti*, ut illam male pertinacem recusationem puellarum indicet. Lipsi. Antiq. lectio. lib. 1. cap. 8. vel, *non pugnanti*: quod, veneribus istis solenne, sed ita tamen ut non ægrè sua sibi vincantur proditiōe. Gruter. Suspici. lib. 5. cap. 12. *Non precanti*, pro deprecantis, culpam scilicet quam heri in me admisit. Meurs. Animaduers. miscel. 1. 4. cap. 32. An leg. *comprecanti*, id est, benedicentis, more fascinum amolientium?

v. 19. *alligata mutuo ambitu corpora*] multum ambitum honestè vocat insinuantium, seu amantum tenacissimum complexum. Vnde Horatius *ambitosam* puellam dicit habilem agilemque in circumplectendo penitissimè pullo suo. Odar. 1.

Lasciuus ederi ambitiosior.

Gulielm. Plaut. quæst. in Mostellar. c. 4.

v. 23. *Cubicularios*] qui sint *cubicularij*, docet l. 103. D. de V. S. Glossæ; *κατοικίταις cubicularius*. Scriptoris ætatis *camerarij*, Rammerling. Bebelius de Abusione ling. Lat.

ibid. *Cæterogare*] Latinū non puto: & vide ne sincerius sit, *scato rigare*, sciunt omnes sic quid Græcis τὸ σκατίζει: quod

quod cubicularij maxime mulierum efferunt. Gulielm. Plaut. quæst. in Mostel. c. 4. *Leg. catomo ligare.* Turneb. Aduers. lib. 26. c. 6. eumque secutus M. Volserus Rer. Augustan. lib. ad Passion. S. Afræ. vel *leg. catomo dare*, velut Horat. dixit, *dare cateris*, & Plaut. *cruci dare.* Schop. Veri. lib. 2. c. 18. & in Arte Critic.

v. 25. *quasillarias*] ancillas quasillis affixas. Douza Præcidan. pro Tibul. c. 14. Tibullus; *pressumq; quasillo scortum.* qualem ancillam intellexit & Iuuenal.

Horrida quoque facit residens in codice pellex. Scalig. ad Tibul. Al. *quasitaria.* videtur legend. *quasitaria.* Et *quasitaria* esse mendica à *quarendo*, vt à Græcis *παιτῆς* & *ἐπιπαιτῆς* vocatur, & à Latinis *rogator.* Turneb. Aduers. lib. 26. cap. 6. An *leg. quasitaria*? Balbus Catholicus; *Quasitaria* dicuntur meretrices, quæ *questu corporis viuunt.* Irenæus lib. 1. cap. 20. aduersus Hæres. de Simone mago; *Hic Helenam quandam, quam ipse à Tyro ciuitate Phœnices quasuariam cum redemisset, secum circumducebat,* &c. Quod Eusebius ex Iustini Apolog. 1. exponit, *μετρηγοῦσιν τὸν χρόνον τῶν αἰετῶν ἐν Τύρῳ τῷ Φοινίκῃ.* Hist. Ecclesiast. lib. 2. cap. 13. vbi videndus Iacob. Grynæus in Annotat.

v. 34. *pensatis vicibus*] *Leg. vibicibus,* vel *viribus.* Putschius. illud magis est.

Pag. 137. v. 3. *poteram confingere*] al. *contingere.* Palmer. Inducit vt alienum, in Spicileg.

ibid. *languorem simulare c.*] *Leg. insimulare cæpi.* Languor propriè in palæstra Veneris, cum à lucta neruos paralyssis occupauit. Lips. Antiq. lect. lib. 1. c. 8.

v. 5. *in eam conuersi*] sic statim; Namque illa metu frigidior. Et iterum; & illa solo fixos. Similiter in Priape.

Heu heu me miserum, quod ista lignum est.

Petronius quoque in neutro; *Nisi illud tam rigidam reddidero, quam cornu.* quomodo & in Priap.

Quod partem madidam mei videris.


Quæ præcisa prouocabula videntur per *ἀντρομοσίαν* & *αὐτὸν ἰσοχλίω* de illa parte corporis dici, sine qua id dici, quod fumus, non possumus, atque adeò sine qua genus humanum periret. ita enim describit Huguition; *Penis à penetro, quod est officium eius circa iuncturam humani generis.*

v. 7. *Ter corripui*] Iulus Sotadicus. Scalig. in Catal.

ibid. *terribilem bipennem*] id est, mentulam. Schopp.

R 5 in

in Priap. Carmin. 19. sed qui obscœna omnia cogitat, ipse obscœnus est. *Bipennem* appellat ferrum illud biceps, quo volebat partem illam abscindere, à forma sic dictam, quæ erat huiusmodi, à qua & anceps securis di-



dicatur: Γαζα δίσουρον, ἄλιν, Hefychio πείλων δίσουρον, & ἀμφίσουρον. Formam expressit Simmias Rhodius, quem vide.

v. 9. languidior coliculi thyrsos] hinc thyrsus pro mentula posuit Apul. in

Anechom. *Languidus thyrsus*, id est, remissa mentula. Schopp. Comment. in Anechom. Apul. Contingit Schoppio, quod hominibus nequam, qui semel tales, semper præsumuntur nequam, ut est in regula Bonifacii Papæ in Decretalibus relata.

v. 20 ut me in cælo positum ad inferos traheres] dixi supra ex Erasmo, in cælo esse, quid sit. Eò allusit Horatius, cum ait;

Dys miscet superis——

id est, beatum me & celebrem reddunt. Et Theocrit. in Hodæporis;

—— εἰς ἑρῶνδ' ὕμιν ἀλεῖμα,

id est, in cælum vobis saliam. Ex aduerso qui repente decidunt à summa felicitate, dicunt ad inferos trahi, & ex astris decidisse. M. Tull. ad Attic. lib. 2. de Pompeio; *Ō spectaculum uni crasso iocundum, cateris non item. nam quia deciderat ex astris potius quàm progressus videbatur.* Gilb. Cognatus in Adagior. syllog. Sic de Lucifero, hoc est, Assyriorum Rege, Isaias Propheta, cap. 14. v. 12. *Qui ad cælos usque elatus eras, ad inferos deturbaberis.* Et Christus apud Matth. c. 11. v. 23. *Et tu Capernaum, numquid usq; in cælum exaltaberis? usq; in infernum descendes.* Dinamius epist. ad Discipulum; *Deus nos inuitat ad cælum, quos Diabolus in infernum mergit.*

v. 24. apodixin defunctoriam] remissionem senilis ætatis. Cuiac. Paratit Cod. libro 10. tit. 22. de apoch. publ. *Apodixis*, est apochæ securitas. Brossæus in Cassiodor. var. lib. 11. ep. 7. Hugutio; *Apodixes*, offensio, fantasia, probatio, experimentum, virtus, potestas. In vita B. Agnetis; *Ad filium meum voluisti apodixen, tuæ artis magica demon*

demonstrare. Auctor Mamotracii.

v.26. *Ille solo fixos*] ex illo libr.1. Aeneid. *Dina solo fixos.* & illo libr.6. *Ille solo fixos,* &c. *Nec magis,* &c.

Quam si dura flix aut flet Marpesia cantes.

Ultimus partim ex Eclog. 5 Virg. *Lenta salix quantum,* &c. partim Aeneidos 9. *Lasiove papavera collo.* Iungermannus.

v.33. *quam ne ad cognitionem admittere*] Leg. ad cognitionem. Similis locus apud Arnob. *Insignire his partibus, quas enumerare, quas persequi, probus audeat nemo, nec sine summe fœditatis horrore mentis imaginatione concipere.* Meursius Crit. Arnob. lib.3. c.3.

Pag.138. v.6. *Num & Vlyxes*] Leg. *Non & Vlix.* Iungermannus.

v.12. *Quid me constrixta*] excusatio lasciuioris materię. Scalig. in Catal.

Ibid. *spectatis fronte*] ad imitationem illius in Priap. Carm.7.

Obliquis pathica quid me spectatis ocellis?

Ibid. Catones] Valer. Max. lib.2. c.vlt. exem.8. Plutarch. in Caton. Senec. epist.98. Martialis, alij.

vers. 13. *Damnatisq; noue,* &c.] Vult docere adulescens, vitio sibi dari non oportere, si de rebus voluptariis Latine, hoc est, liberius loquatur, & suo quidque nomine appellet, contemptis aliorum, qui diuersa sentiant, reprehensionibus: nam & illos, qui liberius dicta ferre non possunt, falsis opinionibus laborare, sibi autem fictam grauitatem minimè conuenire: ipsorum denique Deorum vitam ex Epicuri sententia hoc vno felicem esse, quod de aliis parum fiat solliciti, neque in alienum iudicium se componere, aut metu infamix grauitatem fingere laborarent. Sciopp. Element. Philosph. Stoic. Moral. cap.132.

Ibid. *simplicitatis opus*] *Simplicitas* verborum est, cum rem sine vllis ambagibus & circumlocutione, vt est, simpliciter & naturaliter eloquimur. Ita vsurpatur in Priap. Carm. *Obscure poteram,* &c. vbi Scalig. & Carm. *Simpliciter,* &c. vbi Schoppius. Ad Martialis interpretes.

vers. 14. *Sermonis puri*] *purum sermonem*, pro Latino, Latina oratio, nuda & obscœna, quæ nulla circuitione spurcas res prætextatis verbis loquatur. Martial. *Latine loqui licet*, hoc est, suis nominibus res appellare. Palmer. in Spicilog.

vers. 17. *Nam quis concubitus, Veneris quis gaudia nescis*] ita distinxit Scaliger, eumque secuti Douza in Præcidan. & Sciopp. d. l. vulgò, *Concubitus Veneris, quis gaudia nescis*.

[Ibid. *Veneris quis gaudia nescis*] Petron. suprà; *Pertre-
ctavi gaudio dissipatum torum*. Iterum; *Vltimum hoc gau-
dium fati properantibus rape*. Ausonius;

— ubi casta libido

*Fæmineos cætus, & non sua bella laceffit,
Irrita vexato consumere gaudia lecto.*

v. 19. *Quis petat in tepido membra calere toro*] apud Sca-
lig. pro petat legitur petit, in Catal. Leg. *Quis vetat in t. m.*
Palmer. in Spicil. leg. vel, *Quis putat in calido membra tepe-
re toro*? Quæ lectio nonnihil à Catullo & Cn. Matio lu-
cis mutuatur: quorum istius versus est;

*Frigida deserto tepescit membra cubili:
huius autem:*

Sinuq; amicam refice frigidam caldo.

Sciopp. Element. philosoph. Stoic. moral. c. 132. At enim
quis non putat eius;

— in calido verba tepere sono?

v. 20. *Ipse pater veri*] ita & Lucretius Epicurum vocat.
Videntur honoris causa Philosophi auctores suæ doctri-
næ soliti appellare Patres: vt Academici Platonem, Epi-
curei Epicurū, Aristotelem Periparetici. nam & ita Cic.
lib. 3. de Nat. Deor. vbi de Zenone. Nihil igitur affert pa-
ter iste Stoicorum, quare mundum ratione vti putemus.
Gifanius Ind. Lucret. Lambinus ad Lucret.

[Ibid. *doctus Epicurus in arte*] al. in arce. Leg. *doctos Epi-
curus amare*. Gul. Canterus Nouar. le & lib. 3. c. 14. Lambi-
nus Comment. in Lucret. Vel legend.

Ipse Pater veri, doctus Epicurus, in arce

luffit, & hanc vitam dixit habere Deos.

ita hos versus meliores fecimus, sed sola distinctione.
Amm. Marcellin. lib. 25. de Iuliani virtutibus; *post hac se-
riò ad arces confugiens doctrinarum*. Cic. lib. 1. de Diuinat.
Arcem tu quidem, Quinte, Stoicorum defendis. Sidonius;
— *Quodcumque Platonis Ingenium, quod in arce fuit, do-
cet* — Barthius in Ceir. Virg. num. 15. & ad Claudian.
num. 242. & num. 1245. vel denique, *Epicurus inertem*.
quomodo Tibullus;

Me mea pauperies vita traducat inertis.

Quoad Latinitatem, *infit inertem vitam*, correctio-
huic

huic fundus dari potest Tertulliani locus, qui legitur in lib. aduersus Valentinianos, c. 7. *Si itaque Bythos iste (Deus Valentini) infinitis retrorsus in maxima & altissima quiete, in otio plurimo placida & (ut ita dicam) stupens diuinitatis, qualem insit Epicurus.* Valde autem fallor, aut iubendi verbum ad *νυκτας & ἡμέρας* Epicuri respicit, quibus ille non tam Philosophi more disputare quam domini exemplo iubere videbatur; neque aliter Senecam accipio, ubi sic scribit; *Voluptas illa Epicuri ad paruum & exile renouatur, & quam nos virtuti legem dicimus, eam ille dicit voluptatis; iubet illam parere naturam.* Sciop. Philosoph. Stoic. moral. cap. 132. Ecce tibi tritalogus nugidololoquides, ut sententias loquitur. Dicas, in Epicuri sinu somniasse, ut Persiani Poëtz in Parnasso. Et hanc emendationem explofit iam Barth. ad Claudianum numer. 1245.

vers. 21. *Insit & hoc vitam*] Legendum & distinguendum;

Ipsè pater veri doctusq; Epicurus in arte

Insit, & hoc vitam dixit habere telos.

Ludendi verbum subputidum est, & lasciuz significationis. Ouid. lib. 5. de Arte;

Ludit, sed furto celetur culpa molesto.

Ludite, eunt anni more fluentis aquæ.

Ramirex Hypomnem. ad Martial. lib. 1. epig. 4. num. 13. & ante eum Richardus.

Ibid. & hoc vitam dixit habere telos; *ita omnino legendum.* Scalig. in Catal. vel, *dixit auere deos.* Stevvech. ad Apule. aut totus locus ita castigandus;

Ipsè pater veri doctus Epicurus in arce

Insit, & hoc vitam duxit habere telos.

Nam deos tollebat Epicurus, aut certè coniugium inter deos. *Arx* autem Epicuri etiam apud Lucret. & *arx* philosophorum apud Virg. Ceiri.

Si me iam summa sapientia pangeret arce.

Palmer. in Spicileg. vel legendum;

& hanc vitam dixit habere Deos.

quem versum nonnulli codices item, ut ego lego, scriptū exhibent. Sciopp. d. l. & Barth. ad Claudian. num. 1245.

v. 25. *sed tua fide*] nihil opus est Douzana emendatione. *Tua fide*, est quod nos diceremus, dicant iura mihi per animam tuam.

v. 27. *vidua pudicæque nocte*] Translatum ex illo Catulli;

R. r. 3.

tulli;

tulli; Nam te non viduas iacere noctes.

Douza F. ad Catull. epigr. 4. & 5. Muretus ibid.

v. 30. *expositoq, in limine genu*] scil. templi vel sacelli
Priapi. ergo *numina*, h. e. Priapum.

Pag. 139. v. 1. *Cui Lesbos, viridisq, Thasos*] ita concinnauit atque reposuit corruptum in vulgatis versum, *[Cui Lesbos, &c.]* Had. Iunius Animad. lib. 6. c. 15.

Ibid. *quem Lydus adorat Septisluus*] Leg. *Vestissimus*. vestes enim Lydorum erant fluxæ, vt ex Herodoto constat. *Septisluus* autem *Nilo* conuenit, non *Lydo*. Turneb. Aduersar. lib. 26. c. 6. & tacito auctoris nomine Lindenbrog. Var. lect. in Catalect.

v. 3. *templumq, tuis imponit hieplis*] Legend. *Hypæpi*. Est enim Lydiæ oppidulum *Hypæpa*, vt libro 11. Metamorph. testatur Ouid. Alioqui etiam Dianæ sacer Hymnus est *Hypæpius*. H. Iunius Animaduers. lib. 6. c. 15. Fortè etiam leg. *sui imponit Hypæpi*. Iungerman Nam *Hypæpa* Lydiæ sicut Veneri & Priapo sacra, vt scribunt Stephanus & Strabo.

v. 10. *Quisquis peccat inops, minor est reus*] ita Virgil. in Culic.

*Dignus amor venia, gratum si Tartara noissent
Peccatum minus esse*——

id est, quisquis in gratiam alicuius peccat, minor est res. Scalig. Comment. in Culic.

v. 13. *Et quandoque*] pro, quando cumque.

Ibid. *Fortuna arripserit hora*] Leg. *auræ*. Scalig. Lipsius, Pithæus.

vers. 14. *Non sine honore tuum patiar decus*] quod si hoc mihi præstiteris, tum ego honorem tuum concelebrabo sacrificiis, & in decus tuum faciam, vt., &c. Honor pro sacrificio & litatione. Catullus in Priapo de re non ab simili;

*Pre queis omnia honoribus hæc necesse Priapo
Præstare, & domini hortulum, vineamq, tueri.*

Tibullus ad Bacchum;

*Huc venias hodiernæ, tibi dum ruris honoris
Libaq, Mopsopio dulcia melle feram.*

Petronius in Fragment.

——atque error iussit inanis.

Agricolæ primos Cereri dare messu honores.

Honor etiam pro quouis munere, quo quis honoratur, Germanis *Verchrung*. Cic. ad Tyron. *Honor medico habendus.*

Ius. An sic interpretandus Iesus Syrach; dum cap. 38. v. 1. scribit; *Honora medicum propter necessitatem?* Hinc honorarium vinum, quod Regibus & potentibus honoris gratia offertur, ut docet Muret. Var. lect. lib. 11. c. 5. *Honorem habere alicui ferè Plaur. vsurpat, pro, in alicuius gratiam aliquid facere.*

ibid. ibit ad aras Sancte tuas hircus]

Catullus in Priapo;

Sanguine hanc etiam mihi, sed tacebitis, aram

Barbatus linit hirculus, cornipesq; capella.

v. 15. *pecoris pater corniger]* non taurus, sed caper.

v. 16. *querula fœtus suis]* ita leg. non *fistius*, quod non explicat, quam desideramus, sententiam. Turneb. Aduers. lib. 26. cap. 6.

vers. 21. *nigraq; veste deformis]* de veste lugubri vide Ruardum Coniectan libro 1. cap. 20. Lipsium Comment. ad Tacit. Anna. libro 2. Sauaronem Not. ad Sardonium.

v. 24. *purgamentum calcasti in triuio]* Purgamenta, quæ quidem Græci καθάρματα appellant, quibus februebatur aut expiabatur aliqua noxa, mittebantur in profluentem plerumque, interdum & in mare, interdum in triuium, iaciebanturque ab auersis trans caput, ut in Pharmaceutria scriptum est, nec respiciebant, ne eorum aspectu malum traherent. Ea autem secum sceleris & culpæ ad infæ omne nefas omnemque noxam auferre credebant, & contagione quadam alius tradere, si quis tangeret. Itaque erant ea purgamenta omnibus inuisa, ut ea vel pede calcasse nefarium haberetur & inauspicatum, & mali alicuius præfagium. Hanc superstitionem Cynici irridebant, qui (ut apud Lucianum scriptum est) sæpenumero ouis purgamento vescabantur. Turneb. Aduers. lib. 26. cap. 7. *Trimia, περίοδαι*, loci in vrbe dicuntur, in quos veteres coniciebant omnia inquinamenta: ipsaq; adeo domorum & urbium purgamenta καθάρματα γῆς, inquit Eustathius, ἐμβολαὶ εἰς τὰς περίοδους ἐγίνοντο & morem multis explicat Harpocration in ὀξυθυσία. Casaubon. Animaduers. in Athen. lib. 6. c. 16. Adde Barth. Animaduers. ad Cludian. num. 348.

vers. 25. *Nec à puero quidem te vindicasti]* sc. Gnythone. Infra; *Neque puero, neque puella bona sua vendere potest.* Vterque locus respicit verba Gnythonis superius relata; *Hoc nomine tibi gratias ago, quod me Socratica fide*

etiam Tibullus, Lucanus, Marcialis, Apuleius, Claudianus. Delrio ad Claudian. 1. in Ruffin. Raderus ad Martial. l. 9. epigr. 22 multis. Barth. ad Claudian. nu. 162.

v. 25. *Cum voto spissatu*] Leg. ex vet. lib.

Cum volo siccatus arefcit lang. fulcū;

Cum volo, fundat aquas, scopulus atque arida saxa

Niligenas iaculantur aquas, m. P. inertis

Submittit fluctus; Zephyriq; tacentia p.

Delrio ad Claudian. 1. in Ruffin.

v. 33. *Luna descendit imago*] quod tum credebant fieri, cum obiectis umbris eam videbant deficere. quod cum fieret, pulsabant æra, quod antidotum habuere contra artes sagarum. vide Rader. ad Martial. l. 9. epigr. 23. Magi gloriantur se posse lunam cælo deducere, posse carminibus agere astra, ut descendant ad iussa; Chymnici planetarum spiritibus tam familiariter utuntur, ut spiritibus mineralium illos quomodo lubet praficiant. Io. Seguinus in Excurfu in Battalogiam Quercetani de Alchimia. c. 8.

vers. 34. *trepidusq; furens*] Leg. *furentis*, ex vet. cod.

Delrio ibid.

Pag. 141. v. 1. *taurorum flamma quiescit*] Leg. *taurorum ut flamma quiescat*. Delrio.

v. 2. *Phæbeia Circe*] Leg. *Phæbaq; Circe*. Delrio ibid. ut infra in Fragment.

Sic Phæbaa chelys——

Illud tamen & M. S. Bongarsianus agnoscit, & Valerius Flaccus lib. 1. Argon dixit, *Phæbeius Idmon*.

v. 9. *imperio parete*] Leg. *para te*. Valerianus Cimelens. de Bon. discipl. *Qua in tantum imperio animum parant*. Goldast. in Notis. mox Petron. *Servio ego imperio*. An huc iuvat illud Terentij? Andr. 2. 1. sc. 5. *Vxor tibi ducenda est, Pamphile, hodie, inquit, para*. Iungermann.

v. 14. *camellam*] *vas, mox; Infra manus meas camellam vini posuit*. Ouid. l. 5. Fastor.

Dum licet, adposita veluti cratere camella.

Lac niueum potes purpureamq; sapam.

Turneb. Aduersar. l. 26. c. 7.

v. 18. *cucumam*] ahenum est aquæ calefaciundæ. unde Marcialis; *cucumam fecit Itacilius*. Brovverus Notis ad Fortunatum libr. 6. poem. 10. *Eius diminutivum cucumion*: quod apud Arrianum Dissert. Epicteti; *δὲ αὐτοῦ ἔχει. καὶ αἰών ὅτε θέρμὸν ποτίσει τῷ παιδίῳ ἐν αὐτοῦ*
R. 5. λῶση.

ἀίσων. Politianus Miscellan. cap. 30. & aliud *cucumula*, de quo infrà.

v. 19. *pannum*] *sacculum ex panno.*

v. 21. *sincipiti vetustissima particula*] *porcini* sc. de quo vide Casaubon. in Persi. sat. 6. sic mox; *conquale natalium suorum sinciput.*

v. 28. *folliculos*] *folliculus fabæ* est *λίπυρον*: *siliqua*, est quæ fabas plures continet, Græcis *λοβός*: *viluula*, est *λίπυρ*; cortex.

ibid. *pariter spoliat*] *Leg. peritè despoliat.* Stevvech. ad Apul. l. 1. de Afri. Rectè, *peritè spoliat.* *Peritè* respondet ei voci, quæ antecessit, *inertiam*, quam propriissimè hoc loco accipit pro *imperitia*, *infortia*.

v. 30. *paupertatis ingenium*] — *Paupertas invenit artes.* Claudian. *Ingeniosa egestas.* Theocritus piscatoribus;

Ἀ πτωρία, Δειφάρτε, μὴνὰ τὰς τέχνας ἐγχείρει.

Manilius;

*Es labor ingenium miseris dedit, & sua quemque
Ad vigilare sibi iussit Fortuna premeudo.*

Apuleius Apologetico; *Paupertas prisca apud sacula omnium conditrix, omnium artium reparatrix.* Mille talia apud Scriptores. Vide Dominici Nani Mirabellij & Iosephi Langij *Polyantheam*, Ant. Bernhardi Mirand. Flores Poëtar. verbo, *Paupertas*, Frid. Taubmanni Not. in Plaut. Stich. 2. 2. sc. 1. Exstant & libri *De bono paupertatis*, ad quorum mentionem Nicolaus Abbas Panormitanus in Gloss. iur. Canon. ita *ἐπισπεύει*; *A tali bono custodi nos Domine.*

v. 33. *Non Indum fulgebat*] *In tenuis fortunæ homines.* Scalig. in Catal.

ibid. *Indum ebur*] *Sidon. carm. 2.*

*Indus odorifero crinem madefactus amomo,
In tua lucra feris exarmat guttur alumnis,
Ut pandum dependat ebur, sic tranca reportat
Bosphoreis elephas inglorius ora tributis.*

Et carm. 5. — *Fert Indus ebur* — Quintilianus Achitremius in Cleopoli;

Inda ebre, argento Sardinia —

Sauaro Notis ad Sidonium.

v. 34. *radiabat marmore terra*] *Cic. in Paradox. c. 6. Illi aurata tella in villis, & sola marmorea facienti, &c.*

Pag. 142. v. 1. *Impositum Cereris vacua nemus*] *Leg. (Cereris nemus, βακα, & n. t. p. Palmer. in Spicileg. vel, Cerenis*

7746 11543

munus vacua, & n. Iungerman.

v.3. *finxerat actum] actum, hoc est, ut Poëtæ dicunt, ἀγνῆν vt, ἀγνῆν & ἀγνῆν. Scalig. in Catal. ad Moret. & post eum Lindenbrog. Var. lect. in Catal.*

v.4. *Hinc molle stilla latus] Leg. Hinc mollis stilla laus] Laus enim stilla mollem & sequacem & lentam esse. Tamen, Et molli stilla lacus, non reprehendo. Palmer. in Spicileg. Leg. Hinc molli stilla lacus. Lindenbrog. var. lect. in Catal. &.*

v.6. *At paries circa palea satiatu] Varro Ταφῆν Μεινῆται; Vt hirundines figulis oblitis luto tegulas fingeant. Aulon. Popma in Coniectan. Parietes olim fiebant (vt & hodie quibusdam in locis Alamaniz) glebis & cespitibus e terra circumcisus, maximè in castris, (scribente Vegetio l.1.c.21. & c.24. & l.3.c.8. Formatus paries Plinio l.35.c.14. Midoro l.15.cap.9. Herma Auieno in Ora marit. & Columellæ l.9.c.1. Est herma porro cespitum munus: hoc est (vti ego interpretor) vallum ex luto, cespitibus & palis infixis, ad cuius similitudinem etiam ædium parietes fieri incipiebant. hinc paries castrensis Sidonio, qui Capitolino cespititius murus, Gildæ Sapienti murus cespitibus factus. Sauaro ad Sidonium.*

v.7. *Fortuitoq, luto clauus numerabat agrestis.] Legend.*

Et paries circa palea satiatu agresti,

Fortuitoq, luto, clauus numerabat & annos.

Transmigrarunt cognatorum versuum ultimæ dictiones. Reposuimus locum inani, & annos: quia ex S Pompeio didicimus Clauos annales dici, ex quib. numerus colligeretur annorum: Clauis annalis, inquit, appellabatur, qui fingeatur in parietibus ædium; per annos singulos, vt per eos numerus colligeretur annorum. Petronius igitur barbari & inculti seculi mores describens, dicit clauis annos numerari solitos, quos secuta ætas eleganter per Consules numerauit. Durantius Var. lect. l.1.c.5. aut legend.

Fortuitoq, luto clauus numerabat agrestes.

Nam in templis quotannis clauus fingeatur annorum index. Ita paries ille agrestis sacellii, de quo Petronij carmen, numerabat clauos, (hoc est, per clauos recensabat annorum numerum. Palmer. in Spicileg. & ante eum Douza.

v.9. *fumoso suspensa tigillo] tigillum, siue tegillum significat transillu, id est, longurium transuersum, unde lardum tumacula, succidias, alia id genus ad diurnitatem*

tatem vsus in carnario salita suspendimus. Tibullus pro aduersariis aut perticis, quibus ex more pectinata villarum pergularumque culmina fulciri & suffundari solent. Ex Douza Schopp. in Miscellan. Apud Gulielm. Jegitur, *tegillo*, quem vide Verisimil. lib. 2. cap. 5.

• vers. 10. *mitia sorba*] al. *seeno*. M. S. Bongarsianus, *serua*. Smetius leg. *mitia porro*, in Profod. verbo, *Conseruabas*, nisi si corruptum est pro, *porra*. Vulgata verò lectio omniumque verissima. Dioscorid. lib. 1. cap. 174. οὐα ῥοῦ μιν λίσσα & μιν πω πέντετα, i. e. *nondum mitia*.

v. 12. *tymbra veteres*] Gloss. *Tymbra*, siue conila, siue saturcia, *θύμβρα*. Hinc *θύμβρα* & *θύμβρι* pro frugali, hoc est, *φειδωλός & ἀτράτος* ζῶντα vide Scholiast. Aristophan. in Acharn.

v. 14. *Digna sacris Hecates*] Leg. *Ecale*: quam *musa*, de qua in Priap.

Aequalis tibi, quam domum reuertens.

Theseus repperit in rogo iacentem.

Scalig. in Catal. comment. ad Priap. *Hecate* dicitur anus pauperrima & mendicissima, quod cum in triuio sole- ret adponi vilissima *Hecate* cœna, vt alearum & mæ- narum, eam, vt est apud Aristophanem in Pluto, pau- peres rapere consueissent penè priusquam adposita es- set. Significatur autem hoc loco *Hecale* pauperrima, quæ hospitio Theseum recepit. Turneb. Aduersar. libro 26. cap. 7. Veteres cœnam perpaream & impendio fru- galem, *Hecate cœnam* appellabant: quod apud inferos tenuissimo victu minimoque cibo coque vilissimo vi- uitur; iuxta Poëtarum Theologiam. Siquidem vmbra plebeiz malua porroque visitant. *Hecate* mænides ac triglidas pisces, apud nos contemptissimos, habent in- deliciis, vt sibi sacros. Vnde & Athenis locum esse di- ctum *Triglam*, atque inibi simulachrum *Hecates Triglan:ina*. Verùm illud expendat eruditus lector, an pro- uerbiū accipi possit de cœna illa, quam singulis men- sibus in triuiis *Hecate* collocabant diuites, diripiebant pauperes, cuius rei meminit etiam Aristophan. in Plu- to, vbi videndus Interpres. Erasmus in Chilad. adag. *Cœna Hecates*, est τὴν ἐν τῷ τριουίῳ δειπνῶν, de quo suprà di- ctum est. Eā mendici viuebant. Inde *Hecale* mulier pau- perrima dicitur digna sacris *Hecates* siue *Hecate*, quod cœna *Hecate* sacra à pauperibus raperetur. Nisi si quis *H. calen* dignam *Hecates* sacerdotio fuisse interprete- tur.

tur. Turneb. Aduersar. lib. 1. cap. 15. De frugali admodum tenuique apparatu effertur *Hecales cœna*: ab *Hecale* pauperula, cuius apud Ouid. fit mentio, & cuius egenam cœnam non aspernatus fuisse Theseus legitur, vt scribit Iulianus Cæsar ad Iamblichum Philosophum. Dicitur autem *Hecale* anus Theseum tum iuuenili in ætate hospitio solere excipere, proq; illius ad pugnam profecturi sospite reditu vota nuncupasse: in cuius beneficij memoriam Theseus instituit postea *Hecalesion* festum, quo *Ioni* ab illius nomine *Hecale* dicto sacrificabatur. Callimachus scribit in opere, quod ab anu inscripsit *Hecalem* habuisse illam *φραζέσθαι ἐν τῷ ἀνάλυσιν*, id est, hospitij lares cunctis patentes. Had. Iunius in Adag. *Ἐστία δὲ θυσιῶν. Λαίρι sacrificant*, in tenaces dicitur, qui de suis nemini quicquam impartiunt: aut in conuiuas edaces, qui nihil de appositis epulis mittunt amicis, neque quicquam faciunt reliquum. Nam antiquis religiosum erat, ex iis quæ laribus immolabantur, aliquid foras efferre. Huic diuersum adagium fingi poterit, *τῇ Ἐκάτῃ θυσιῶν, Hecate δὲ sacrum facere*. siquidem in huius Deæ sacris, ij qui cœnam inferebant, ipsi nihil inde gustabant, neque quicquam auferebant propter tumultum aut fumum, vt inquit in Symposiis Plutarch. Idem Iunius in Adag. *Cynicè vivere* quid sit, supra dictum est. *Cœna* quoque *Hecates* & ouis lustrationum, vt mendici, & sepius crudis vinebant. *Hecale* mulier paupera, quod cœna *Hecate* à pauperibus diriperetur: de qua Aristophan. Pluro, Lucianus in Dialog. Diogenis & Pollucis, item Charont. ac Menippi. De *Hecate* Plaut. Cistellar. & Ouidius. Gilb. Cognatus in Adag. *Cynicè vivere. Hecate* ergo Græcis est *Ἐκάτη*: vnde Nicephoro in Synes. *Ἐκκατὴν ὀφθαλμοῖς Hecaten*, porro *Proserpinam*, & *Dianam* idem numen fuisse Philologi tradunt.

v. 16. *Battiada veteru* Jfic legend. puto, non *Bacchinnas veteres*, vt intelligatur poëma Callimachi, Beati filij, quod *Hecale* inscriptum erat. Turneb. Aduersar. l. 26. c. 7. Scalig. in Priap. *Battiades* etiā Callimachus dicitur Catullo epig. 117. vt ibi notarunt Ant. Parthenius & Pall. Fuscus. item Ouidio in Ibin, vt obseruauit Ach. Statius ad Catul. in fin. *Battiada* scripta citantur à Fulgentio in Mytholog. quis fuerit, hinc discas licet.

ibid. *mirando*] Leg. *vivendo*. Scalig. in Priap. *Al. mirandam*. quo modo Dionys. Cato in Distich.

R. r. 7.

Nam

Nam miranda canunt, sed non credenda Poëta.

v.17. *Dum illa carni]* apud Politian. legitur, *Tunc illa,* c.30. Miscellan.

v.22. *Cervix cucumula]* sic Phædro, *lagena collum,* lib.1. fab.26. sic suprà Petron. *Amphora vitrea, quarum in ceruicibus,* &c. Rittershusius & Rigaltius ad Phædr. Legendum autem, *cucuma.* Politianus Miscellan. ca.30. & Calepinus in Dictionar. Est autem lebes & olla. Giphanius Obseruat. lin. Lat. Immo *cucumula* vasis genus est, quod *cucumella* in L.1. §. penult. D. ad L. Corn. de sicar. Cuiac. Obseruat. l.10. c.15. *Cucumella* vasculi genus, quod à forma cucumeris nomen suum inuenit. ad eundem vsus, ad quem & labra & crateres paratum. Connanus ad L. si quando, D. si seruit. vindicer.

v.33. *fædeq;]* Legend. *fædoq;]* Iungermannus.

v. vltim. *vincula calciamentorum resoluunt]* hæc vincula Latinis *fascia.* In Historia S. Eugendi; *Constrictus ocreis crura, fascioloq; plantis.* Festo *Amenta,* quibus vinciantur solearum lora. Genus hoc calcei obstrigulus est dictus veteri Glossographo M S. Sauaro ad Sidon. li.8. ep.11. *Oui. Vincla dua demunt pedibus...* Latini etiam *corrigias* dixerunt, quas Isidorus, eumque secuti Hugutio, Papias, Balbus, Britto, malè calciamenta interpretantur, cum fuerint eorum lora, vt vocat idem Isidor. libro 19. cap.34. de *Mulleis* loquens; *superiore parte cum osseu vel arcu malleolæ,* ad quos lora deligabantur. Græci *ἰμαντὰς* appellabant. Apud Matth. cap.3 ait Ioannes ad Christum; *ἐγὼ εἰμὶ ἄξιος ἵνα ἵδωμαι τὸ ὑποδήματόν σου.* vbi videndus Bez3 in Annotat.

Pag.143. v.3. *Oblitus nugarum]* iocorum, Schimpffs.

v.8. *Tales Hercules]* Stympthalides & Harpyæ. Scalig. in Catalect.

v.9. *Peneq; fluentes]* al. *pennasq; luentes.* Leg. *pennasq; fluentes:* poetica phrasi, pro volantes. Lipsius Antiq. lect. lib.3.

v.10. *Phineo]* Barth. ad Claud. n.2114.

v.13. *renolutam]* Leg. *resolutam,* quia suprà; *dentibusq; folliculos spoliat.* Iungerman.

v.20. *collectaq; cultu meo]* ornatu & vestitu. mox enim ait. *proiectaq; veste,* &c.

v.22. *libaneram cellu. climen]* Leg. *superaneram.* Turneb. Aduersar. lib.26. cap.7. quem refellit Douza. *Libare lumen dixit,* vt Apuleius *haurire portum,* & Aristophan.

γυῖα

γούδαυτ' εὐερε. VVouuer. emend. in Apul.

v.23. cum testo igni pleno] *Testum* genere neutro. Solebant autem antiqui testa ignem petere. Hinc Cornificius ad Herenn. lib. 4. *Hic de tanto patrimonio tam cito testam, quæ sibi petat ignem, non reliquit.* Turneb. Aduers. lib. 26. cap. 7.

v.27. *Cassio harundinibus*] an *cassu*, pro *quassu*, id est, fractis.

ibid. *ingestiuq, super pluribus lignis*] *tnesis*, pro *super-ingestiu*.

v.29. *tribus nisi potionibus ex lege siccatis*] Aufonius;

Ter bibe, vel totiens ternos sic mystica lex est.

Scalig. Aufon. lect. libro 2. cap. 26. Nam non ultra ternarium scyphorum numerum in symposiis progrediendum esse, lex conuiuialis edicit. quem numerum etiam Synodus Nannetensis definit canone 4. Sauaro ad Sardonium lib. 1. ep. 2. Adstricti olim lege quadam ad ternas, interdum ad nouenas potiones. Aufonius de vtrisque in eo, quem modò adscripsimus, Gripho ternarij numeri. Puteanus in Genial. sermon. Turneb. Aduers. li. 16. cap. 11. Lambinus Not. ad Horatium lib. 3. Od. 19. & Plauti Stich. act. 5. sc. 4. Pontanus Not. in Somn. Scipion. Macrobi. lib. 1. Taubman. ad Plaut. Stich. act. 5. scen. 4. Legem conuiuialem de tribus poculis Augustum diligenter obseruasse Suetonius, & Carolus Magnum scribit Emhardus. *Potio* pro potu, hoc est, id quod bibitur, ein *Trunck*. Schorus de Phrasib. ling. Lat. Schep. in Obseru. ling. Lat.

Pag. 144. v. 7. *scelerate, & loqueris*] *Leg. etiam loq.* Plaut. *Perfa; Scelerate etiã respiciu?* Douza Centurionat. l. 4. cap. 10. Sic suprâ; *Exclamat Enmolpus; etiam minari?* Idem Plaut. Mostell. act. 5. sc. 2. *Verbero etiam irrides?*

v. 26. *ne putes nihil egisse*] nihil, pro, rem parua & contemnendam.

v. 17. *Oculis nec defuit imber*] Similitudo est à fluminibus. Gruterus Suspicion. libro 8. cap. 8. Nihil frequentius Poëtis, quàm lacrymas *imbrum* nomine censere. Eleganter Colaber;

εἴλας βῆν' ἐπ' αὐτῶν, τ' δ' ἄδ' ἄρα δ' αἶψα ἀπ' ὀφθαλμοῦ

Πίδαυ' αἰς ἔχοντο

Barth. ad Claudian. nu. 2935.

Pag. 145. vers. 6. *Quisquis habet numos*] in auaritiâ & pecuniz studium. Sciliger in Catalect. Ioannes Saryberien

beryensis Polycrat. lib. 7. cap. 16. *Avaro nihil vile videtur aut sordidum, & sibilante populo seipsum consolatur, imò & sibi applaudit, simul ac nummos contemplatur in arca. Petronianum istud ingestum omnibus credas, &c.*

* 8. *Uxorem ducat Danaën*] Danaës corruptæ fabula siue historia planè in proverbiū erat apud veteres. Eius. *ἡμιθύειν* est, vt pecuniz omnia facilia esse sciamus. Ταῦτ' οἷς ὅπλοις ἀδυνάτεια κερσθλήσῃ τῷ χρυσῷ ῥάδιον ἐστὶ καταπολεμῆσαι, τῷ ἀργυρῷ δὲ ὑπεράσσειται πάντα, vt ait Diodor. Siculus. Et non sua magis aetate quàm nostra Oraculi veridici vicem fuit;

Ἀργυρεὺς λίγχαται μέγας, & πάντα κερτῖσις.
Barthius ad Claudianum n. 1437.

v. 9. *Acrisium iubeat credere, quod Danaën*] Acrisium iubeat idem credere, quod Danaë credidit, sc. se compressam à Ioue fuisse: quod Acrisius noluit credere, vt patet ex Apollodor. lib. 2. Iungerman.

vers. 13. *paret, non paret*] veteres dicebant, si paret, teste Festo, quod posteriores, si apparet. Fuit autem formula, *Si apparet Titium dare oportere*, propria actionis in personam, vt notum ex Cicerone. Giphanius ad g. hic itaque, Instit. de action. Parere est quod vulgo hodie apparere, parere. Erasmus ad Catonis Distich. Rittershuf. Notis ad Gunther. Schopp. Suspect. lect. lib. 2. ep. 20. Grotius Februis ad Capell. libro 8. pag. 298. Zinzerling Miscellor. Crit. lib. 1. cap. 12. Rader. ad Martial. libro 22. ep. 25.

vers. 16. *quiduis nummis presentibus opta*] Theodoricus Abbas S. Trudonis apud Flaccium Illyricum in Catal. test. verit.

Fit nummi Praesul & Abba. Idem;

Quid non speremus, si nummos possideamus?

Vide Casp. V. Vasserum de Antiq. numis Hebræor. lib. 1. cap. 2. & c. 12.

v. 25. *in summo humore consistere*] id est, in summitate aquæ supernatare.

v. 28. *Recluso pectore extraxit fortissimum iecur Tritus* vetus & sacer in extis extrahendis victimarum. Lucian. de Sacrific. καὶ ὡς αὖτ' ἐκ Κύνκλου· ἐκείνῳ, ἀνατίμωσι καὶ τὰ ἑλκυστὰ ἐξείραρον, καὶ καρδίαν λαβόν, καὶ τὸ τῷ βωμῷ ἀφελήσαν. Coluius in Apul. lib. 1. Metamorph.

v. 33. *Volabant inter hac potiones*] Macrobius dixit, variis

tribus poculis. Pontanus in Not. lib. 7. c. 1.

Pagina 146. vers. 1. *urtica trito semine*] Isidor. Etymolog. libro 17. ca. 9. *Urtica vocata, quod tactus eius corpus adurat. Est enim ignea omnino natura, & tactu perurit: unde & pruriginem facit. Hæc κνίδωσις apud Græcos pro prurigne.*

v. 11. *Prehende furem*] formula eorum clamantium, qui furem insequabantur. Briss. Formul. lib. 8.

v. 12. *Euasit tamen*] Tamen est tandem. Gruter. Suspici. lib. 5. c. 10. Barthius in Ceir. Virg. n. 335.

ver. 20. *Dearum libidinantium*] Leg. *liuidinantium*, ut sit, *dearum æmularum & liuore laborantium*. Gruter. Suspicion. lib. 1. c. 12.

v. 21. *iudex*] quod iudicium ubi habitum, obseruauit de Virib. Stephanus; ἐξελθὲς τὸ πρὸς ἐν τῇ ἰδῇ Τερωνίᾳ Ἀλεξανδρείᾳ λεγόμενος, ἐν ᾧ φασὶ τὸ Πάριον διακεῖναι τὰς θεάς. Pontanus. Not. in Maerob. lib. 1. c. 17.

v. 27. *Nec me contumelia lassant*] Tibullus;

Vltro contemptus rogat, & peccasse fatetur

Lassus, & inuitu ipse redit pedibus.

Idem;

Nil ego non patiar. numquam te iniuria mutat.

Doufa F. ad Tibul.

vers. 32. *tractatione vexavi*] Legend. *iactatione*. Iugerman. Vulgatam probant illa, quæ suprà leguntur; *Premebat illa reseluta marmoreis cervicibus aureum thorum*. Et iterum; *Us experrectus pertrectaus gaudio dispoliatum thorum*.

Pag. 147. vers. 1. *Inachia Tirynthius ira*] Valer. Flaccus libro 1.

Protinus Inachiū vltro Tirynthius Argū, &c.

v. 3. *prophanam Iunonem Pelias*] apud Scalig. in Catalog. legitur, *prophanus*.

v. 4. *satiauit numinis iram*] al. *iras*. Silius lib. 11. --- *neque enim satiauerat iras Dido* --- Boethius lib. 4. de Consolat. metr. 7. *satiauit iras*. vbi Sitzmanus in Not. numero 192.

versu 7. *Hellepontiaci Priapi*] ita Priapus vocatur etiam Arnobio libro tertio, & Claudiano libro primo in Eutrop. De tractu Hellepontii præter cæteros Balsamo Sextæ Synodi canone 39. Sauaro. Not. in Sidonium, Carmin. 23. vers. 156. Vide Schopp. Collectan. in Priapeia,

v. 15. *seruiles panas*] plagas & verbera. Bongars. Not. in Iustin. lib. 1.

v. 19. *Teneo te, inquit*] διατηρῶντες poetica in rebus optatissimis. Ach. Statius ad Catull. de nuptiis Pel. & Thet. Apul. Metamorph. lib. 5. *Teneo te, meum lumen*. Coluius in Not. ad lib. 10. Apul. Cæsar apud Sueton. cap. 59. *Teneo te, inquit, Africa*. In Priap.

Prendam te tamen, & tenebo prensam.

Q Catullus de Theotimo amasio suo

Ibimus' quasitum, verum ne ipsi tepeamur

Formido: quid ago? da Venus' consilium.

v. 20. *tu desiderium, tu voluptas mea*] al. *desideriū meum*. *Desiderium* verbum est interdum amatorium: quo voluptas & deliciae & amores significantur. Apud Horat. quoque ex amoris erga Mecænatem abundantia scriptum esse arbitror;

O desiderium & dulce decus meum. Et lib. 1. od. 14.

Nuper sollicitum qua mihi tedium

Nunc desiderium curaq; non leuius.

Et *desiderij poculum*, est poculum amatorium, vt Epod. od. 17.

Desiderijq; temperare poculum.

Turneb. Aduersar. lib. 26. cap. 7. Vide Iureti Miscellan. ad Symmach. lib. 9. ep. 28. & Rob. Constantini Supplement. ling. Lat.

v. 21. *nisi sanguine strinxeris*] id est, me occideris. Pflugijs. Voce *sanguinis* in obscænis vsus est & Senec. Pater lib. 7. Controuers. 5. *Quod amica sua sanguinem misit*. Et possibi; *Facit quod facere solet: pro amatore sanguini suo non parcat*. Iuuenal. Satyr. 1.

Accipiat sanè mercedem sanguinis.

nempe ex Medicorum doctrina, non Aristotelis. Nic. Faber Not. ad Senec. Controuers. lib. 7. contr. 5. An sic capiendum & illud Plauti Bacchid. act. 3. sc. 1. vbi ait Lydus Pedagogus de meretricibus;

Apræ istas à me sorores, qua hominum sorbent sanguinem.

Et Curcul. act. 1. sc. 2. in fin. de amica;

Qua mihi misero amanti ebibit sanguinem.

vbi videatur Theocriti locus à Taubmanno annotatus.

v. 33. *filium filiâque ingerebat orbis senibus*] Ammianus libro 14. de Romanorum degeneri statu; *Nunc inanes flatum*

status quorundam, vile esse quicquid extra urbem pomerium nascitur, æstimant. præter orbos & cælibes: nec credi potest, qua obsequiorum diversitate coluntur homines sine liberis Roma, ut hi qui patres sunt, tamquam in capita medicorum acerbius cælibes dominantur. Tacitus Annal. lib. 13. Roma testamenta & orbos velut indaginē eius capi. Cicero in Paradox. Quem nutum locupletis orbi senis non observat? loquitur. ad voluntatem, quicquid denuntiatur fieri, facit, assentatur, assidet, miratur. Tacit. de Moribus Germanor. numero 44. Ramyrez Hypomnem. ad Martial. libro 2. epigr. 32. num. 1. & libro 4. epigr. 56. Lindenbrog. Observation. in Ammianum libro 14. pag. 16. & libro 28. pag. 399. Quibus hæc adde. Ammianus lib. 28. Subsident aliqui curiosos homines, senes aut iuvenes, orbos vel cælibes, ad voluntates condendas allicientes eos technis miris: qui cum supremis iudiciis ordinatis, qua habebant reliquerint his, quibus morem gerendo testati sunt, illico pereunt. Tertullianus de Patientia; Qua aucupandis orbitatibus omnem coacti obsequij laborem mentitis adfectionibus tolerat. Augustinus de Hæresibus cap. 87. de Abeloniis hæreticis; Non miscebantur uxoribus, & eis tamen sine uxoribus vivere secta ipsius dogmate non licebat, &c. Nec umquam eis defecit, unde adoptarent, generantibus circumquaque vicinis, & filios suos inopes ad spem hereditatis aliena dantibus libenter.

Pag. 148. v. 1. Commendare liberos suos eius prudentia] filium & filiam. Solebant veteres non mulieribus, sed viris præceptoribus filias suas erudiendas instituendâsque tradere unâ cum filiis Docet Iulianus in L. 4. D. ubi pupil. educ. & Vetus Inscript. Pudens M. Lepidi libertus, grammaticus.

Procurator etiam Lepida, moresq; regebam.

Dum vixi, mansit Caesaris illa virgine.

Ruardus Coniect. lib. 2. c. 19. Quod vetustatis exemplum secutus Carolus M. qui filias suas æquē ac filios præceptoribus dedit informandas, ut memoriæ prodiderunt Einhardus eius Cancellarius, & Alcuinus præceptor epistolæ ad Eulaliam Caroli ipsius filiam. Sic Heduiga quoque Sueviz Ducissa præceptore usus est primū. Constantinopolitano quodam magistro in Græcis disciplinis, dein Ekkehardo Palatino S. Galli monacho in Latinis, quemadmodum scribit Ekkehardus Iunior Sanctæ gallensis in Casibus Monasterij.

v.8. *qua sola posset hereditas iuuenibus dari*] Cic. Offic. 1. Optima hereditas à patribus traditur liberis omniq. patri-
monio præstantior, gloria virtutis rerumq. gestarum, cui de-
decori esse nefas & vitium iudicandum est.

v.14. *pigiciaca sacra*] Leg. pygiaca sacra, id est, coitum,
quod pygarum siue clunium usus in Venere sit perma-
gnus. Schopp. in Priape. carm. 18. An leg. pygisiaca, à πυ-
γιστῆν? quod tamen propriè est cum auerso coire.

ver. 15. *lumborumq. solutorum*] lumbi enim valentes &
vegeti ad Venerem requiruntur. Schopp. Comment. in
Priap. car. 18. & Verisimil. lib. 5. c. 16.

verf. 25. *lento parebat imperio*] lento aduerbialiter pro
lente.

v. 28. *ut spissaret officium*] Venerium supra; *Qua mul-
tas sæpe hereditates officio atari extorserat.* Theodor. Pri-
scianus lib. 2. cap. 11. loquens de iis, quæ membra frigen-
tia ad Venerem inflant & erigunt; *Qua per potiones acce-
pta virile semper officium reparant.*

v. 30. *veluti oscillatione ludebat*] Videndus Scalig. Ca-
stigmat. in Festum, & Aufon. lectio. Pamelius in Tertullia.
de Pallio. Balbus Catholico; Oscillum, quoddam genus lu-
di, se. cum funis suspenditur de trabe, in quo pueri & puella
sedentes impelluntur huc illuc, &c.

verf. 34. *automata*] Glossæ; αὐτόματῶν & per se inmissus,
sponte. Helychius; αὐτοφασίξεν, αὐτοματεῖν. Et Eusta-
thio αὐτόματος μηχανάι dicuntur αὐτὰ αὐτὰς ἐμπύσσει.
Et αὐτόματῶν & αὐτῶν in Epigrammat. est non coactus,
sed vltro susceptus: quod Helychio αὐτοματεῖν, Xeno-
phonti Pæd. 4. & Aristoteli lib. 1. de Gen. anim. αὐτομα-
τεῖν. Budæus in Comment. ling. Græc.

ibid. *Clostellum*] Glossæ; κλειδίον, claustrum, clostrum.
Claudian. de Raptu Proserp.

— Stant ardua ferro

Mania, ferrati poëtes, immensaq. nestis

Clostra chalybs —

ita ibi legit veterrimus cod. M S. Bibliothecz Schobin-
geranz.

Pagina 149. verf. 5. *Mercurius, qui animas ducere ac
reducere*] Vnde Mercurium vocat Horatius, Orci satelliti-
sem, lib. 2. Od. 18. vt Græci ψυχοπομπῆν, cui respondet il-
lud Apuleianum, animarum veltor. idem enim est hic
ducere & reducere, idem vehere & remeare. Moratij verba
sunt;

— Nec

—Nec satellites Orci

Cælidum Promethea

—Rexis auro captus.

Scip. Gentilis Append. Notar. ad Apul. num. 34. Ab hoc officio Mercurius fuit Πομπαιῶς dictus. Αἶαχ apud Sophoclem suo se ense transfossurus; καλῶ δὲ ἄμα Πομπαιῶν Ερμῶν χθόνιον, δὲ με κνίμῳσσι vbi Scholiast. Vocatur etiam ψυχᾶγωγός. Hesychius; ψυχᾶγωγός, ὁ κατὰ γὰρ τὰς ψυχὰς εἰς ᾗδου. Mercurius apud Homerum, τὰς ψυχὰς κατὰ γὰρ αἰδῶσσι δὲ. Nec non & νεκροπομπός. Lucianus; οἷός μοι ἔστι τὸ πῶς Πλάτωνι ψυχᾶγωγὸν καὶ νεκροπομπὸν εἶναι. Vnde apud Homer. ω. ψυχὰς μνήστῃρον κατὰ γὰρ. & apud Virgil.

—Virgam capiens animas vocat Orco

Pallentes, alias sub tristitia tartara mittit.

Et hoc est, quod Arbiter ait, ducere ac reducere.

v. 19. cum sapientia loqui] i.e. philosophari.

vers. 22. plani] πλανῶς, circulatores, impostores, homines vagabundi, fallaces, ἀπατηλοὶ, insigni versutia præditi, quales fuerunt Cephisodorus & Pantaleo, & Matras apud Alexandriam, de quibus Athenæus, libro 14. Cicero pro Cluentio; Hic ille planus improbißimus, quaestus iudiciario pastus. Tales hodie apud nos in hac urbe frequentes circumforanei medici, Zahnbrecher, Schreyer, ciarletani, etiam ludiones, Gauckler, cocuones, & denique planoscholasticæ, Fahrende Schuler. sed primas in hoc quaestui tenent Cingari, Zigeuner. Plani autem qui D. Cypriano implanatores. Balbus Catholico; Implanare, decipere, vel in errorem ducere. Sirach cap. 15. Non dicas; Ille (sc. Deus) me implanaui: non enim necessarij sunt ei homines impij. Et cap. 34. Qui implanatus est, abundat nequitia.

vers. 23. leuatores] Lenare est rapere, abducere. Sidon. libro 7. ep. 2. Lenat diuitem coniugem pauper adamat. item abigere. Gregorius Turonens. Histor. libr. 6. cap. 45. leuantes pecora. item furari. Idem libro 7. cap. 4. Thesaurarij leuauerunt aureum missorium. In Legib. Gothor. libr. 8. tit. 5. Si porci ad pastum in glande suscepti ante decimas datas furto leuentur. Possit etiam legi lauatores, id est, fures. Acro in Horat. ep. 17. lib. 1. Lauerna dicta à lauando: nam fures lauatores dicuntur. Sauaro ad Sidon. In vet. Glossar. Lenare, planare: &, leuatores, planatores exponuntur.

V. 25.

verf. 25. *muta animalia*] *muta, ἀλογα*, irrationalia. vide Goldasti Notas ad Valerianum edition. Rouerianæ.

v. 30. *Captatores iam exhausti*] *hæredipetæ*, qui alienis patrimonius inhiant. Suprà; *Quid si callidus captator exploratorem in Africam miserit*. Infrà; *Ne quid aliud in hac epulatione captabant, nisi tantum ne esurirent*. Ait, *iam exhausti*, id est, ducti lusiq; muneribus suis. Rader. ad Martial. lib. 9. ep. 35.

Pag. 150. v. 4. *apud quasdam gentes*] de Hibernis Strabo lib. 4. de Scotis, D. Hieronym. lib. 1. contra Iovinian. De Padarum gente Indica Ioan. Boëmus de Morib. gentiū, lib. 2. cap. 8. De Scythicis gentibus, vt Massagetis, Issedonibus, Anthropophagis, idem c. 9. De Galatis, lib. 3. c. 22. De Tartaris, d. l. 2. cap. 10.

v. 21. *blandimenta*] *condimenta, conditurae*.

v. 26. *Saguntini*] vide Andr. Schotti Not. in Auctorem de Vir. illustr. n. 42.

P. 151. v. 8. *Masilienfes*] Gallis vniuersum adtribuit Lactantius Placidus, cuius verba superius adscripta leges ad illam Satyrici vocem *Pharmace*.

v. 18. *cedit crinibus aurum*] magnum veterum studium in flauo capillatio. Auct. Lyrici, quod Cn. Gallo adscribunt;

Pande puella, pande capillos

Flavos, lucentes ut aurum nitidum.

Stacius 1. Achill.

— *Fulmoq; nitet coma gratior auro.*

Barthius ad Claudianum nu. 2778.

Pag. 152. v. 19. *Memphitides puella*] Terentianus Maurus de Metris cap. *Iambius dimetrus claudus qui fiat*, vbi Nicolaus Bryseus in Annotationib. Marius Victorinus Art. Grammat. l. 3. de duobus Ionicis Sotadeo & Sotadico, *Memphitides*, id est, Aegyptiz, suprà dixit, *pueris Alexandrines*.

verf. 20. *sacris deum parata*] Deorum emptæ. Ethnici superstitionis suis sacris puellas musicas adhibebant. In Priape.

Cum sacrum fieret Deo salaci.

Conducta est pretio puella paruo.

Morem alicubi narrat & explicat Plautus.

verf. 22. *Tinctus colore noctis*] Isidor. lib. 19. c. 23. *Mares habet terra, nox corporum*. Lindenbrog. Not. in Catalæ. VVinsbeckius in Parænesi ad filium;

Svvetzer

Suverzer danne ein Sur,
id est, arior Syro vel Aegyptio, de quo hic Petronij ver-
sus capiendus. Goldast. Animaduers. ad VVinsbec.

vers. 23. *Manu puer loquaci*] est χειρὸν ὡς χειρῶν. &
Anus recocta vino, est crotalistris. Idem propè est in Epi-
gramm.

ἐζακευσσάμεν τὸ πᾶν χεῖρ χερσὶν ὦντι.

Item ; ἡ κορτάλις ὁρχήσεις ἀρίστην

Scalig. ad Propertium l. 4. Eleganter de his loquacibus
digitis Philostratus Icon. l. 1. in Como. adeò vt etiam doceat,
quomodo digiti collocandi sint, vt consoni fiant.
Verba eius hæc sunt; Καὶ ἡ δεξιὰ τοῖς δακτύλοις ὡς ἑσ-
αλ-
μῶν, ὑποκειμένη τῶν ἀρίστων πλήθει ἐς τὸ κοῖλαν, ἵν'
ὡσιν αἱ χεῖρες ἑμφωνῶν, πλητὶ ὡς ἐπὶ κυμβάλων. Sidon.
Apollināris l. 9. ep. 13.

Digitis quibus canentes

Pariter sonante lingua.

Qui tamen versus etiam aliter explicari poterunt. Me-
minit quoque loquacium digiterum A. Cassiodorus l. 4.
Variar. ep. 51. *Hu sunt addite orcistrarum loquacissima ma-
nus, linguæ digiti, silentium clamosum, expositio tacita, quæ
Musa Polymnia reperisse narratur.* Sed addubito huc ne
pertineat pertineatis locus, an de iis notis digitorum in-
telligendus potiùs, quibus taciti distantes inter se loqui
consueuerunt Lindenbrog. Not. in Catalect. Nonnus
Heliopol. in Dionysiac.

ἐξαφὲ φωνήεντι τύπω τὰ δὲ αὖ φ' ὅπλιν

Γαυμύδι & ἐξαφὲ μορφῶν

Χερσὶν ἀφωνήτοισι πικρὸν πα δακτύλα παῖλλον.

Bulengerus de Theatro l. 1. cap. 43. Suetonius libr. 2. *Cum
pueris minutis, quos facie & garrulitate amabiles undique
conquirebant, præcipuè Mauros & Syros.* Casaubon. in
Commentar. quem vide, & Barth. fusè differentem ad
Claudian. num. 1359. Ammianus libr. 18. *Ad nocendum
emittebat cubicularios iam adultos, vt inter ministeria vi-
ta secretioris gracilitate vocis semper puerilis & blanda, a-
pud Principis (Constantij) aures nimium patulas, existi-
mationem viri fortis inuidia graui pulsarent.* Huius gra-
cilitatis causa, sectio. Hos autem pueros castratos
fuisse, eiusdem Ammiani verba, quæ ibidem subse-
quuntur, satis euincunt; *Horum & similium tadio iunat
veterem laudare Domitianum, qui minaciter interdixe-
rat, ne inter terminos iurisdictionis Romana castraret quis-*
quam

quam puerum, quod ni contigisset, quis eorum ferret examina, quorum paucitas difficile toleratur? Eos postea, mortuo Constantio, Iulianus successor ausu exegit. Socrates Histor. Tripar. l. 6. interprete Epiphanio Scholastico; Expulsi que palatio emunchos, tonsores & cocos. Eunuchus quidem, quia eius uxor obierat, post quam non duxit aliam. Idem Ammianus lib. 22. de eodem Constantio; Vxoribus & spadonum gracilentis vocibus & palatinis quibusdam nimium quantum additus. Manus loquaci, ut apud Salomon. Prouerb. c. 6. Annuit oculis, terit pede, digito loquitur.

v. 25. *Egyptias choreas*] al. *Egyptius choreates*, al. *Egyptius choraulas*. Aegyptij enim choraulæ & crotalistræ in pretio erant. Scalig. ad Propert. l. 4. Bernartius in Statij Syluar. lib. 5. in fi. Sauaro in Sidoni. lib. 1. ep. 2. Cantabant enim optime Aegyptij pueri. ideoque eos loquaces delicias vocat Statius. Trimalcio quoque supra, propter excellentiam vocis, eos conuiuio adhibuit. Lindenbrog. Notis in Catale&. Hinc nata parœmia, *Ἀγύπτιος ἀλλήλων*, in loquaces, à moribus horum puerorum: de qua videndi Suidas & Hesychius. Pueri choraulæ quoque in veteri Ecclesia apud Christianos adhibiti, de quibus Broverus in Not. ad Fortunat. lib. 2. epigr. 10. Qui nomen hodieque retinent, & à nobis Choral appellantur. Huguizio. : *choraulas*: qui agit choream. Papias: *choraulas*, princeps chori, vel qui cum cannulis, id est, fistulis canit in choro. Balbus: *choraula*, qui chorum ducit, vel qui in choro cum cannulis cantat, qui aliter dicitur *choraulas*.

v. 31. *Annus recocta vino*] *crotalistræ*. Scalig. ad Propert. l. 4. Eodem modo Catull.

Fuffio seni recocta.

Scalig. ad Catullum. Diomedes lib. 3. Grammat. vbi videndus Cæsarius in Scholiis.

v. 34. *Inuenerunt segetes, &c.*] Terentianus Maurus de Metris, in VI. tomo hendecasyllabarum, & ibi Nicol. Brissæus in Annotat. Marius Victorinus Artis Grammat. lib. 4. fufissimè.

Pag. 153. v. 2. *Trinia*] id est, Dianæ. loquitur de Luna & Sole.

v. 4. *Totum pererret*] v. c. PITH. *Rapidum pererr.*

v. 6. *Non bene olet*] D. Hieronymus ad Demetriadem de Virginit. seruanda; *Cincinnatiolos pueros & calami-
fratros*

stratos & peregrini muris olentes pelliculas (de quibus illud Arbitri est. — Non bene olet, qui bene semper olet) quasi quasdam pestes & venena pudicitia virgo deusitet. Aut memoria lapsus est Hieronymus, aut verum hanc Martialis ab Arbitro Petronio mutuatus est. Exstat enim apud Martialem in Nzuolum. Plautus item scripsit mulierem eam optimè olere, qua nihil oleret. quemadmodum & Plinius scribit, eam aquam esse optimam, qua nihil sapiat. hæc est enim natura aquæ. Erasmus in Annotat. ad Hieron. M. Tullius epist. ad Attic. lib. 2. *Quamquam ita tua horridula mihi atque incompta visa sunt, sed tamen erant ornata hoc ipso, quod ornamenta neglexerant, & ut mulieres ideo bene olere, quia nihil oleant, videbantur.* Ad hæc verò Martialem parte aliqua respexisse, palam fit amplius intuenti;

Postume non bene olet, qui bene semper olet.

Id verò ex Arbitro esse Hieronymus testatur. Cælius Rhodiginus Lect. Antiquar. l. 24. cap. 25. Ambo & Petron & Martialis ex Plauto sumserunt. Doussa Succid. pro Horat. Plautus Mostell. de vetulis incrustatis & interpolibus;

Vt sudor cum vnguentis consociavit,

Ibidem olent, quasi quom una multa iura confuderis coquos.

Sauaro ad Sidonium l. 8 ep. 11. Bene olet, qui nihil olet. Diogenes cuidam habenti capillos vnguento delibutos; Cane, inquit, ne τῆς καὶ ἀλῆς χάρις, & διασώζῃς adducat. Fama est quidam odor vitæ. vnguentum & odores olent mollitiem & nequitiam: Quis autem tales viros non dicat mulieres? Cic. de Catalinariis pueris. Horat. Epod. Od. 12. Hunc versum B. Hieronymus laudauit, Raderus ad Martial. lib. 2. epigr. 10.

v. 8. *Animam nostro amplexam in corp.* Priscianus libr. 8. Similiter adminicula, adulor, &c. amplector, &c. plerique deponentia esse confirmant, ideo quia frequens usus eorum significationis est actiua. Communia verò esse defendit, tum natura ipsius sensus, tum veterum non improbanda auctoritas; à qua qua potuimus à diuersis colligere libris, exempla proferamus. Petronius: *Animam nostro amplexam in pectore.* ἀνὴρ ἑλπίσται. Lucilius: *Quin amplexetur qui velit, ego non sinam me amplectier, amplexetur.* ἀνὴρ ἑλπίσται. Cicero pro Roscio: *Quo uno maleficio scelera omnia complexa esse videantur.* Idem lib. 11. *Multa ex huiusmodi verbis inueniuntur*

nuntur apud antiquissimos participia prateriti temporis, tam actiuam quam passiuam significationem habentia, ut meditor, &c sic etiam amplector, amplexus, ὁ ἀσπλεχθεὶς &c. ἀσπλεχθεὶς Petronius: Animam nostro amplexam in p. Hore. A deponenti participium passiue, veteres secutus, enunciauit Parrhasius in Claud. de Rapu Proserp. l. 1.

v. 10. Cui vultur iecur] Leg. Qui vultur. Doufa F. ad Tibull. Attius apud Cicer. 2. Tusc. & Seruius in Eclog. 6. pro vulture habet aquilam. Marcilius in epigr. 7. Martial. de Amphitheat. Ἀλκίνορεϊ] Promethei vincti, cuius iecur aquila depascitur; fabula. Animi grauiora πᾶσι, vt inuidiam, iram, odium, & similia his, recte dixeris feras seipfas vorantes. Chrysostomus in epist. Pauli ad Rom. παρὰ ἡμᾶς ἡμῶν λείοντες, θυμοὶ, ἐπιθυμία, χαλεπὸς ἔχοντες ἐδύτας. Theodoretus in Θεοφιλεῖ, de Theodosio: Δύτα νεῖα δὲ ἐὶ ὑμῶν διαχράσθησθαι αἰεὶ, πῶ ἐπιθυμίας καὶ πῶ ἐργῶν καὶ πῶ ἀλαζονίας τῶν ἀλλὰ τῶν ψυχῆς θνητὰ κατακνῶνται. Casaubon. Animaduers. in Athenz. l. 1. c. 16. Lucretius lib. 3. ad rei Venereze cupiditatem, animique solitudines hanc fabulam retorfit, cum dicat fieri non posse omnino multa, quæ traduntur de inferis, neque Tityum, si par iecur vniuerso terrarum orbi habuisset, perpetuum dolorem ita pati posuisse, sed per hæc animi curas antiquos significare voluisse, vt ab his retrahamur. ita enim inquit;

Sed Tityus nobis hic est in amore iacentis

Quem volucres lacerant, atque exest anxius angor,

Aut alia quamvis scindunt torpedine cura, &c.

Natalis Comes Mytholog. l. 6. c. 19. Planè autem eiusdem notæ est & Macrobianum illud: Vulturem iecur immortalis condentem, &c. Pontanus in Not. ad Somn. Scip.

v. 12. Non est quem lepidi] Leg. Non est quem Tityum vocant Poeta. Palmer. in Spicileg. quod Douza sublegit. vel potius: Non est quem Tityi voc. p. vt liuor & luxur vulguri adsimulentur, quo modo ferè in Epigram. Græco Antholog. 2.

ἔργον ἡδονῶν καλῶν καὶ ἀλγῶν ἄνδρες

ἄλλων ἐνὶ θῶν βροχματα γυγνῶνται.

καὶ τὸ μὲν Τίτυν καὶ γὰρ δύο γῶντες ἴδουσιν,

ἡμᾶς δὲ ζῶντας τίττους αἰγυπτοί.

Doufa F. ad Tibull. cuius diuinatio non displicet, licet vulgatum sua quoque ratione probum. Pontanus Nos. in Somn. Scip. Macrob.

ibid.

ibid. vocant Poët] Leg. volunt. Casaubon. in Arthem. lib. 1. cap. 16.

v. 13. *linor atque luxus*] scribo, *linor atque luctus*. Ponsanus Not. in Macrobij Somn. Scip. Tamen Henricus Longepressensis de Male fortunatis lib. 3.

Luxus edax linor macer, arder cacus habendi,

Vastat opes, mordet optima, corda cremat.

v. 15. *Myrrhinum se poculum*] Leg. *myrrinum*, id est, *myrrinum*, à myro, non à myrrha, cuius admixtione amaresceret, cum fuerit delicata potio & ganeæ propria. Had. Iunius Animaduers. l. 5. c. 19.

v. 18. *in aumarium*] al. *ammatum*. suspicer, *automatum* legendum, ut locus significetur theatri, vel circi, ubi erant machinæ, quæ *automata* à Græcis vocantur, quæ sponte moueri videntur, & miraculo sunt. Turneb. Aduersar. lib. 16. cap. 10.

v. 20. *valgiter labello*] *valgi* verbo vtuntur etiam Nænius & Plautus apud Nonium. Ch. Colerus Terentianar. epist. 2. Balbus Catholico; *Valgia* à *voluo* dicitur, quasi *voluia*, id est, *retortio*. Proprie enim *labiorum* *obtorsio* est, quæ facimus quum aliquem deridemus. unde *valgire*, est *retorquere*. Vide quæ suprà ad illa Satyrici verba, *commouebat valgiter labra*, attulimus.

v. 22. *minimum videtur implere*] Salisb. de Nug. Curial. l. 1. c. 8. *Vita hominis super terram tentatio est: quæ si proprietatem nominis sequimur, mali frequentius habet naturam. In hac utique tentatione vel militia, licet sibi septem millia Dominus reseruauerit, fere totus mundus ex Arbitri nostri sententia minimum videtur implere, ad comœdiam suam quodammodo respiciens, & quod deterius est, consue comœdia sua insistent, ut in se, cum opus fuerit, redire non possint. Ita ibi leg. esse, non numerum, docuit P. Pithæus subcesu. l. 1. c. 17. Octavianus Augustus apud Sueton. c. 99. Ecquid quod videretur minimum vita commode transigisse.*

v. 27. *exerceat histriorem*] Salisberien. l. 3. c. 8. *Ut ergo gentiliū sigmentis pinum accommodemus auditum, rerum omnium tragicus finis est. Aut si nomen comœdia gratiosius est, non duco contentioni finem, dum constet inter nos, quod fere totus mundus, iuxta Petronium, exerceat histriorem. Quod & quidam temporis nostri scriptor egregium, infidelium tamen verbis, eleganter expressit;*

Ridiculos hominum versat fors caca labores,

Sacula nostra iocum ludibriumq; Deum.

S s a

vbi

vbi in quibusdam exemplaribus legitur *histrioniam*. Sed illam scripturam probat ipse Petron. hisce verbis eiusdem libri c. 9. *Et finem sine honore habituri creduntur, quia dignitatem natura, mundani histrionis habitu pollere deditur.* hanc Douza ex illo Plauti;

— *Iouem facere histrioniam.*

vt *Mundo histrionia* sit, quæ Germanis veteribus, der *VVerte gochel*. Goldast. Animaduers. ad VVinsbeck.

v. 29. *O maxima verum*] adducuntur hi versus & illustrantur à Vincentio Beluacensi Specul. Moral. l. 20. c. 20. & à Iacobo Magni Sopholog lib. 4. c. 10.

vers. 33. *Horrifico infestant*] Citat Petronij Arbitri nomine Ioannes Rauisius Textor in Epithetis, verbo, *Murmur*.

Pag. 154 v. 13. *Affer nobis alabastrum Cosmianum*] vide Rader. ad Mar. ial. l. 14. epig. 100.

Pag. 155 v. 2. *Dieta, sales, lusus*] Hippolitus à Collibus in Harpocrate. Eleganter autem *sales*: quibus quæ caret, *insu'sa* appellatur. In Priape.

Insu'sissima quid puella rides?

ibid *ser. nonis gratia*] suprà in Satyric. de Circe; *Hæc ipsa cum diceret tanta gratia conciliabat vocem loquentis, &c.*

v. 8. *Non satis est quod nos mergis*] in luxum Romanorum. Scalig. in Catal. *Non pro annon, numnon, per ego tunc* &c.

versu 12. *Cellaque capti*] pro, *captiui*, id est, serui, vel mancipij.

v. 13. *Deridet festam*] Leg. *festram*. Antonius Gniphon librum scripsit, de *festra*: quid videlicet *festra* in veterum libris & sacris significet. In eo libro pleraque omnia ex-oleta vetustatis persecutus erat, vt ex Macrobio cognoscimus. Itaque hoc dicit Petron. *festram* & quicquid antiquitas suum habuerit cum Gniphone, cum suis omnibus libris rideri. Palmerius in Spicileg.

Ibid. *Romuleamq; casam*] Valer. Maximus libr. 3. cap. 8. vbi de disciplina militari; *Ortum è paruula Romuli casa totius terrarum orbis fecit columen*. Idem lib. 4. cap. 4. in fin. *Per Romuli casam, perq; veteris Capitolij humilia restant aeternos Vesta focos, fistilibus etiamnum vasis contentos inro.*

v. 15. *Candida vela*] id est, *λαμμοεις αἶνες*. Scalig. in Catal. ad Culic.

v. 17.

v.17. *Primus in orbe Deos*] in superstitionem. Scalig in Catal. Statius lib.2. Thebaid.

Primus in orbe Deos fecit timor.

Ad quæ verba Lactantius Placidus interpres: *Negat Deos ulla alia re celebrari, nisi timore mortaliū. ut Lucanus:—Qua finxere, siment. Et Petronius Arbiter istum secutus. Sic & Mintanor Musicus:*

Deum dolorū, quū prima compunctio

Humani finxit generū.

In aduersitatibus enim & timore Deum inuocamus. vnde istud Petronianum. & illud Gregorij: *Mala quæ hic patimur; ad Deum nos ire compellunt. iuxta quod Psalmista; Ad Dominam, cum tribularer, clamaui. Et contrā; Impinguatus est dilectus meus, & recalcitrauit. Iodoc. Badius Ascensus Explanat. in Val Max lib.1 c.1.*

v.25. *Proiecit vitium hoc*] vt proiecit libidinem audaciam, pro effusa & immodica: sic proicere audaciam, lasciniam, pro effundere. ergo proicere vitium, cuius iam modus nullus est. Palmer. in Spicileg.

ibid. *error insit inanu*] vanus, superstitiosus.

v.26. *Agricolæ primos Cereri*] hinc frugum parens Senecæ dicitur in Herc. fur. ei que fruges sacræ, tanquam inuentrici. Delrio in comment. n.299.

v.29. *Pallasq; cauernas*] sic reponunt nonnulli alij legunt, *tabernas*. atqui tabernæ Bacchi, sane vinariæ: cæteræ Mercurij. *Cauernas* virgo respuit, & si quæ virginales, illas Dianæ venatrici permittit. reddantur literariæ *Deæ Lucerna*, quas illi tribuerat Petronius, sed sensu ambiguo. Sic Arnob. vocat, *Mineruam lucernarum modulatricem*. Delrio Comm. in Senec. Herc. fur. n.299.

v.33. *Nolo ego semper idem*] de vitando fastidio. Scalig. Catalect. Huic simile est epigramma illud, quod sequitur, *Sic contra rerum, &c.*

ibid. *Costum*] *costus* siue *costum* nardi species. at nardi vnguento perfusa capita patet ex Psal. 23. & Matthæi Euang. c.26. Vide Barth. ad Claudian. n.1103.

v.34. *Nec toto stomachum conciliare mero*] Leg. *Nec noto stomachum c.m.* Palmer. in Spicileg Iason Cyneræus Machabæor. libr. 2. c.vlt. in fin. *Sicut enim vinum semper bibere, aut semper aquam, contrarium est; alternū autem usi, delectabile: ita legentibus si semper exactus sis sermo, non erit gratus.*

Pag.156. vers. 14. *Rebus in aduersis, quæ iacnere, in-*
S s 3
nant]

uant] eadem mente, qua & in Catal. Virgilij;

Iacere me quod alta non posim, putas,

Vt ante vestari freta.

Et nescio quis dixit, *iacentem gustum*. Et Gellius; Oppido quam iacere ac sordere incipiunt, qua Latina sunt. est, quod Græci, ἀρνησθαι Scalig. in Catal. Qua iacere, id est, quæ contempta fuerant. Lucretius;

Ergo Regibus occisis submersa iacebas

Pristina maiestas soliorum & sceptris superba.

Schopp. in Miscellan. Cic. Fumil. libr. 14. ep. 2. Te nunc mea Terentia, sic vexari, sic iacere in lacrimis & sordibus?

Et ad Attic. l. 10 ep. 4. *Iacet in marmoris mens frater.* Pauli Manutius in Commen. *Iacere*, torpere, ignaui & timidum esse. unde Abiectus. Barth. ad Claudian. nu. 3520.

v. 15. *Vulsam deponerat aurem*] Leg. *Falsam dep. aurum.* Palmerius Douss. sublegulus in Spicileg.

v. 20. *Lingue tuas sedes*] exhortatio. Scalig. in Catalect.

v. 24. *Quisq; resuscitantem Phæbum, cernuntq; iacentem*]

Leg. *cadentem*, vt me monuit Douss. F. Confirmabat autem coniecturam suam hoc Manilij; — *quaq; cadēs Phæbus.* Lindenbrog. Not. in Catal. Loquitur secundum vulgi opinionem. credunt enim vulgares Solem mori. cum tendit ad occasum, & rursus emergentem nasci. Catul. lib. 1. epigr. 5.

Soles occidere & redire possunt.

Palladius Fuscus in Annotat. in Catul.

v. 28. *Nam citius flammæ*] de Aulicorum vanitate. Scalig. in Catal. vide Hippolytum à Collibus in Principe cap. 10. VVeitzius Not. ad Prudentij *ast.* seq. hym. 2. v. 253. Quoad formulam dicendi, videtur ea esse quodammodo prouerbialis. Cice. 2. de Orat. *Dicere aiunt Ennium flammam facilius ore in ardente opprimis quam bona dicta teneat*: Ennodius; *Facilius est ignem lingua comprimere.* Symmachus; *Facilius est ardentis famillæ ore comprimere.* Iuretus Miscellan. ad Symmach. libro 1. epist. 25.

ibid. *mortales*] mortiferos, lethales. vide Goldasti Notas ad Valerian. edit. Rouer.

v. ult. *calam; q; loquentes*] Iuliano Antolog. libro 7. in extremo epigra m. *ἡλδοι καλαμα;* ubi Maximus in Scholiis, Fulgent. Mytholog. libr. 3. Brodæus in Annotat. ad Antholog.

Pag. 157. v. 1. *Inmenere Midam*] Persius; *Auriculas asini quæ non habet*? Ferunt nonnulli primum à Poëta scriptum fuisse.

fuisse, *Auriculas asini Mida Rex habet*: deinde metu Cæsaris scripturam mutasse, *quis non habet*. Petronius videtur in Neronem commodasse. Erasmus in Adag. *Midas auriculas asini*.

ibid. *qualem narrauerat index*] cuius verba per calamitos omisa sub terris hæc erant: *Midas Rex asini aures habet*. Raph. Regius, sac. Micillus, & Greg. Bersmannus in Ouid. lib. 11. Metamorph. Lactantius Placidius in argumento eiusdem libri; *Refert quod cum deformitatem illam (sc. aurium asininarum) veste celaret, ut famulus vidit, neque eloqui posset, eiusdem Dei (Apellinis) mentem in aures haberet. cui rursus obruta arena, arundines enata, agitataq; vento deformitatem Mida indicarent*.

v. 5. *Nam turri propè qua quadrata surgit*] Sextus Empiricus Pyrrhon. lib. 1. & Tertull. de Anima, c. 17. quæ loca Douze F. sublecta notauit Lindenbrog. in Catal.

v. 6. *Attritu] al. Detritu*. Lucretio *obtusis*.

ibid. *angula rotatur*] pulchrè & appositè Macrobius lib. 7. c. 14. *(cum sit angulosa, rotunda existimatur, facit rationis negligentia)*: Pontanus in Not.

v. 8. *Et narum casiam frequenter dis]* Leg. *Et marcens cas*. Multo cibo & potione completi *marcere* dicuntur. Petron. suprâ; *Et ancilla super thorum marcentis excussum, fortè altius poculum caput fregit*. Ammianus lib. 21. *Vnde largiori potu, saginisq; admodum distenti marcebant*. Sidon. ep. 9. lib. 2. *peffera marcida cibis*. Sauaro in Not.

P. 158. v. 2. *Ante oculos stabat, quicquid promiserat annus]* sic paulò post; *Goandine qui segetes & totum perdidit annum*.

v. 4. *Sic & membra solent]* Fortè Encolp. aut Eumolpus persuadere volens plenum & voluptabilem coitum, philosophari institit. Videtur enim hoc de humani missionis spermatis dicere.

v. 12. *Hæc ait & tremulo]* Deleri debuit hoc fragmentum, quod suprâ pag. 144. in possessionem edicto Gledasti restitutum est.

v. 26. *Contenta valet Fortuna tenere]* Leg. *volat For. Tenore*, hoc est, more illo & quasi dei variandi. Sic *tenorem sensuum*, idem Petro. dicit, *morum tenorem* Sidonius *aqua tenorem* Dracontius. Bartius ad Claudian. nu. 118.

v. 29. *Naufragus cecidit]* Propertius lib. 2.

Nauita de ventis, de tauris narrat arator,

Enumerat miles vulnera, pastores.

v.30. *Cui sua fata legat*] narret, dicat. Seruat hoc locum vim primigeniam, quam accepit à Græco ἀρχήν.

Pag.159. vers.3. *Omnia quæ miseris poss. finire querelas*. Seneca epist. 16. Bongars.

v.14 *Iudeus licet, & porcinnum numen ador*] in hoc falsus animi Petronius, aliiq̃ Gentilium, qui reuerentia tam immundi exosiq̃ animalis affici Iudæos putabant, cuius figura Hadrianus Imp. in portis posita abigere & absterre aditu Hierosolymorum Iudæos voluit. Freherus Parergor. lib.3 c.11.

v.15. *Et cæcis summas aduocet auriculas*] notum est, Iudæos ab Appione Alexandrino, Moloneq̃, Tacito, & aliis notatos esse, quod aureum asini caput in templi sacratio seruarent atque adoraret: quoniam Mose duce (vt improbè asserunt) asinorum beneficio aquas Iudæi inuenerint. Quos mendaciorum arguunt Iosephus & Tertull. Romani etiam, pari causa & Christianos eque ac Iudæos, *Asinarios* vocarunt. Sed & figuris picturisq̃ Christianis illudebant: quando infando etiam picturæ genere Deum nostrum sic depictū spectanti populo proposuerunt, vt is foret auribus asininis, pedo altero inungulatus, librum gestās, & togatus. Cui flagitio vt scelus adderent, tali titulo Christi, effigiem dedecorarunt: *Deus Christianorum* αἱρεσις. Qua in re vel ipse quidam Tertullianus ægrè à risu abstinuit, quum nomen ipsum & formam conspiceret. Pet. Crinitus de Honest. discipl. lib.1.c.9.

v.17. *Et nisi nodatum*] Casaubon. ad Sueton. cum Bioneto legit, *nodatum*. Et illico, *grata migrabit ab urbe*.

vers.19. *Et non ieiuna sabbata lege premet*] atqui Iudæi sabbato non ieiunabant. Verè sed Iudæi omnes dies sabbata vocabant à principe nempe sabbato, quo feriabantur, à quo *primam sabbati*, *alteram sabbati*, &c. nominabant. Ita vt quicumque per hebdomadem ieiunaret, aliquo die sabbati ieiunare diceretur. Ieiunia verò religiosissimè colebant, quod ex Suet. constat in August. ca.76. præsertim Samaritani, quos *Desitheos* nuncupabant, sabbatum ita obseruabant, vt quo quisque habebat in tempus primum incidisset, & permaneret ad vesperam, siue staret, siue sederet, &c. Baronius Cardinalis Annal. Ecclesiast. tom.1. Iudæorum sabbata vexat, & Iuuenalis sapiculè & Martialis. Raderus ad Martial. lib.4. epig.4.

v.23. *Hæret detritus lana*] Hoc tristichon ex P. Danielis collectione fragmentorum Petronianorum per imprudentiam

dentiam irrepsit, cum sint versus ex integro Carminē de bello ciuili, suprà. in pag. 126. v. 19.

T. PETRONII ARBITRI

Euscium.

Pag. 160. v. 13. *[Cerberus forensis]* hinc Tertull. de Pallio; *Causas non elatro*. Et Sallust. apud Lactantium; *Cicero caninam facundiam, ut Appius inquit, exercuit*. Vide Sauaron. ad Sidon. lib. 4. ep. 4. & Rittershuf. Ind. Symmachiano. Allusit huc puto & Salisberienf. lib. 5. Policrat. c. 10. Jungerman.

IN P. PETRONII RHETORIS

Fragmenta.

v. 24. *Quod legi dolet* itaque *dolus* à *dolendo* dictus est. videndus Sauaro ad Sidon. lib. 5. ep. 3.

IN PETRONII GRAMMATICI

Fragmenta.

v. 33. *Quirites* Diomedes lib. 1. *Quirites*; sed Flaccus in *Satyra* *Quiritem* dixit. Priscianus lib. 4. In *TIS* quoque inueniuntur denominatiua, sed antiquè prolata, penultimam naturam vel positionem longam habentia, ut *Samniti* pro *Samnis*, sic *Laurentis* quoque pro *Laurens*, *Tiburti* pro *Tiburs* teste Capro. Sic *Quiritis* pro *Quiris*, & *Ceritis* vel *Ceretis* pro *Ceres*, qui tamen nominatiui non sunt in usu. Augustinus in *Arte*; *Pluralia masculini generis, manes, Quirites, cancelli*. Vetus Grammaticus, qui est membraneus in Bibliotheca Goldasti, in *Artem* secundam Donati: *Sunt alia pluralia tantum masculini generis, ut hi manes, hi Quarites*. Et paulò post: *Quarites, qui & Romani, & Quarites dicti, quia Quirus dictus est Romulus, quod semper hasta utebatur*.

IN PETRONII AFRANII

Epigrammata.

Ad Nealcen.

Pag. 162. v. 14. *Quos mora parua tenet* Leg. *steret*. *Annos terere, quomodo diem terre*, dixit Trinummo Plautus I S. Pontanus *Analect.* lib. 3. c. 12.

De Hesperie II.

v. 26. & *Tritonia ponit* al. *ponat*. Pith. Emend. in *Epigram. vet.*

Funambulus.

Pag. 163. v. 16. *pratendit crura* protendit. Pith. Emend. in *Epigram. vet.*

v.22. *Et medium pennis profecuisse] melius, pinnis per-*
fecisse. Pithæus d.l.

De cretata facie.

Pag.228.v.7. *Dum sumis cretam in faciem] al.lib. Dum*
cretam sumit faciem.

De Cato.

Pag.164.v.1. In vet. Epigrammat. à Pithæo editis, &
 Goldasti MSS. Codd. legitur, *De cato, qui comedens pi-*
eam mortuus est.

v.7. *Cornua labra] rostra picæ. Tibulin Priapo;*

Senæxve cornus, impigæve graculus

Sacrum feriret ore corneo caput.

Schopp. Comment. in Priape. carm. 83.

Musarum elogia.

v. 23. *Antea Terpsichore totam] Lege, Aurea Terpsi-*
chore. Pith. Em. end. in Epigr. vet.

De elephante.

P 165. v. 8. *promoscidis armis] scribe ex v. c. proboscidis, &*
post sextum versum interice ex eodem codice hos duos;
Consulibus sceptrum, &c. Pith. Emend. in epigram. vet.
Baldus Catholico: Proboscida vel promuscida, rostrum
elephantis: quia illa pabulum ori admonet: & videtur Gra-
cæ declinari, ut hac proboscis, dis: vel promiscis, dis Proboscis
& promoscis. promiscuè dici docet Gul. Formerius Not.
in Casiodori Var.

PSEUDEPIGRAPHIA

Alcimi.

Pag. 126. v. 33. *O blandos oculos & infacetos] al. inficatos.*
Leg. inquietos, ut habent vet. codd. Est quod supra Pe-
tronus dixit, oculorum quoque mobilis petulantia. I S.
Pontanus Analest. lib. j. c. 12.

DOMINI EVANTII V. C.

Pag. 171. v. 4. *De ambigenis] V. C. DOMINI EVAN-*
TII. al. EVGENII, de ambigenis animantibus. Pith. Em.
in Epigr. vet.

v. 8. *Tityrus ex omibus oritur] Leg. Tityrus ex quibus ge-*
nitur, hircosq; parente. Eustathius in Homer. Τίτυρος ὁ
σαύτης ἠραρεῖ τοῖς ἐν Ἰταλίᾳ Δαρυῖσι, ὅθεν ἔκ τούτων
αἰλῆς Sed hoc nihil confert ad Petronij versum. Hircus
dux pecoris oves init; ex quo inita tityrus nasci con-
suevit, auctore Isidoro. Rob. Titius Assertionum, libro
8. cap. 16.

Q. C.

Q. CICERONIS.

v.14. *Crede ratem ventis*] Nescio an Cicero, certè quidam illi adscribunt, alij Eumolpo cuidam, ceteri vel Petronio, vel cuidam Porphyrio poëtæ Christiano; ego puto esse Petronij, qui Eumolpum dicentem introducat. Delrio Comm. in Hippol. Senec. v. 557.

v.16. *Faminea nulla bona est*] ne vnâ quidem reperiri mulierem probam adfirmat: & si qua fortè bona reperitur, nescire se inquit, quo fato res mala potuerit fieri bona. Scip. Gentilis Append. Notar. in Apul. n. 93.

Ibid. *Et si bona contingit vlla*] Douza: vel si bona contingit vlli.

PENTADII.

v.30. *Sed nullos trepidum timere casus*] Senec. de Beata vit. c.5. *Potest beatus dici, qui nec cupit, nec timet.* Et epist. 24. *Obiurgat Epicurus non minùs eos, qui mortem concupiscunt.* & quæ ibidem sequuntur. Idem lib 6. *Quæst. natur. c.32. Mori nec rogareris, nec timueris.* Paris eiusdémque ut rei, ita elegantiz est Martialis epigramma;

Vitam qua faciunt beatiorem;
cum hoc Pentadiano, quod legisse relegissèque iuuabit.
Raderus ad Martial. lib. 10. epig. 43.

P. CATVLLI VRBICARII.

Pag. 208. v. 17. Huic tribuit Scàliger ad Catullum. Primus edididit Petrus Pithœus. Notis illustrarunt idem Pithœus, Iustus Lipsius in Elect. & Ianus Douza F.

F I N I S.

Extrait du Privilege.


LOVYS par la grace de Dieu Roy de France & de Navarre, A nos amez & feaux Conseillers les Gens tenans nos Cours de Parlemens, Baillifs, Seneschaux, Preuautes, ou leurs Lieutenans, & à tous nos autres Iusticiers & Officiers qu'il appartiendra, Salut. Nostre cher & bien aimé Paul Frellon marchand Libraire de nostre ville de Lyon, nous a fait dire & remonstrer, qu'il a recouuert vn Liure intitulé, *Petronij Arbitri Satyricon, cum Petroniorum fragmentis, nouiter recognitum & auctum una cum Notis & Observationibus variorum*: lequel liure il desireroit faire imprimer, vendre & debiter en tel volume & caracteres que bon luy semblera: ce qu'il ne peut faire sans nostre permission, à cause des empeschemens qu'on luy pourroit faire. C'est pourquoy il nous a tres-humblement supplié & requis luy octroyer nos lettres necessaires. A ces causes desirans que ledit Frellon ne soit frustré de son labeur, luy auons permis & permettons imprimer, vendre & debiter en tel volume & caracteres que bõ luy semblera ledit liure: avec defences à tous Libraires & Imprimeurs d'imprimer ou faire imprimer ledit liure, vendre ni debiter, changer ou traffiquer par tout nostre Royaume & terres de nostre obeissance, sinon de ceux qu'aura imprimé ou fait imprimer ledit Frellon, à peine de mille liures d'amende, applicable moitié à nous, & l'autre audit suppliant, & confiscation de tous les exemplaires qui se trouueront auoir esté vendus contre la reneur de ces presentes, & ce durant le temps & terme de six ans, à compter du iour & datte que ledit liure aura esté acheué d'imprimer. Voulons qu'à la fin ou au commencement dudit liure ces presentes soient inferées, & qu'elles soient tenuës pour signifiées, car tel est nostre plaisir. Donné à Paris le 23 Decembre l'an de grace 1614. & de nostre regne le cinquiesme.

Par le Roy en son Conseil,

RENOVARD.

Renouard
fourdeys
Renouard
fourdeys

15



32

14

28

28